ARII PINELI LVSITANI,

Iureconſulti ad Conſtitutiones Cod. de BONIS MATERNIS doctiſſimi ampliſſimiq; Commentarij, quibus maternæ ſucceſſionis iura feliciter explicantur.

Adiectus eſt rerum omnium ditiſſimus Index.

Nunc recèns impreſſus, recognitus, & repurgatus.



VENETIIS,
Apud Franciſcum Zilettum.
MDLXX.

DOM. SEBASTIANO HVIVS NOMINIS PRIMO Luſitanorum Regi potentiſſimo, Afric. Aethiop. Indico:

Arius Pinelus perpetuam fœlicitatem.

ETSI vetuſtiſſima conſuetudine, multis ſeculis obſeruata, omniúmque ferè gẽtium moribus recepta, Auguſtiſs. princeps, licuerit ſemper rei literariæ profeſſoribus lucubrationes ſuas, etiam de humilioribus argumentis, magnis Regibus & Monarchis conſecrare: non potui tamen non valde timere, quum præſentem iuriſprudentiæ librum Celſitudini tuæ ratio ipſa nuncupandum cogere uideretur: occurrebat enim quanta Regij nominis ſit maieſtas, quantus ſplendor, cui recte nihil offerri dicaríue poſſit, niſi vndíque ac expolitum ac omnibus numeris abſolutũ. Nec ignorabam qui ſit multorum liuor, quàm rarus candor, vt etiam primæ ſententiæ viri, calumniantium morſus euadere nequeant. Agnoſcebam quàm egregia in ſcribente requiratur eruditio, quàm non

vulgaris authoritas: eruditionis autem licet ex longo tempore, assiduo studio, aliquali ingenio, non nihil mihi vendicare possem, authoritatem verò (in id fortasse magis necessariam) sciebam non semper meritis parari, sed ab indulgentia fortunæ, Principum fauore, aliísque externis sæpius pendere. Nec timorem pellebat vbiq; scripturientium audacia: cogitabam enim plures eam aleam magno suo dispendio expertos, qui cum docti haberi, aliisque excellere molirentur, vix pro sanis habiti sunt. Nec animum satis erigebat amicorum hortatus & efflagitatio: qui scirem, eos abdicatis iuris solennibus sępius iudicare, nec satis integros censores esse: videbámque tutius fore cum Catone culpa carere, quàm cum Albino culpam deprecari. Poteram tamen bona fide asserere, traxisse me ad scribendum, atque ex nonnullis quæ domi habeo, vulgandum *præsens* opus, honestum quoddam votum cómunicandi iuris studiosis aliqua, quæ non omnibus nota existimauerim. Illud dixisse liceat si adhuc in iure scribendi facultas datur, negandam non videri ei qui maturiori ætate post longam legendi functionem,

nem, frequentissimo semper auditorio ornatam, post causarum experientiam & forum digestionem sufficienti librorum copia, iudicio non illaudato, in eam prouinciam animum intendit. Periculo autem non declinato, videbatur præsens opus non nisi sub Regiæ maiestatis pręsidio in publicum mitti posse. Catholici enim Regis, patrísque patris Ioannis tertij, Celsitutidinis tuę aui, ac domini nostri clementissimi iussu, stipendijs, beneficijs, in hac insigni Academia Conimbricen. publico legendi munere, vltra continuum decennium functus fueram qua functiones demissa, aliáq; vitæ ratione non in fœliciter suscepta, idem magnanimus ac præstantiss. Rex, me honorificis codicillis insignitum, ad ius ciuile interpretandum remisit. Iure igitur sub eius Principis nomine (si superstes fuisset) primæ lucubrationes nostra vulgandæ erant: eo autem ad cœlestem gloriam euecto, eodem iure sub tuis auspicijs in lucem prodeunt, cum Celsitudo tua eidem in Regium nomen, amplissimúmque imperium, solus legitimúsque successor extiterit. Lusitanis autem in tanti Regis obitu, communi luctu ac mœrore obrutis, magnum pręstat

ſtat ſolatium excellētiſſima Regina D. Catharina auia tua, domina noſtra, nunquam ſatis laudata, tibi iure ipſo legitima tutrix, inídque munus ab auo tuo prudentiſſimo deſtinata, cuius virile pectus, in Deum pietas ſingularis, in communem vtilitatem Vigilantia, omni eam imperio dignam faciunt. Nec minus ſubditos tuos recreat fouétque rariſſima virtus, eximia prudentia, D. Henrici magni patrui tui, in quo inuictiſſimi Regis patris, atauorúmque regia ſtemmata, ampliſſimam Cardinalatus dignitatem, aliáque mortalium iudicio maxima, eius internis bonis atque animi dotibus longè inferiora ſemper cenſebunt rectè ſentientes. Quid enim non plebeium atque infimum manebit, ſi eius principis ſaluberrimo iudicio, fidei zelo, morúmq; ſynceritati conferatur? Inclytam Celſitudinem tuam, auiæq; auguſtæ, ac sereniſſimi patrui (quorum conſilio imbecillam ætatem tuam ſupplente, regnum fœliciter gubernatum iri ſperamus) diu incolumes reddat, atq; in longos annos ſoſpitet Deus opt. max.

HENRICVS FERNANDVS OLYSYPPONENSIS DIſcipulorum minimus ad candidum Lectorem.

SEmper in ea fui ſententia, Lector candide, vt exiſtimauerim in operibus doctiſſimorum uirorum (quantumuis ſint ingenio excogitata, induſtria elaborata, iudicio perfecta, omnibus deniq́ue numeris abſoluta) nonnulla deſideranda eſſe, ab eis præſertim, qui Zoilorum ſectam animo profitentur, & opere ſequuntur. Quod ipſum docet experimentum, ſuadet uetuſtas, & quiuis mediocri lectione inſtructus ex multorum exemplis facile comperiet. Nam in dialogis diuini Platonis ordo deſideratur: Ariſtoteles totius peripaticæ doctrinæ facile princeps (qui ipſius Platonis, Empedoclis, Anaxagoræ, Pythagoræ, & cæterorum huiuſce generis durum fuit fragellum) obſcuritatis notatur, & à Galeno in multis repræhenditur: Vergilius à nonnullis ingenio imbecillus, ab aliis homerici laboris compilator habetur. Homerum aliquando dormitaſſe Horatius teſtatur, Demoſtenes M. Tullio non in omnibus placuit: hic verò à Græcis in ius vocatus, vt aliena reſtitueret frigiditatis in ſalibus, & copiæ puerilis fuit damnatus: T. Liuij conciones Trogus Pompeius fictionis arguit: non deſunt cui Plinium turbido flumini aſſimilent, quippe qui multa deguſtauerit, pauca autem digeſſerit, excoxeritve: C. Saluſtius affectationis etiam in verbis abſoletis ab Aſinio Pollione carpitur: Senecam calcem ſine arena, M. Varronem literarum porcum compellant: eloquentiſſimus Hieronymus in epiſtolis magni. Aurelij Auguſtini non nihil notat. Sic etiam (ne interim profeſſionis noſtræ obliuiſcamur) Accurſio nonnulli iudicium iniquè negant Bartoli diſtinctionum longitudinem, Alberici breuitatem, Baldi inconſtantiam, Alexandri perplexam metho-

dum, vtriusque Raphaelis nimiam subtilitatem culpant. In aliis politioris literaturæ incuriam, in aliis negligentiam in allegandis doctoribus vitio dant: &,vt vno verbo dicam, ne ipsi quidem Iureconsulti huius notæ immunes fuere. Quòd si iis priscis, viris sapientissimis,& fama clarissimis inuidia non pepercit, quanto vehementiùs in viuos inuehetur. Maledicorum enim inuidia nomina eorum, qui eadem tempestate florent, funditus extirpare conatur. Plato & Xenocrates de eadem re scripsere, vterque Socratem citat, alter verò alterius mentionem non facit. M.Cicero ad Brutum multos oratores insignes recenset, suæ ætatis vix vnum, aut alterum nominat. F. Quint. contemporaneos oratores silentio præterit, & vnius, quem ingenuè fatetur illud seculum gloria exornasse, nomen supprimit. Cum itaque maior pars mortalium huiusmodi tenebris obcæcata sit,nouum non erit, si aduersus insignem præceptorem Pinelum, Iureconsultum clarissimum, & huius florentissimæ academiæ tutissimum præsidium, vitiligatores insurgant, atque illo canino dente,quo reliqua omnia, discerpant. Hi enim (vt D.Hieronymus ait) Nimicis calumniis publicè impetunt, quod priuatim libenter legunt,& quod tentare non audent, assequi autem desperant, liuidis morsibus dilacerare non cessant. Quorum orationes libenter sinimus præter fluere,modo illud apud omnes interim constet authorem obiurgari non posse de furto alieni laboris: cum singulis debitam laudis portionem semper reddat, licet ætate,studio,& eruditionem inferiores sint, secutus solennem illam Plinij sententiam, Benignum & plenum ingenui pudoris esse, fateri per quos profeceris: sicuti econtrario obnoxij animi,& infœlicis ingenij, depræhendi in furto malle,quàm mutuum reddere, cum præsertim sors fiat ex vsura: quem animi candorem in paucis reperies. Nec malè audiendum est,studiose lector,si aliquando omnes ex antiquioribus, & recentioribus opiniones ordinatim referat,& plerasq; refutet:cum id fecerit animo beneuolo, (quo veritatem inuestigare indefessa diligentia ab ineunte ætate capit)vt multorum opinionibus ob oculos

positis

positis (aduersus quas neruosè, & modestè agit) facimus veritas illucescat, atque æquiora semper, & vero similiora probentur: ne illa peruulgata Phil. Decij vox in prouerbiũ ab eat, iuris interpretes, quasi aues, eo volare omnes, quo vnus volauerit. Quapropter non miretur quis, si eum ab omnium, vel plurium opinione discedere nõnunquam videat: nec ipse mirabitur, si quis ab eius sententia deuiabit. Nulli enim mortalium inuidia fortuna ita prospere hactenus flauit, ita affluenter indulsit, vt ab eius opinione nullus dissenserit. Quòd si aliter eueniret, qui fieri posset, vt tot variæ hominum factiones in singulis disciplinis effluxissent: Hoc vnum constanter affirmare audeo, opus hoc non esse connumerandum inter ea, quæ plus in fronte promittunt, quàm in recessum habeant: nec eius author inter eos collocandus est, quorum ingenium, quia continuo studio non excolitur, infœlici lolio, sterilique auena præmitur, atque hebescit. Nec cum iis accusandus est, qui adeo tenaciter aliorum vestigiis inhærent, vt si aliena ab eorum operibus separentur, charta alba, & absq; literis remaneat, & Aesopicę cornici simillima: nec ex aduerso cum his increpandus, qui tantum destruere instituunt, quæ ab aliis constructa sunt: nec iis similis est, qui omnia ad humanitatis studia deflectunt, Iureconsultis uerò non æquè magno adiumento sunt: vt potè qui etiam àb adolescentia, iudicij maturitate, ingenij dexteritate, memorię tenacitate præditus circiter triginta annos Iuri cæsareo assidua lectione totus insudauerit: quorum decem honesto honorario, iussu inuictissimi, atque clementissimi regis Ioannis iij. (cuius anima perpetua gloria iure fruitur) ius ciuile non disertè minus, ac loculenter in hac inclyta academia mirabili auditorum applausu, & frequentia interpretatus est: cuius singulari doctrina (tanquam ex equo Troiano plures euasere perdocti, qui legali schelę non paruo adiumento fuerunt: quo transacto decennio aduocationis munere apud summum regni prætorium, voluit enim & hanc literarum aleam experiri) tam fœliciter functus est, vt veteres togatos insignes vel ęquaret, vel vinceret: ea illi erat in consulendos maturitas, in

suscipiendis

ſuſcipiendis cauſis alacritas, in pertractandis ſynceritas in ipſa veritate tutanda grauitas, & conſtantia: quæ omnia cum comperta haberet Prudentiſſimus Rex huius academiæ inſtitutor, & protector, ſummumque deſiderium totius ſcholæ de reditu inſignis Pineli in dies auribus acciperet, eum huc reuocandum ſtatuit: quod factu facile nõ erat, ſed Rex præſtantiſſimus merita Pineli, votaque academiæ expendens, eum in collegium ſenatorum ſupremi prætorij digne cooptatum honorifico ſtipẽdio redire coegit: vt iuris Cęſarei facultati plenè conſultum eſſet. In academiam verò reuerſus biennio iam difficillima iuriſconſultorum res ſponſa profunda eruditione illuſtrat: legum vim ac poteſtatem mirabiliter enucleat. Adſunt in eius frequentiſſimo auditorio multi docti ac ingenioſi iuuenes, qui diligenti cura, ingenti ſilentio, debita reuerentia pendent ab ore viri, quorum vtilitati vt magis conſuleret, poſteritatemq; demereretur, tum ne diutius crebras amicorum flagitationes procraſtinaretur, opus hoc ſubtilitate, & vtilitate cumulatiſſimum typis mandauit, quod nunc in grauiori ætate ſenectuti proxima, poſt diuturnum iuris ſtudium, longumque cauſarum exercitium, commodiùs præſtare exiſtimauit. Quæ partes ſi in multis ſcrptoribus noſtræ ætatis non deſiderarentur, communis querimonia ceſſaret, nec amplius quæreremus cur hodie pauciſſimis datur, quæ antiquis fuit ſcribendi fœlicitas, modò naturæ auaritiam, modò planetarum inuidiã, modo Mœcenatum penuriam cauſantes, cum tamen hęc omnia à priſtino ſtatu non defecerint, eadem enim eſt naturæ vis, & fortaſſe perfectior, iidem planetarum influxus, eadem fermè principum erga doctos munificentia. Culpa igitur ſcriptorum eſt, partim quia volũt vna die, vna hora ſibi & aliis eſſe, & videri poetæ, oratores, philoſophi, theologi, ac iuris vtriuſq; conſulti: cum tamen natura noſtra quaſi vas quoddam ſit anguſtioris orificij. in quod ſi aliquid infuſum velis, guttatim illud, & per interualla diſtillari oporteat. Quo fit ut apud veteres ſinguli dij ſingularum rerum virtute contenti aliorum vſui ſe non immiſcuerint. Partim verò, quis à principio proprium defraudantes genium,

nium,vires ſuas æqua lance non examinant, nec inſitam à natura aptitudinem circa ſcientiarum electionem ſequũtur: quod ſi fieret, quæ Platonis opinio eſt, in ſua arte ſcientiſſimus quiſq; euaderet. Si igitur doctiſſimè lector, fructuoſum hoc opus accuratè euolueris,plurimos, difficilesque legum ſenſus veriſſimè enucleatos percipias, ſcribentium nodos ſolues,eorum lapſus emendabis,tam rara eſt in hoc libro eruditio, tantaq; perſpicuitas: quamplurima hic noua, ſcholaſticæ, & forenſi vtilitati coniunctiſſima tibi occurrent,quę decies repetita placebunt. Tractantur verò omnia arguta inuentione,ſententiarum grauitate,argumentorum abundantia,mira facilitate,ſtilo mediocri,vt magis ob fidem opus cõmendetur. Norunt.n.periti, quanti interſit propriis, atq; conſuetis artis verbis res tractari. Lectores autem admoneo, in parte libri nonnulla eſſe mendoſa loca Typographorum inſcitia: quæ tamen doctos circa rerum ſubſtantiam parùm remorabuntur. Illud verò iuris ſtudioſis polliceor,ſi opus hoc beneuole exceperint,multo altiora penes autorem manere,quæ propediem edi poterunt. Diutius fortaſſe quàm decebat immorati ſumus,ſed quando is,qui primum aliquid in publicum mittit,multorum cenſuram ſubire cogitur, longiori epiſtola nobis vtendum fuit: præſertim cum ea cura ab eximio præceptore mihi mandata fuerit,cuius ſuaui familiaritate,conſiliorum ſanitate, morum honeſtate, variarumq; cognitione vtinam diutiùs frui liceret:abeſſe enim nos non ſine mœrore cogit vitæ ratio. Quod ſi excuſationem non acceperis in tedij compenſationem duplicem indicem accipe: alterum elementarium de rebus inſigniori bus: alterum de variis iuris locis, quæ in libro explicantur. Quod in tuam gratiam candide Lector diligenter perfecimus. Vale & fruere.

INDEX

INDEX LOCORVM IVRIS COMMVNIS ET REGII, QVAE IN hoc libro explicantur, in quibus peritus & candidus lector semper aliquid nouum, vel negligendum reperiet.

Ex ff. veteri: seu primo volumine Pandectarum.

L. j.

Ex

INDEX

Ex infortiato, seu secunda parte Pandectarum.

L.pedi-

Ex ff. de nouo, seu tertia parte Pandectarum.

Ex tribus poſterioribus . libris Cod.

Ex Authenticis ſeu Nouellis.

Ex libro feudorum.

Ex inſtitutionibus .

Ex Decretalibus.

Leges Regiæ ſeu ordinationes.

FINIS.

INDEX.

H

I

Impubes

contra

V

Vsufru-

Optare meliora, cogitare difficillima, ferre quæcunque euenerint.

In discursu libri hæ literæ, I. C. significant Iuris consultum, quod exprimo, pro minus expertis.

In his & alijs prudens lector facile percipies veram lectionem.

COMMENTARIA D. ARII PINELLI LVSITANI, I.V.D. AD CONSTITVTIONES C. DE BONIS MATERNIS.

SVMMARIVM.

1 DVO præludia necessaria huic titulo et sequēti.
2 Appellatione bonorū quę cōtineatur, quod multipliciter & utiliter explicatur.
3 Examinatur glo. non ad ea.ff.de condi. & demonstr.
4 Ostenditur aliquos interpretes contra iura expressa in hac materia locutos.
5 Nomen rerum & bonorum in proposito æquipararі.
6 Non referre an nomen, bona, exprimatur indefinitè vel vniuersaliter.
7 Pronomen, mea, adiectum nomini, bona, non impedire quin veniant iura & actiones.
8 Multo clarius supradicta procedere in hyppotheca & obligatione bonorum.
9 Contra Ludouicum Gometium ostenditur in proposito non esse differentiam inter dispositionem legis & hominis.
10 Nomen bona, cum relatione ad certum locum non comprændere nomina debitorum.
11 Ostenditur non rectè stare summarium Bar. ad l. Caius.ff.de lega.ij.
12 Examinatur doctrina Lappi.ad d.l.Caius.
13 Probatur multis iuribus regulam prçcedētem.d.l. Caius procedere etiam si adÿciantur uerba vniuersalia & generalissima.& nu.14.
15 Examinatur controuersia Tiraq. & Benedicti ostenditurque differentia inter institutionem hæredis & alias dispositiones.
16 Ampliatur d.l.Caius. & regula, quæ ex ea deducitur ut pro-

cedat non obstante fauore seu ratione sanguinis. & nu. x.

18 Appellatione bonorum, contineri emphyteutica & similia, & nu. 9. & nu. 22.

20 Ostenditur in hoc plures iuris interpretes magni nominis sæpe lapsos.

21 Probatur naturam uerborum aliqua importare, quę in dispositione non comprehenduntur.

23 Deciditur quæstio vtilis ad l. si vnquam quam indecisam reliquit Tiraq. in repetitione illius legis.

24 Probatur recepta opinio ut iura & actiones constituant speciem bonorum distinctam à mobilibus & immobilibus.

25 Inferuntur aliqua in diuersis materijs.

26 Discutitur quæstio circa publicationem bonorum mobilium & immobilium.

27 Ostenditur error Chass. in proposito.

28 Tractatur limitatio ad præcedentem conclusionem.

29 Tentatur noua opinio in hypotheca contra doct. vt comprehendat iura & actiones, non obstante adiectione mobilium & immobilium.

30 Explicatur quæstio Fulgo. ostenditurque eum non bene citatum à Corn. & Soci. iuniore.

31 Adiectionem mobilium & immobilium restringere nomen, bona, non obstante signo uniuersali.

32 Ostenditur in hoc contra iura & receptas sententias locutos Alcia. & Molin.

33 Tractatur distinctio gloss. circa actiones habito respectu rei, ad quam competunt.

34 Ponitur difficultas receptę traditionis, quæ à doct. nõ soluitur.

35 Adhibetur notabilis consideratio ad aliqua negotia occurrentia in hoc proposito.

36 Donatio rerum vel bonorum non restringitur, ad bona loci, in quo fit donatio contra Gomet.

37 Explicatur. l. si fundus. ff. de euiction.

38 Quæstio An in legato generali veniant. venalia exactissime discutitur.

39 Explicatur. l. genorali. §. uxori. ff. de usufru. lega. & l. j. C. de verb. signi.

40 Intelligitur. l. seruos. §. fin. ff. de lega. iij. & l. pediculis. §. item

cum

RVBR. C. DE BONIS MATERNIS.

PRIMA PARS.

1 TRACTATVRI (Deo duce) in hoc tit. & seq.de bonis, quocunque modo quęsitis filijsfamil.& per eos Parentibus, sub quorum potestate sunt, operæ precium duximus, duo in primis necessaria præludia examinare Primùm de nomine, bona, quo uterque titulus inscribitur. Secundum de ipsa patria potestate, cuius vi filij patribus acquirunt. Hęc enim duo in his tractatibus ubique sese offerunt, & in hoc sequimur consilium Vlpiani in l.j.ff.si cert.pe.& alibi sæpe.

AD primum, vulgare est apud iureconsultos nomen, bona, latè patere, ut in l.bonorũ.xlix. in ordine ff.de uer. signi.& ibi Accurs. & Alci.& in l.Princeps.bona.xxi.eo. tit.& ibi Accurs.Bart. & Alcia.& copiosè Benedict.in c. Raynucius, uerbo cætera bona, & Tiraq.in l.si vnquam, uerbo bona, & Ang.in trac.maleficior.uerb.& eius bona. Sed omissis multis quę illi tradũt, & facilè inueniẽt, expediemus aliqua utiliora, in quibus ẽt non pauci scribentiũ haud raro lapsi sunt. Est autẽ cõclusio illorũ iuriũ vt
2 appellatione bonorũ, non solũ contineantur corporalia,

mobilia, & immobilia, sed etiam iura & actiones, quod multis alijs iurib. cõprobat gl. in dicta l. princeps bona, & curiosè Tiraque. in d. loco, sed ad hoc sufficit tex. in l. si legatus. xxx. §. j. ff. ad Trebel. Idque etiã in pœnalibus locu habet, ut in l. si ademptis. C. de sent. pass. quæ id statuit in publicatione bonorũ, quod tamen limitari potest, nisi publicatio fiat de mobilibus & immobilibus, tunc etiã dicũt plures non comprehendi iura & actiones, quod nos paulo mox inferius tractabimus. Eandẽ cõclusionem limitat etiã Ias. in l. si stipulatus fuerim. §. cũ stipulamur. nu. 6. ff.
3 de uerb. obl. Limitatur etiam dicta l. si ademptis. per gl. in l. non ad ea. ff. de conditio. & demonstra. ubi Barto. & Docto. notant, & Roma. in notab. clxx. Alex. notabiliter in l. si marito. nu. 2. solu. matri. Deci. in consi. ccxxxv. nu. 5. Ias. in d. §. cum stipulamur. ex qua gl. cõmendata & recepta habetur, in publicatione bonorũ non uenire futura nec conditionalia Barto. Alex. Deci. in l. iii. §. fin. ff. quod quisque iur. Bald. in l. iii. nu. 4. C. ad legem Falcid. & bonus tex. in l. si mandauero. xxii. §. is cuius. ff. manda. ibi quicquid post ea acquiritur fiscum, & illum extollit Bal. in l. fi. in fine. C. quæ res pign. oblig. pos. In quo cauendum est ab Ang. de malefi. ubi supra nu. 12. qui ex generalitate gl. uidetur id extendere ad conditionalia ex contractu, quod tamen communiter reprobatur, tunc enim conditionalia ex cõtractu pendentia, quæ postea implentur, ueniunt in confiscatione, ut resoluit Alex. ad Barto. in d. l. Nõ ad ea, & in d. l. si marito, & Roma. in d. sing. & Chassen. in consuetud. Burg. rub. ii. §. ii. fol. 96. col. j. nu. 24. si uero publicatio bonorum fuerit cum deportatio intellige d. gl. & uerba d. §. is cuius, ut uiuens deportatus fruatur quęsitis post sententiam, eo autẽ mortuo occupat fiscus omnia ab eo relicta. quia deportatus non habet alium hæredẽ, l. ii. C. de bon. proscrip. & ibi Doct. gl. d. §. is cuius. ubi uide Fulg. notant Bal. & Imol. in l. eius qui. §. j. ff. de test. facit tex. magistralis in l. quidã sunt. ff. de pœn. resoluit Alex. in l j. col. iii. C. de hæred instit. Contra hoc autem tam vulgare, totque iurib. probatum: uidelicet appellatione bonorum conti-
4 neri iura & actiones, sæpissimè scripsit Guid. Pap. ut adnertit

uertit Tiraq.in d.uerbo, bona, nume.7.ubi etiam in eodem errore ostendit aliquando fuisse Dominic. à sancto Gemin.& in eo cauendum est etiam à Pano.in cap.ii.nu.3.de religio.dom.& à Barbat.ad Bald.in l.j.litera.b.C.de usufr.ubi contra hæc iura loquitur. Ex his etiam patet errare eos qui scripserunt non sufficere nomen hoc bona, simpliciter prolatum, ut compræhendãtur iura & actiones, ideoq; exigunt signũ uniuersale,omnia,aut simile:in quo errore fuit Cõst.Roger.in l.vlt.nu.3.de dona.colligit ergo ex supradictis certissima regula, ut appellatione bonorum in materia fauorabili & pœnali ueniant iura & actiones,& hæc sit prima conclusio in hoc artic.

5 Secunda conclusio, quod in proposito idem sit in hoc nomine, Res, iuxta tex.in l.rei appellat.xxiii. ff.de uerb. signifi.& colligitur.ex l. Rei appellatio.v.ff.eod.tit.latissimè scribentes in l.j.ff. si cert.pet.regulariter autẽ in dispositionibus legis & hominis harum uocum,res,& bona, partiũ est, ut colligitur ex Bartol.in l.quintus.§.argento. ff.de aur. & arg.lega.Bar.Alberi.Bald.in l.j.ff.de stat.homi.& eandem ęquiparationem probat Bal.in l.j.in princ. C.de usufr. Felin.in annota.Decret.§.omnes leges.colũ.

6 antepe.& Dec.in l.j.lectu.ii.num.7.ff.si cert.pet. Et hoc procedit sine dubio,ẽt si nomẽ,rei uel bonorum, exprimatur simpliciter,sine aliquo signo uniuersali,ut in allegatis iurib.maximè in d.l.si legatus. ff.ad Treb.tex.in l.nam q. xiiii.§.vlti.cum duab.ll.sequent.ff.eo.tit. colligitur præterea ex tex.l.quoties.xl.§.vlt.ibi,uniuersorum,& ibi bonorum.ff.de usufr.notat Bart.in d.l.si legatus.§.j.& in d.l.nã quod.§.non omnis,ibi,omnia uel simpliciter.Addo tex.in l.uxori meæ.ff.de usufr.lega.ibi bonorum meorum,& ibi

7 omnia ubi hæc æquiparantur. Tertia cõclusio sit,quòd ubi quis in dispositione rerum uel bonorum addit pronomen,mea,adhuc ueniunt iura & actiones,contra ueteres quos sequebatur Bart. in l.j.num.3.ff.de stat.homi. & ibi Bal.in princip.& Ang. de malefic.d.uerb.& eius bona.nu. 3.& in §.fina.num.2.instit.de iur.natur.idem etiam sequi uidebatur Guid.decis.ccccxlii.nu.2. & alij quos refert Tiraq.d.loco nu.8. Verius enim est quod aduertit Barto.in

d.l.quintus.§.argento nu.3.ubi reprobat opinio.antiquorum per multa iura quib. probatur adiectionem pronominis, mea, nõ minuere significationem huius dictionis, bona: nec referri tantum ad ea quæ possidentur.l. Idque probatur maximè ex d.l. si legatus.§.j.& d.l. Nam quod.§.fi.cum duab.ll.seq.& hanc opinionem probat tex.in l. meorum.xcj. ubi Alci.nu.1. eam dicit communem.ff.de verborum significa. & Feli.in dicto.§. omnes leges. Gomes.in §.omnium.nu.22.institu.de actio. Hispanus Fernandus arias.l.xxj.Tauri.nu.15.Rip.in l.j.col.fi. nu.104. ff.si cer.pet.Segur.Hispan.in l.quẽadmodum.fol.91.ff.de acq.pos.& idẽ est si dicatur omnia mea, uel mea, sine substantiuo, bona, ex d.l.si legatus.§ j.per quem ita not Bart. d.§.argento.nu.4.uers.hoc præmisso, quẽ somniculose reprehendit Gomes.d.§.omniũ.nu.22. putans Bar.contrariũ dixisse. Et hinc cauendum est ab Alc.in l.fi.nu.79.C. de pactis.qui loquitur contra hanc receptã sententiam: & minus bene citat Barto.in d.§.argento.& ita etiam in confiscatione.& pęnalib.resoluit Roma.in l.si constante.
8 §.fi.nu.8.ff.sol.ma. Quarta conclusio sit, ꝙ cum relictis & donationibus appellatione bonorũ ueniant iura & actiones, ex iurib.supra citatis multò fortius idem dicendum est in hypotheca seu obligatione bonorum, & ita communiter intelligitur tex.in l.nomen.C.quę res pign. oblig. poss. facilius enim extẽditur obligatio, quã donatio ex l.fi.eiusd.ti.iũcta l.si ita.ff.de aur.& arg.lega.& ibi Bar.explicat: idque non tantum procedit in obligatione expressa, sed etiam tacita contra Azo. ad Accurs.relatũ & contra eundẽ Accurs.uariantẽ in l.iii.C.de hæreditar. action. ubi cõtra Bal. ita communiter Doct. resoluũt, & Paul.Castren.in l.si conuenerit.ii. ff.de pign.actio.idem Paul. in l.si constante.§.fi. ff.sol.mat.asserit receptũ Dec. cõsi.349.ad fi.n.10.& Negus.de pign.4.mẽb.2.art.n.165. ex quo cauendũ est à Ias.errante.in cõclusione & in allegatione illius gl.in §.item seruiana.n.43.Insti.de action.
9 Quinta concl.est necessarioq; inferẽ ex præcedẽtibus, vt hæc regula nõ solũ procedat in dispositione legis, sed ẽt in dispositione hominis, vt patet ex allegata l.vxori meę. 37.ff.

37.ff.de usufr.lega. & l.si legatur.§.j.ff. ad Treb.cũ multis alijs. Ideoq; uana est differentia quam in hoc constituebat Gomes.in d.§.omniũ.nu.23.ad fi.male citãs Ang.
10 Aret.& Alex. Sexta concl.limitat præcedentes,ut.s.appellatione rerũ uel bonorum facta relatione ad locum, non contineãtur iura & actiones, eò quod certo loco nõ circũscribuntur.l.Caius.ff.de lega.ii.& in l.si fideicõmissum.§.tractatum.ff. de iudic. & ad hoc d.l.Caius:extollunt Doct.ut tradit Tiraq.d.uerbo bona,nu.9.dicit nota. Ias.in §.Item seruiana.nu.42.institu.de action.& ita illã l.intelligit.Io.Imo.ibi.Bal.in l.j.ff.de stat.homi. & est recepta interpretatio,ut colligitur ex Ias.in l.Cunctos populos.ii.lectu. ad fi.C.de sum.Tri.& in l.Adiuo Pio.§.in uẽditione.nu.6.ff.de re iudi.& in d.§.Itẽ seruiana.nu.42. Instit.de action.idẽ in cõs.v.col.iii.li.iii.& Alc.in l.fi.nu. 80.C.de pact.Alex.consi.xxxi.nu.vii.li.j.Alc.l. nominis, & rei,ff.de verb.sign.Io. Cerier de primo genit.li.ii.q.ix. cõtra ꝙ miserè agit Gomes.d.§. omni.col.vi.vers.iii.nu. 23.In quo aduerte non rectè sensisse Bart.in d.l.Caius in summario,dũ indistinctè dicit in legato generali non cõprehẽdi iura & actiones,per tex.ibi, ꝙ est contra iura receptas sentẽtias, tex.autẽ in d.l.Caius suã habet specialẽ rationẽ,ut uides. Similiter circa eandẽ l. labuntur aliàs Io.Imo.& Rom.in l.fi.ff.de donatio.cõstituentes differentiã inter uerba generalia, & magis generalia,utrobique enim si relationẽ facias ad locum,eadẽ est ratio.Sed d l. Caius elegãter & limitabat & declarabat Lapus allega. xcj.nu.8.ad fi.ut nomina debitorũ circũscriptè nõ dicãtur esse in loco:sed aliquãdo per effectũ exactionis quæ fieri põt, loco certo dicantur esse bona eiusdẽ loci uel prouinciæ, & ideo contineantur sub legato uel dispositione loquẽte de bonis,ut si quis leget uel donet bona Italica, uel Hispanica contineãtur ea quæ in illis prouincijs soluẽda erant:ꝙ sequit̃ Alex.cõs.xvi.ad fi.li.j.& Soci.cõs.cj. nu.2.li.j.& Cerier de primo ge.li.ii.q.ix.nu.7.Sed aduertendum ꝙ limitatio hæc Lapi ex uerbis eiusdẽ in princ. dum loquitur de pecunijs procedit planè cum expressim in dispositione fit mentio de nominibus debitorum

cum relatione ad locum, tunc enim ea locutio intelligitur de ijs quæ in eo loco exigi possunt, non auté intelligitur de instrumentis, uel chirographis existentibus in alio loco, in quo debita exigi non possunt, ut colligit Alex.d. cõsi.ad finem,& ex Soci.d.cõsi. & hoc modo limitatio Lapi uera est,& nõ tanti momenti, ut forsan sonare uidetur alia.si indistinctè Lapus loqueretur obstaret decisio illius l.Caius,cum simil.nisi forsan agatur de relicto,uel donatione mercatoris, qui nomina tantum haberet in illis locis.Tunc enim de ipsis nominibus debitorũ intelligetur attenta qualitate disponentis,& ne dispositio irrita sit,vt dicemus in rub.sequenti circa uænalia,& ita de mercatoribus loquitur Lappus d. loco crediderim,etiã q in institutione & fidei cõmisso, ubi testator diuideret bona inter hæredes,tunc appellatione bonorũ unius prouinciæ comprehenderẽtur nomina debitorũ,quia tunc non fit relatio ad locũ tam limitatũ,nec animo restringendi instit.uel fideic.arg.te.in l.Si certarũ.§.j.ff.de mili.test.tex.in l.cogi. §.sed & si miles ibi res Italicas.ff. ad Treb.nec cõtradicit Soci.d.consi.cj.in j.vol. imo uidetur hoc cõprobare,si maturè inspiciatur. Septima concl.præcedenté ampliat:ut
13 quando bona nominãtur cũ relatione ad locũ,non ueniãt iura & actiones,licet adijciatur signum ueiuersale cũ uerbis generalissimis,puta omnia,uel quæcumque bona,uel omnia ubicunque sint,ut tradit Ias.in d.l. Adiuo Pio.§.in uẽditione nu.7.in quęstione in qua refert se cõsuluisse vel cõsuluit d.consi.v.li.iii.q refert idẽ Ias.in l.stipulatio hoc modo cõcepta.nu.22.ff.de uerb.obl.quibus in locis refert Bal.ita consulenté,quod probat Dec.cons.ccxxxvii.ubi in specie Ias.citat,idẽ Dec.consi.ccccxiiii.nu.11.quę declaratio iuuatur ex tex.d.l.Caius.quam notat Bal.in d.l.j.ff.de stat.homi.ubi erat,uerbũ omnia: Iuuatur etiã ex tex.in l. generali.§.vxori.ff.de usufru.lega. ibi omnium rerũ quæ in his domibus erant: militat etiã ratio d.l.si fidei cõmissum.§.tractatũ.ff.de iudic.ibi cum non loci sit æs alienum facit tex.in d.l.pediculis.§. item cũ quæreretur.ff.de aur. & arg.lega.ibi omne & ibi non uideri legatum. Ad idem facit tex.in l.quæsitum.§.pen.uers.Papinianus.ff. de fund instruc.

instruc.ibi omnia quæ in domo erant,& ibi cautiones debitorum legatas non uideri: ad idem facit tex.in l. quæsitum.lxxvi.§.j.ff.de leg.iii. ibi omne : & ibi quodcunq; , & ibi quicquid,vbi sunt verba vniuersalia, sed non comprehenditur quod ex regula & ratione iuris non solet comprehẽdi. Et est eadem ferè ratiò ad nostrum articulum. facit etiam ad idẽ text.in l.Vxorem xxxix.§.legauerat.ff.de leg.iii.ibi,quicquid,& ibi nõ deberi.Sed in proposito melior tex.in l.si mihi mænia,ibi cũ cæteris vniuersis,quæ in eisdem fundis erunt, & ibi vti optimi maximiq; sunt,iuncta decisione ibi nomina debitorum legato non cõtineri, Quam text.in proposito dicit singularem Paul.in d.l.Caius.nu.1. Vides igitur iura clara,vt hæc cõclusio procedat etiam si concurrant verba geminata & generalissima, vt aliquando consuluit Corn.& similiter Bertrand.quos re-
14 fert Tiraq.de retract.ligna.§.j.gl.vij.nu.28.Ex quibus iurib.infertur, in his terminis errasse Imol.& Roma.in d.l. Caius.nisi adijcerẽtur verba generalissima:vides enim ea uerba ita generalissima & geminata in d. l. Si mihi Mænia,non tamen cõprehendi nomina debitorũ.Quęcunque enim uerba fingas in relatione ad certũ locum nunquam uidebis posse eam congruere nominibus debitorum,cum nullo modo sint in loco.Inde etiã infertur nõ semper verba geminata & uniuersalia augere, uel mutare naturam rei, ut alias dicit Iureconf.in d.l. pediculis.§.labeo.ff. de aur.& arg.lega.licet etiã uerba geminata & generalia sæpe augeãt & magis operẽt,ut tradit Alcia.li.iii.de verb. signi.post princ. Moline.ad Alex.Consi.xxx.li.j.Ripa.in l. Ex facto.§.fi.nu.16.ff.ad Trebel. tradit multa pro & contra copiose Tiraq.d.§.vii.nu.21.& 27.Ex eisdẽ iuri infert Tiraquel.in d.§.vii.nu. 26. & 27. contra Benedict. in d.c. Raynutius.uerb. Cætera bona nu.8.ubi dixit,quod si testator,de quo ibi relinqueret omnia mobilia & immobilia quæ haberet in loco certo, uenirent nomina debitorum : Et ideo Tiraq.d.loco.num.28. putat Benedict.loqui contra iura, & contra eum citat Docto. in uarijs locis: sed licet Benedict. non utatur aptis terminis,uerum tamen dixit, & Tiraquel.decipitur,nam Benedict.loquitur

in institutione vniuersali, per uerbum relinquo, cum uniuersitate bonorũ l. His uerbis, vbi gl. & Bart. ff. de hæred. insti. Alex. in l. nam quod. §. non omnis. ff. ad Trebel. igitur succedit regula l. j. §. si ex fundo. ff. de hæred. instit. ut non dato cohærede, institutus in certa parte bonorum, cætera omnia consequatur, & ita congrue Benedict. ex illa regula argumentatur, nec loquitur de donatione quod non aduertit Tiraquel. Iura auté & Doct. quib. Tiraquel. nititur loquuntur in donatione uel legato, aliave dispositione particulari, in qua non datur illud necessarium ius accrescendi & consolidandi omnia bona ad personam illius, in quē ipsa dispositio dirigitur. Facit quod in simlii resoluit Alex. consi xlv. nu. ix. ibi nisi generaliter, lib. j.

16 Octaua conclus. ad ampliationem præcedentis, & maximè ad ampliationé d. l. Caius est quod ubi ex relatione ad locũ uel simili causa, bonorũ appellatione non comprehenduntur iura & actiones, id procedat quanuis relictũ uel donatio conferatur in personam dilectissimã, etiã si in filiũ: ut colligitur ex Bart. consi. l. relato à Benedict. in d. verb. nu. 25. ad fi. à. Ias. in d. l. Adiuo Pio. d. §. in uenditione. nu. 7. & alibi sæpe pro quo in terminis est tex. in d. l. quæsitum. §. j. ff. de lega. iii. ubi erat relictũ filio, & ita tex. in d. l. quæsitum. §. pen. uersi. Papinianus, ff. de fund. instruc. Sic & de filia loquitur in simili tex. in d. l. Pediculis. §. Ité cũ quæreretur. ff. de aur. & arg. lega. & d. l. Caius, agit de relicto Nepoti, quod fuit specialiter notandũ, nequis deciperetur ex ijs quæ in iure sæpius traduntur de fauore sanguinis, & specialibus ratione consanguinitatis, ut l. Aurelius. §. titius. ff. de lib. leg. Alc. Regul. j. pręsump. vj. & pluribus probat Ias. in l. j. ff. ius voca. vt eant. & Fel. in c. cũ quidã, nu. 11. de iur. iuran. Hippol. in l. una, nu. 194. C. de rap. Virg. Math. de Affli. in tract. de iure protom. ex nu. 14. & latius in c. j. §. Si clientulus, de aliena feud. late Tiraq. de retrac. in præfatione, ex nu. 52. quibus adde tex. in l. uesté. ff. de iniur. & tex. in l. Si pater. §. fi. ibi coniunctam. ff. de adoptio. & quę tradit Clement. in rep. l. ii. col. lxj. C. de

17 rescind. uend. Magis etiam fuit necessarium de hoc admonere lectorem, quia non solum posset quis decipi ex il-

iii lis

lis generalibus, quæ modo retulimus fauore consangui nitatis & dilectionis: Sed in specie contrariũ scripsit Rom. notab. ccccccxliii. dicens ob amorem filialem contineri iura & actiones, & etiam uænalia quæ alia non contine rētur: nec meminit illorũ iurium contra quæ loquitur, de ceptus per tex. in d.l. quæsitũ, §. sed ipse Papinianus. ff. de fund. istru. q aliud lōge diuersum, probat, ut declarat Socin. in l. Si ita legatũ ff. de cōdit. & demonstr. Deci. cōs. lix.
18 Nona concl. est ex l. bonorũ. ff. de uerb. signi. ut sine dubio appellatione bonorũ contineantur mobilia & immobilia, subditque tex. contineri superficiaria, de quib. in tit. ff. de superfi. idque patet ad sensum: & colligitur ex l. tutor. xvi. §. fi. ff. de pig. actio & l. lex uectigali. xxxj. ff. de pigno. uerè enim inter bona nostra connumeratur emphyteusis. per illa iura. & colligitur ex l. j. cũ seq. ff. si ager ve-
19 ctig. uel emphyt. pet. Ideoque & in bonis emphyteuticis minoris requiritur solennitas decreti: ut in l. iii. §. si ius emphyteuticariũ. ff. de Rebus eor. l. etiã. C. de præd. min. de qua uoce emphyteusis agit Alci. lib. j. parerg. c. xxxvj. indeque infertur necessariò ad Res ecclesiæ, quod scripsit (non citans illa iura) Rebuf. in suo cōpendio circa alienationes rerum ecclesiæ, facit quod scribit Ripa in Rubr. ff. de pign. nu. 10. quod in generali obligatione veniũt bona emphyteutica: per illa iura quæ citat: sed minus bene: nanque illa iura loquuntur magis de obligatione expressa, verũ tamen est quod Rip dicit ut trademus in l. j. infra eodē
20 uel in rub. tit. sequentis. Hinc sequitur quod si vim & significationē huius uerbi attendas, necessario dicendũ sit lapsos fuisse sæpissimè, plures maximosq; iuris Interpretes q dubitarunt aliquando, an appellatione bonorum contineantur Emphyteutica, uel similia, in quibus quis habet utile dominiũ tantũ aliquando etiã scripserunt non contineri, nec sibi satis constant, ut colliges ex Ias. variante in l. gallus. §. quidã recte j. lectu. nu. 43. & seq. ibi caue tamē: & colligitur ex relatis ab Alex. in l. si patroni, ff. ad Trebel. huiusmodi etiã uarietas & negligētia Doct. adhuc magis colligit̄ ex relatis a Dec. in l. j. in ii. lect. nu. 9. ff. si cer. pet. & tradit Math. de Afflic. in Decis. xiiii. nu. 9. sed & alibi di

stingunt

ſtingunt an dicantur bona,indefinitè.an omnia bona vniuerſaliter,ut ſentit idem Mathæ. de Afflic.lib.j. conſtitu. Rubr.vj.nu.48.& Iaſ. Conſi.cxxiiii.col.pen.lib.iiii. Ac.insuper alibi diſtinguũt inter hæreditatẽ & bona,ut per Iaſ. in authen.Vnde ſi parens.nu.8. C.de inoffi.teſta.& in d.§. q̧dam.rectè in utraq; lectu.Et in ſuo cõpendio feudor.nu. 45.Et Mathæ.de Afflic.in c.In generali.nu.27.ſi de feud. fuer.cõtrou.inter domi.& agnat.in lib.iii.feud.fol.37.col. iiii.In quibus locis uidebis eam quã diximus uarietatem, tam circa bona Emphyteutica,quàm feudalia, præſertim apud Math.de Afflic.in d.loco poſt alios.Et vſque adeò in hoc uariant dubitantque Doct.ut Tiraq. plures referens. in l.Si unquam uerb.bona.nu. 10.in fin.non reſoluerit an deciſio illius. l.locum habeat in donatione bonorũ feud. uel emphyteuticor. quæ utiliſſima quæſtio non erat relinquenda indeciſa.maximè repetenti l. illam.

21 Verùm ego non dubito (ut dixi) Si uerbi ſignificatio reſpiciatur, Emphyteutica & feudalia propriè bona appellari:quod rectè Dec.ſenſiſſe uidetur d.l.j.in ii.lect.nu. 9.ff.ſi cert.pet.Idem probatur ex tex.in l.Item prædia.ff. famil.erciſcun.vbi dicit hæc bona venire in iudiciũ famil. erciſ.& ſimiliter in iudiciũ cõmune diuidũ. vt l.vii. ff.com mu.diuid. quæ iura ſæpiſſimè citantur à noſtris indiſtinctè aſſerentibus, ꝙ bona emphyteutica & ſimilia poſſunt diuidi inter hæredes,quod quidẽ longè aliter intelligendũ eſt, quàm interprætes putarũt,ut latè atq; utiliter de-

22 ducemus in l.j.in ii.par.infr.eod.Aliquando tamen nõ ob ſtante ſignificatione uocabuli,nõ continebuntur feudalia uel emphyteutica ſub nomine hæreditatis uel bonorũ,ex aliqua ratione particulari quæ ita ſuadeat,vt tradit Bart. in l.itẽ videndũ,§.fi.ff.de petit.hęredi.Alex.in d.l.Si patroni.& ita procedi.tex.in d. c. in generali, & quæ ibi tradit Math.de Afflic.ita etiã eleganter cõprobabis quod ſcribit Io.Cro.in l.Si conſtante nu.26. ff.ſolu.matr.qui hæc non aduertit:& non eſt nouum. aliqua ex defectu intentionis non cõpræhendi in diſpoſitione generali,quæ tamen quo ad uerba ſunt eorũ,de q̧bus loquitur ipſa diſpoſitio, ut in l.obligatione generali.ff. de pignor.& alibi ſæpe, facit l.

itē apud Labeonē.§.ait prætor.ff.de iniur.ibi, quæ notabilia specialiter, Optimus tex.in l.Siquis ita.xvj.§.si quis cū ignoraret,ff.de testam.tutel.ibi licet nomē, & ibi quia
23 nō sensisset. In quæstione autē d.l. Si vnquam.crediderim l.illam procedere etiā in bonis feudalib. uel emphyteuticis, si fuit uera donatio ex parte eius q liberos posteà suscepit,ita ut nouus possessor principaliter ab eo habere dicatur,tūc enim militat ratio legis, militant etiā uerba, cū & hic propriè de bonis agat, vt probaui. Vbi autē in casu d.l.Si vnquā, bona illa alteri obuenerint magis ob nouā concessionē domini directi,uel alia causa,quę maioris pōderis sit quā renūciatio & uoluntas illius q liberos suscepit:aliud dicendū erit,quia tūc possidens nō dicetur habere ab eo:ex ijs quæ trademus in l.cum multa.infra tit.seq.
24 Decima conclusio in hac materia sit,quod iura & actiones,licet propriè dicantur bona,constituunt tamen bonorū speciē diuersam à mobilibus & immobilibus: nec propriè dicuntur mobilia uel immobilia,ut colligitur ex Iureconsf.in d.l.à diuo Pio. §.in uenditione.ff.de ne iudicata ex text.ad hoc celebri apud Doct.in l.quam tuberonis. §.in peculio.ff.de pecul.ibi, res mobiles & soli,& ibi hoc amplius nomina debitorum,& ita antiqui Doc.tradebāt, ut refert Bartol.in l.potest.ff.de author.tutor.Bartol.in l. mouentiū ff.de uerb.signifi. & ibi notanter late qui Alberic.Et hæc est recepta theorica, ut tradit Alex.in d.§. in venditione, in j.nota.idē Alex.in l.j.nu.9.ff. de vulga. & pup.& in multis consilijs,quæ citat Aymon.cōsi.ccxiii.ad fi.Alex.consi.xlv.nu.8.lib.j.& idem in consi.xxiiii. lib.vj. Guid.pap.q.ccxcj. Deci. in d.l.in ii.lect.nu.8.ff.si cert.peta.idē Deci.in consi.ccccxiii.nu.11.Panor.in c.nulli, nu. 9.de reb.eccles.Neguzan.de pignorib.in ii.par..ii.memb. nu.9.& latissimè more suo Tiraq.de retract.ligna.§.j.gl. vii.nu.9. ubi refert Ias.in uarijs locis hoc extollentē,aliosq; numeros Doct.Et licet eos dicat in hoc uariare,tamen hæc est recepta sententia, & quidem uera ex illis iurib.maximè.d.§.in peculio,& suadetur ex eo, quod iura & actiones naturaliter & ex usu loquendi manifestè separantur à rebus mobilibus & immobilib. vt ex Oldr.
tradit

tradit Alberic. in d.l. mouentium: Et in his præcipuè attenditur usus loquendi & mens disponentium, l. quintus. §. primo ibi, non facilè quis computat, ff. de aur. & arg. le-
25 ga. Ex qua doctrina infertur nõ recte loqui fuisse gl. in l. fin. C. in quib. caus. in integ. restit. non est neces. in uerb. quærere, ubi indistinctè numerabat actiones inter immobilia, per text. quem malè adducit in l. ait prætor. §. j. ff. de iur. deliber. & contra gl. in hoc est tex. in l. potest. ff. de autor. tuto. dum sine prætore permittit distractionem actionum minoris. Inde etiam infertur errare Notarios, & alios putantes plus contineri sub uerbis, mobilium & immobilium simul, quàm sub uerbo bonorum: & ita ex inani uerborum superfluitate sæpe nocent. Cauebis ex inde etiam à uariatione gloss. & Alexand. ad Barb. in d.l. mouentium. Sic & ab alijs aliter uariantibus, ut refert Tiraquel. d. §. j. gl. vii. nu. 67. & 8. Hinc infertur quod in donatione uel relicto bonorum mobilium & immobilium non continebuntur iura & actiones: ex Bart. & Doctor. in locis sup. citatis, Bart. expressim, consi. l. idem Bart. in l. fin. num. 4. uersi. quæro. ff. de usufr. lega. & Ias. in d. §. in uenditione num. 7. & in consil. v. lib. iii. & Guid. Pap. d. q. cclxj. Dec. consi. ccxxvii. col. j. & in d.l. j. in ii. lectu. num. 8. ff. si cert. peta. & Benedict. in d. uerb. cætera bona, numero 25. Gomes. in d. §. omnium, num. 22. & in statuto in casu notabili latè tradit Corn. cons. ciiii. ex num. 19. lib. ii.
26 Marian. Socin. iunior consi. cxv. col. j. lib. j. Capel. Tolos. ibi Aufrer. q. cccxv. Inde infertur ad quæstionẽ superius tactam, quando publicantur seu confiscantur mobilia & immobilia. dicunt enim plures nõ publicari iura & actiones: ut ex Bal. Angel. Imol. tradit Alex. in l. si constante, §. fi. nu. 9. ff. solut. matr. Idẽ dixerũt Guadin. & antiqui, quos refert Tiraq. d. nu. 9. post princ. ubi hoc cõmiscet alijs materijs, & uidetur ut receptũ tradere: ita etiã Neguzan. de pign. ii. par. ii. memb. nu. 10. Cerier de primo geni. lib. ii. q. 9. nu. 3. Alex. in terminis in publicatione bonorum consi. ccxliiii. lib. vj. ubi addidit idẽ esse quanuis publicatio fiat cũ signo vniuersali omnia bona, ut si adijciatur mobilia & immobilia, non ueniant nomina debitorum. Idemque est

est de mēte aliorū, quos Tiraquel. citat & hic allegamus. & cōprobatur ex Bartol.& a lijs citatis numero proximo, & ex inferius adducendis, q in proposito asserunt idē esse in dispositione indefinita quod in uniuersali : & probatur ex iurib.quæ adduximus super in l.vii.cōclu.circa.l. Caius.ff.de legatio.ii. Et hæc opinio uidetur planè tenenda in publicatione, & sic in materia pœnali restringenda cū idē cōmuniter à Doctor.tradatur in donatione & legato, & sic in materia fauorabili:vt videatur procedere argum. à fortiori.Et tenendo hanc opin.in confiscatione, sine du bio dicas nihil referre an sententia loquatur simpliciter de bonis,an generaliter de omnibus bonis. ut Alex. tradit in d. cōsil.& est de mente aliorum:in quo minus bene contrariū scribit Moline.ad Alex.d.consi.in ulti. additio. adducens malè Tiraq. q id nō scribit & debebat Alexan. in d.cōsi.citare Alberic.in iii.par.statu.q.xiii.ubi idē concludit in publicatione & statuto pœnali, ne veniant iura & actiones cū agitur de bonis mobilibus & immobilibus,
27 & ita Neguzan.de pignor.in ii.par.ii.memb.nu. 10. Vnde infertur errasse grauiter Chanasse, à quo cauendū est in cōsuetud.Burgund.in Rubri.ii.§.j.nu.14.fol.94.col.iii. q dicit q in confiscatione bonorū mobilium:ueniunt iura & actiones quæ mobilibus dicit æquiparari, & asserit id à Docto.tradi. quod posset lectorē fallere. Doctor. enim cōmuniter contrariū scripserunt,ut uides,cū iura & actiones separent à mobilib. & immobilib. & in confiscatione etiā omnium bonorū mobilium & immobiliū, non accedant alteri ex illis speciebus secundū Alexand.& communem,& ita in legato mobiliū consuluit Alexand. quē sequitur Deci.Consi.ccclxxxj.numero,c.& consi.ccxxxvii,
28 & Oldrad.consil.ccxix. Sed aduertendum est, quod in publicatione bonorum,si sententia loquatur de mobilib, in casu quo de iure omnia bona confiscantur,uidetur sententia intelligenda secundū iuris decisionem, ut tunc ueniant iura & actiones, quia militat regula. d.l. si ademptis.C.de senten.pass. quod uoluit Moline. ad Alexand. d. consilio ccxliiii. libro vj. & tunc. potest dici quod pars bonorum trahit totum ex decisione legis, nec est

cur

cur relinquantur nomina debitorum ei cuius bona mobilia, & immobilia publicantur: sed etiam in statuto loquente de pœna mobilium & immobilium loquitur Alberic. d. q.xiii. arguens ab odio pœnæ per l. sanctio legum. ff. de pœn. & sic non est tuta declaratio Moline. nisi in casu apertè deciso aliqua lege confiscante omnia bona delinquentis, ad quam legem referatur sententia, ideoque secundũ illam debeat intelligi, iuxta l. quint. §. si iudex. ff. de re iudicata cum similibus. Hinc etiam ex hac decima cõclus. infertur ad obligationem & hypothecam, in qua quotidie errant Notarij adijcientes uerba illa mobilia & immobilia, quia tunc ex proximè adductis non ueniunt nomina debitorum, ut in specie dicit Angel. Aret. in §. j. insti tu. de mutil. stipula. & alij quos citat Tiraq. d. §. j. glo. vii. nu. 9. Neguzan. de pignor. in ii. par. ii. memb. nu. 9. limitando id notanter in casu quem tradit Nouell. de doc. vi. par.
29 priuil. lxviii. & Neguzan. iiii. membr. ii. par. nu. 84. Sex in hypotheca possent teneri cõtra Doc. ut in obligatione bonorum mobilium & immobilium ueniant iura & actiones, quia est minus præiudicium, & quia mens contrahentium de omnibus bonis est, & illa adiectio Notariorum fit ex stylo, ideoque non debet restringere quod contrahentes uolunt, argu. doctrinæ Bartol. in l. j. num. 10. in fi. ff. de iur. codicil. & quia in conuentionibus non tam proprietas uerborum, quàm mens contrahentium attẽdi debet, v. in materia dicit l. fin. C. quæ res pigno. obliga. poss. & in proposito notat Deci. consi. cccclxxij. nu. 10. pulchrè Iureconsul. in l. in conuentionibus. ccxix. ff. de uerb. signifi. ubi ponit exemplum, ad quod non solent aduertere Doct. qui alibi indistinctè excludunt successorem particularem, quem Iureconsul. ibi mittit, quod alio loco explicabimus. Pro hac noua opinione facit regula illa iuris, quòd inducta ad augendum non debent afferre diminutionem & ècontrà l. legata inutiliter. ff. de legato primo cum alijs. Facit etiã quod not. Pau. Castren. in d. l. quã Tiberionis. §. fi. ff. de pecul. ubi refert se ita consuluisse. Nec esset nouũ ut uerbũ generale, bona, quod præcedit, non restringatur ex illa diectione mobilium & mmobilium, argum.

gum. tex.ubi latè Bartol.in l. quæſitum.§.fina.ff.de fundat.inſtruc. de quo notabiliter agit Mathæ. de Afflict.in Deciſio.cvi.& Rip.in l.cum filio,numero 57.ff.de legato
30 primo,& in hoc poſſet adduci quòd in ſimili ſcribit Fulgoſi.in l.j.ad fi.C.ſi aduerſ.tranſact. ubi agit de quæſtione,quæ erat inter duos filios quòs pater inſtituit: alterũ in mille,alterũ uerò in bonis mob.& immob.& cõtendit Fulgoſ.tunc quod id filius obtinebit etiã nomina debitorum,ut ex uerò ſimili mente teſtantis,qui aſſignando certam quantitatem uni, & alteri mobilia & immobilia,videtur ſenſiſſe de omnibus bonis exceptis iuribus, & actionibus. Quaſi omnia bona huic dare uideatur exceptis mille quæ ſpecialiter & limitate alteri relinquit, ꝙ autem à mobilibus & immobilibus ſeparentur iura & actiones eſt reſtrictio quæ fit ex iuris ſubtilitate,aliudq; uidetur tunc ſuadere mens teſtantis, quæ magis attendi debet ſecundum Fulgoſ.quẽ male refert Corne.d.conſi. ciiii.nume.21.lib.j. & Socin. Nepos d.conſi.cxv.col.j.li. j.Et ita in ſimili quòd mens diſponentis præferatur ſignificationi mobilium uel immobilium. tradit Deciſio.ccclxxxj.nume.5.quibus adde doctrinam tex. in l.quiſquis. ff. de verborum ſignificatione. & d.l. in conuentionibus ff.eodem,& ita in obligatione tentamus aliud dicendũ, quàm in donationibus & legatis,ut etiam in alio fit differentia inter illa per Bart. in l.ſi ita.ff. de aur. & argen. legat.& in alijs, ut ex Bald. Gomeſ.Crot.tradit.doctiſſ. Couaſ.Ruu. libro ſecundo reſolut. capitulo quinto,nu-
31 mero ſecundo. Vndecima concluſ.fit ad ampliationem præcedentis,ut illa qualitas uel adiectio mobiliũ & immobilium reſtringat nomen bona, quamuis exprimatur cum ſigno uniuerſali omnia, ut eſt de mente omniũ ſuperius citatorum:& ita in ſpecie tradit Bartol.d.conſi.l.loquens de legato per uerba generalia & uniuerſalia & geminata,ut etiam tradit Iaſ.in d.§. in uenditione,& fortius tradit Deci.conſi.ccxxxvii. numero 1. & ita cum ſigno uniuerſali loquitur deciſio.Capel.cccxv.Aimon.referens plures in Rubr.ff. de legatio.j. numero 72. & ita ſentire Doctor.communiter, colliges ex Tiraquel. in d.

tracta.de retract.§.j.gl.vii.numero 26. & ibidem nume 28.refert Corne. & Bertrand.ita consulentes, & in terminis ita colliges ex Ias. in l.stipulatio hoc modo concepta ad finē,& in uerbis generalissimis & geminatis, tradit hoc Deci.in d.cons.ccxxvii.col.j. & in l.j.in ii. lect.numero 8.ff. si cert. petat. post Guidon.Deci.ccxci. ubi loquitur etiam cum adijcitur, dictio uniuersalis:ex quibus patet hanc esse receptam sententiam apud scribentes, & ita consulit Deci.in casu in quo erat dictum, omnia bona mobilia & immobilia ubicunque reperiantur, non venire iura & actiones, nisi de illis fiat specialis mentio, Deci.consi.xxx.numero 2. uersic.quarto, iuncto nume-
32 ro 5.Vnde cauebis ab Alcia.qui immemor commun.opinionis, contrarium scribit in d.l.mouentium.ff. de uerb. signi.putans uerbum,omnia hoc casu operari,ut cū mobilibus & immobilibus veniant iura & actiones:& idē repetit Alcia.etiam in l.j.C.de sacrosan.eccle.& eum sequebatur Moline.ad Alex.consil.xlv.libr.j. immemor cōmunis sententiæ, sic etiam cum Alcia.Hispanus Couas.in c. relatū.ii.nu.j.in fi.de testa.hęc autē recepta opinio iuuatur ex l.quæsitum.§.punul. uersi. Papinianus.ff.de fund. instruc.fulcitur etiā ex textu in l.quæsitum.§.j.ff.de leg. iii.ubi erat relictum cum signo uniuersali & uerbis geminatis,nec ueniunt iura & actiones, ut latius cōprobaui-
33 mus supra in vii.conclusione, numer.13. Duodecima cōclusio sit in proposito, ut quamuis actiones de se faciant diuersam speciem bonorum,nec propriè dicantur mobilia nec immobilia, tamen aliquando regulantur & censentur secundum naturam rei ad quam competunt, ut in minore & Ecclesia actio competens ad rem immobilem, reguletur ut res immobilis,& non possit distrahi sine solennitate requisita immobilibus, secundum gloss.l.j.C.si aduer.transact.glos.in Authen. de non alienan. aut permutand.reb. ecclès. §.j. in uerbo numeranda: commendat Ias.in l.fin.num.22.C. de iur.emphyte.notat. Paul.in d.l.quam tuberonis.§.fin.ff.de pecul. ubi pulchrum verbum scribit, & circa hoc mirè uariant scribentes, ut copiosè & utiliter tradit Tiraquel. dicto loco. nume.14.

&

& sequen.tandem uerò numero 17.probat hanc resolutionem, quam dicit receptiorem, & aliquib. modis eam declarat, & nouissimè Hispanus Antonius Gometius de contract.cari.x.colũ.ii. Aduerte tamen quòd secundum hanc resolutionem, si eam intelligas ut scripta est à multis Doctor. destrueretur illd recepta sententia quæ colligitur ex d.§.fina.l. quam tuberonis.semper enim actio competet ad rem mobilẽ uel immobilẽ, & consequenter semper posset connumerari uni uel alteri speciei, maximè attenta regula.l. quia actionem.ff. de regul.iur. & ideò hæc resolutio periculosa est: in qua etiam ultra relatosà Tiraq.se inuoluit Mathę.de Afflict.lib.ii.feudoro.in tit.de feud.cogno.numero.49.cum sequen.referens & alios uatiantes: nec etiam satis se explicat Panormi.in c.
34 nulli.nu.8.de reb.Eccles.Nec satisfacit resolntio Bart. in l.putest.ff. de author.tutor quam doctor.frequentiùs sequuntur, ut colligitut ex Panor.& alijs supra citatis: & tradit Alex.in d.§.in uenditione, & Guid.Pap.in cons.lii. Alex.in consi.cxxv.nume.4.libr.j.& Aufre.ad Capel.Tolosan. in quæstione.cccxv.ad fi. Hispa.Sua res allega.xx. pag.iii.Alcia. in d.l.moueutium: si enim bene inspexeris distinctionem Bart. non cessat difficultas proximè tacta, nec constat quando uerificetur consideratio Bart.dicentis hanc resolutionem procedere quando necesse est iura & actiones accedere alteri ex his speciebu s bonorum: hoc est ignotum per ignotius.Nisi quoquomodo intelligas Barto. ut necessum sit iura & actiones alteri speciei bonorum accedere. Quando agitur de bonis considerandis in persona in qua ius cõstituit differentiam inter eius mobilia & immobilia, quod regulariter cessat in illis personis quæ liberè possũt bona sua alienare. Sed nec id satisfacit. Et in casu Pau.Cast.in d.§.fi.l.quã tuberõis, nõ erat necessariũ ut nomina debitorũ applicarent alteri ex his speciebus bonorum, & sic uides Paul. & alios sibi nõ constare. Vnde posset dici nõ esse generale, sed particulare, quod colligitur ex gloss.in dictis locis, ut scilicet ea consideratio tantũ procedat circa solennia adhibenda in actionibus distrahendis: quæ doctrina in illis terminis proba-

tur ex tex.cũ gl.in l. ſi ad reſoluendam.C.de prȩd.mino. vt notat.Cagnol.in l.qui actionem, nu.3. ff.de reg.iur.& alij ex ſupra relatis. Non autem tam generalis cõcluſio uidetur deducenda ex illis gloſſ.ne deſtruatur doctrina
35 principalis. Item ex dictis Oldrad.in d. conſi.ccxix. & Alberi.in d. l.mouẽtium in negocijs occurrentibus, non tam ſequerer hãc periculoſam diſtinctionem Bart.& aliorum,quàm rationem rei & mentẽ diſponentium: quia aliquando ratio vrgebit ut iura & actiones ſæparentur à reliquis bonis:interdum ratio ſuadebit,ut inter mobilia & immobilia numerentur, ut in quæſtione Fulgoſ.(de qua ſup.)num.30.& opinione Moline.nu.28.in caſu autem d.§. in uenditione,l.à diuo Pio,ex Bar.ibi.ii.oppoſit. iuſtiſſimum fuit ut nomina ſepararentur à cȩteris bonis, ne lites ex litibus orirentur,ſi cogeretur creditor ſeu victor exigere ab alijs qui debitori ſuo deberent. Et ultra alios circa illas gl.& receptam reſolutionem,uide vnum quod ſcribit Bart.in l.ſi ſic legatum.§.fin.in fin.ff.de lega. 1.Præmiſſis itaque his concluſionib. circa effectũ nominis,bona,de quo fit mentio in omnibus legib.huius tit.& ſequẽtis,nunc ex d.l.bonorum,& ſup.traditis inferri poſſet ad plurima, ſed ex multis pauca atque utiliora ſeligi
36 mus. Primò igitur in propoſito infero,longè aberraſſe Hiſpan.Gomet.ind.§.omnium col.vi.in fin.Inſtitu.de Actionib.numero 23. uerſic. tertio limitatur, qui ſecurè ſcribit,quòd in omni donatione rerum uel bonorum,ſubaudiatur, ut ueniant res uel bona loci in quo fit donatio,per textus in l.ſi fundus,ff.de euiction.& l.Medico.ff. de aur.& arg.legationi. Sed miſerè labitur, nec aliquid faciunt illa iura quæ citat: Verum enim eſt quod donãs, bona, ſentit de omnibus illis quæ ubicunque habet, non autem ſolùm in loco donationis, cum omnia ſua ſint, & ſic uerba & ratio pariter militant ino mnibus. facit l. in hac.C.de donationi. & de alibi ſitis facit l.ii.C.de excuſſionib. tuto probatur euidenter, quia dominium bonorum non limitatur ad certum locum, ſicut de actionibus dicit textus, & ibi notant ad confiſcationem bonorum Alberic.& Iacobin. in l.ſi fideicommiſſum.§.tracta-

tum

tum.ff.de iudic. & in confiscatione etiam Bartol.in l.relegatorum.§ interdicere.ff.de interdict.& relega.& quæ tradit Dec in consilio ccvii.Rubeus consilio xlv.post Ias. & repetentes late in l.prima.C. de summa Trinit. probatur hoc, quia secundum illud dictum Gome.nunquàm donatio improbaretur, quasi omnium bonorum præsentium & futurorum, contra Bart.& communem in l. fin.C. de pact. & in l. stipulatio hoc modo.ff. de uerborum obligationibus. Nec ullo modo obstat d.l.si fundus ff.de euiction. ibi enim disponitur aliud omnino diuersum,nempe quòd ubi cauendum est uel satis dandum,intelligatur secundum consuetudinem loci, in quo cõtrahitur. quia ad eam tanquàm proximiorem & magis de mente contrahentiũ censetur habita ratione,& ita Doct. quos citat Felin.in c.j.nu.23.de sponsal.in quo adhibẽtur distinctiones,ut per Alberi.in d.l.si fundus.& Roch.in c. fina.q.xii.de cõsuet.repetentes in l.j.C. de sum.Trinit.& fid.cathol.refert Andre.ab Ex ea in libr.de pact.nu.498. Hispan.Anto.Gomet.in l.iii.Tauri,nu.20. & procedit.d. l.etiam si res de qua agitur sit extra illũ locũ,ut tradit Iacobin.de sanct.Georg.in l.nõ solum.ff.de iur.dot.minus obstat.d.l.fina.ff.de aur.& arg. lega enim unicũ genus argenti legabatur,intelligit tex.de argẽto quod erat tẽpore testamẽti,ex regula l.si ita,eo.ti.nec ibi fit restrictio, sed declaratio, hic autem fieret restrictio cõtra uerba & contra mentẽ disponẽtis.Ex eadẽ generalitate & significatione huius nominis, bona, utilius infertur ad relictũ bonorum, an comprehendat uænalia:in quo plures uidi docere,ꝙ sub nomine bonorũ in relictis,non ueniãt vænalia : idq; incautè scribit. Bal.in Rub.C.de uerbo. sign. nu.4.Deci.consil.381.nu.5.idem Dec.in l.j.num.24.ff.de regul.iur.& Bellon. in consi.9.nu.7.& Carol.Ruyn.consil.clv.nu.9.libr.iii.Deci.consil.lxxvi.nume.2.idem Dec. in authen.præterea nu.7.C.unde vir & uxor.& in l.omnia, nume.1.ff. si cert.petat. idem in consil.389.col.fina. num.11.& Hyppol.in Rubr.ff.de fideiusso. numero 195. sentit Soc. in l.qui Romæ,§. Callimachus,colum.j. ff.de verb.obligatione,vbi Iason tangit,sed non satis resoluit,

numero 5.variat idem Iason.in §.Item seruiana, numero 49.cum sequenti. Institutio. de Action. Sed ibi Gomes. numero 19.apertè dicit in legato generali non comprehendi uænalia, & ibi etiam, numero 22.sic etiam Romana in Notab.ccccxxxvii. ita etiam Ias.in l.j.C. de uerb. signifi.numero 1.dum sequitur Bal.in Rubric.eo. titulo. quem retuli: & idem repetit Ias. ibi uersi.ex his habes, ubi citat Bartol. in l. diuus. ff. de bon. damnator. qui id uidetur dicere, numero 4.& hoc tandem probat Crot.in l.si constante, in ii.lectu.numero 139.uersi. secundo. ubi sequitur Bald. in dicta Rubric. & idem Crot. in j. lectu. numero 96.uersicu. idem etiam dicendum, ubi melius incepit sentire: sed tandem ita concludit cum Bal. In hoc uariauit doctis. Alex.in d.l.si constante, n.27.ubi prius benè resoluit, sed statim sibi repugnans subdit in uers.sed responde, quod in legato generali non ueniunt uænalia, nec etiam in hoc manet, uariauit etiam Neguzan.de pignor.in ii.parte ii.memb.nu.15.cum sequen. quibus addo, quod Alberic.in d.§.uxori, in summario uariat, & idem Alberic. in l.ubi adhuc, num.10.de iur.dot. uidetur cum his sentire, ut non ueniant uænalia: & apertè Bal. ibi nu.19.uers.sicut. Fatetur autem Bal. in d.Rub, & sequuntur alij sup.relati, magis communiter quod in hytheca generali ueniunt uænalia, licèt nõ in legato: quod colorant Crot. & Gomes.ubi sup.ratio minoris preiudicij.Sed hi non aduertunt quòd Bal.quem sequuntur, loquitur generaliter de omni contrac.dicẽs plus cõprehendere contract.quã relictũ, de quo miratur Ias.d.§.itẽ ser. n.50. maximè attenta reg.l.in testamentis.ff.de reg.iur. secundum cõmunem allegationem eandem differentiã inter legata & donationem.facit Bal.in l.j.ff.de sta.hom. Ad hanc autẽ opinionẽ circa legatum citauit Bal.tex. in l.generali.§.vxori.ff.usufr.lega. Quo etiã mouẽtur Dec. & alij: qui etiam in hanc partem adducuntur tex.in l.pediculis.§.itẽ cum quæreretur.ff.aur.& arg.lega.Sed melius citarent tex. in l. seruos. lxxiii. in fin.ff. de lega. iii. Qui magis urgere uidetur, ad secundum uerò. Quod Bal.& alij dicunt de hypotheca & contractibus allegant

l.cum

l.cum tabernam.ff.de pign.uides igitur Bal.Dec.& alios magni nominis uoluisse in legato generali non comprehendi uænalia. Quia conclusione retenta, ipse Dec. eam limitat, ut procedat in legato indefinitè prolato. puta cũ legantur res uel bona: secus si addatur signũ uniuersale, omnes uel omnia, quia tunc dicit cõtineri uænalia.& ita in tot locis supra citatis sẽper hoc scripsit, adducẽs Bart. in d.§.uxori: & hoc appellat ipse Dec. differentiam inter dispositionem generalem & uniuersalẽ: & ita cum Dec. Bellonus d.cons. & ante eos Ias.d.l.j.nu.2.C.de uerb.sig. q; ẽt repetit.Dec.eodẽ modo ad casum.l. obligatione generali, ut statim trademus. & cum Dec.plures, quos eius authoritas traxit, qui idem scribit cõs.ccccl xxii.nu.2. Sed Bal.in d.rub.lapsus fuit magisq; errauit.Dec. ubi supra, tã in conclusione, quã in allegatione tex.& Bar.in d.§.uxori: ueraque conclusio est, ut regulariter in legato generali rerum uel bonorum comprehendantur uænalia secundum uerbi significationem, maximè cùm in legato non fiat præiudicium testatori, qui dum uixerit omnia sua integrè habebit, & de eis liberè disponet, & hoc probat text.in d.§.uxori.& ita vult gl. ibi & glo.in l.pediculis.§.item cùm quæreretur, dum in illis iuribus ex particulari ratione inquit gloss.non comprehendi uænalia, sentiens regulam esse ut comprehendantur. Ideo autem in
39 d. §. uxori non comprehenduntur uænalia, quia non fuit legatum simplex, sed cum relatione ad locum, ut patet ex litera. Vnde talis relatio restringit ut gl. ibi recte sentit citans l.Caius.ff.de lega. ii. de qua latè egimus superius in septi. & octa.conclus. Quæ restrictio etiam tunc fit ex regula iuris, qua habetur non censeri esse in loco ea, quæ ibi extant, ut quam citò inde amoueantur.ex l. quæsitum.§.prædia.ff.de leg.iii.& l.ex facto.xxxv.ff.hered.insti.ita ẽt intelligunt Bald.& Cuma.in d.§.uxori:& ex Bart.benè colligit Alex in d.l.si cõstãte, nu.27.idẽ volunt Pau.& Cor.in l.j.C.de uerb.sig.tradit notãter Hisp. Couas Ru.à leiua, uir eruditione & uirtute insignis li.ii. resol.c.v. cuius relatione dicas hanc cõem esse sẽtẽtiã. & ita uerè sẽtit Bened.in c.Rainucius, uerb.cætera bona

numero 15.& Negu.in d.loco,numero 37.bene explicans verba Bar.& eum in hoc ſequitur Cagno.in l.prima,num. 21.ff.de regu.iur.& in l.fin.nu.258.C.de pact.& Molinæ. ad Dec.d.l.prima.& Paul. Picus in §. Titia cum nuberet. numero 111.ff.delega.ij.& Aymon in l.j.nu.73. ff.de le.j. & ita bene ſenſit Alex.cõſ.cxviij.lib.v.nu. 5. bene ẽt ſenſit Afflict.deciſ. cv. nu.6.ver.an autem.& Alci.in l.is qui natus.ccx.in fi.ff.de uerb.ſign.& Ioan. dilectus de arte teſtandi.cap. de lega. caute. xix. & nouiſſimè Anconitanus ſtracha.in trac.de merc.titulo mandati, pag.clxx.Ex quibus (ſi numerum attendis) patet hanc eſſe receptioré ſententiam.Eodem modo reſpondetur ad l.j.C.de verb. ſign. legat enim prædijs non poterant comprehendi vænalia, vt text.inquit nec alia, quæ non erant naturalia prædiorum de ſe, vel ex vſu domini. Quod vltrà Docto. melius explicatur attento. Quòd nomen prædiorum non comprehendit res diuerſas ibi exiſtentes: qualitas autem adiecta.de prædijs inſtructis non refertur ad accidentalia, ut probat tex.in l.cũ de Lanionis.§.ſabinus.ff. de fun. inſtr.qué ibi notat Bart.& Boer.deciſ.clx.ad idem tex.optimus in l.fundi,uerſ.labeo.ff.de actio.empt.quem extollit Iaſ.l.fi.num.12.ff.de conſt.princi. & ſic patet.d.l.prima, & d.§.vxori probare magis hanc ueram & receptiorem ſententiam contra Bal.Dec.& alios, ut in legato generali ue
40 niant uænalia. Oſtare tamen uidentur duo illa iura.ſ.d. §.item cum quæreretur.l.pediculis.ff.aur.& arg.le.& d.l. ſeruos in fine.ff.de lega.iij.nam in d.§.item cum quæreretur legauit mulier omne ſuum ornamentum muliebre,& tex.inquit,ſi mulier negociatrix erat non cõprehendi ornamentum uænale,ſed id quod teſtatrix ad ſuum uſum paratum habebat:eodé modo in d.l.ſeruos. legauit quis ſeruos ſuos & text. inquit ꝙ ſi teſtator uænaliciariam uitam exercebat in dubio nõ contineri eos quos comparauerat, ut illico diſtraheret quaſi eos magis mercis loco quàm ſuorum habuiſſe credendus ſit. Nec ſatisfacit ſolutio quã ſentit glo. in d.§.item cùm quæreretur uerbo non uideri. Quæ notat ibi pronomen mea,reſtringere legatũ ne comprehẽdat uænalia:quaſi mea uel ſua nõ dicantur,niſi quæ

ad

ad proprios usus parata sunt. Quã interpretationẽ probat Bar. in illo §. & Pau. in d. l. j. C. de uerb. sign. & Ias. in l. qui Romæ. §. duo fratres, nu. 62. ff. de uerb. obl. & Hispa. ubi supra nu. 1. ver. ij. & nu. 3. uers. iiij. conclus. & uidetur probare Ias. in l. grege legato, nu. 3. ff. de leg. j. dum citat d. l. seruos. Obstat enim manifesta ratio: quia regulariter secundum cõmunem sensum non potest fingi exemplum legati sine illo pro nomine: non. n. aliter testatores legant uel relinquunt nisi cũ adiectione illa, bona mea, seruos meos, ornamentũ meũ, & similia. obstat ẽt recepta doctrina quæ in alijs articulis habet pronomẽ meũ, non restringere, ut ex Bar. & multis adduximus supra in iij. conclus. Vnde aliter succurrendum uidetur huic nõ leui difficultati, ut hæc duo iura intelligantur procedere in diuerso casu. Nos enim in principali quæst. agimus de legato generali rerũ, vel bonorum, & tunc asserimus comprehendi uænalia: at in illis iuribus nõ fuit legatum generale, sed potiùs certa species bonorum expressa fuit inter quæ longa est differentia: quam vt receptam tradit Alex. in d. l. si constante nu. 24. uers. præterea, & ante eum Romam. §. fi. eiusdem l. nu. 8. licet id non adducant ad intellectum horum iurium. Nec mirum si plus cõprehendat legatum generale quàm legatum certæ bonorum speciei; ex adductis à Roma. & Alex. & ex eo quod ratio suadet uerba magis generalia latiùs extendenda. argu. tex. in l. si ita stipulatus. lvj. ff. de fideiusso. & l. j. & generaliter. ff. de leg. pres. in l. fraudem. §. fi. ff. de mil. testa. quo argumento vtuntur. Docto. in uarijs articulis, ut per Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone. xxvj. limita, quæ dñia etiam iuuatur ex mente disponentis, faciliùs enim & propriùs inter bona sua numerabit. q̃s vænalia, quàm ubi discendit ad certam bonorum speciem in qua habet uẹnalia & non vænalia, & ita illa duo iura accipienda uidentur, ut sustineatur receptior sententia: aliter enim difficultas à Doct. non resoluitur. Negari autem non potest quòd illa iura non loquuntur de legato generali rerum uel bonorum simpliciter, & ita intelligo Bartol. qui contra adducebatur in d. l. diuus, numero. 4. ff. de bon. dam. loquitur enim de relicto panorum, non de

le gato

legato rerum uel bonorum ſimpliciter. Quod ex Alex. uidetur reſoluere. Picus in §. Titia cum nuberet, nu. 112. licet obſcurè tractet, & Neguz. d. ij. memb. nu. xvj. & ita poteſt intelligi. Angel. non ſolitus referri in l. cum tabernam. ff. de pig. in exemplo mercatoris legantis pãnos cum ijs quæ domi erant. Apertè autem innuit. tex. in d. §. item cum quæreretur. Quòd vbi excluduntur uænalia non excludentur quando relictum non poſſet ad alia referri, ut patet ex text. ibi ſi habuit proprium ad uſum ſuum paratũ, idemque ſignificat d. l. ſeruos ibi ſi habuerit proprios, quorum operas. Quod ſuadet iuris ratio, ne diſpoſitio irrita maneat: & ita in illis iuribus declarat Alber. & Cuma. in d. l. ſeruos: prius gloſſ. recepta in d. §. item cũ quæreretur. Pau. & Iaſ. in d. l. j. C. de verb. ſig. Iaſ. d. l. qui Romę. §. duo fratres num. 62. faciunt congeſta à Feli. in c. j. col. j. numero. 8. de reſcript. ab Hippol. de fideiuſſo. num. 194. ſic alias ſit interpretatio legati, ne ſit ſine effectu. in l. Mæuius, ubi glo. & Pau. notant. ff. de lega. ii. Ex dicto autem
42 §. vxori. & d. §. itẽ cum quæreretur, videbis ibi relictum fuiſſe cum ſigno uniuerſali, omnes, uel omnia, non tamen uenire uænalia illis caſibus, ob rationes particulares, de quibus proximè diximus. Ex quo ſequitur lapſum in hoc fuiſſe ſæpiſſimè Deci. qui in dictis locis ſcripſit adiecto ſigno uniuerſali ſemper uenire uænalia, ut ſuperiùs retuli. Cum illa iura apertè contra dicant: ad quod etiam facit tex. in l. debitor. ff. de pigno. inſpiciendo conuentionem, quam tex. ibi refert, & deciſionem, quæ non diſtinguit inter uerba uniuerſalia, uel ſimplicia. faciunt quæ ſuperius dixi in vii. conclu. nu. 13. & conclu. xj. num. 31. Inſpecta item litera d. §. item cùm quæreretur, conſtat ibi legatum fuiſſe relictum filiæ dulciſſimæ: & tamen non comprehendi uænalia: & ſic probat tex. Quòd ubi in relicto non ueniunt uænalia, non mutetur id ius, quamuis relictum fiat liberis: nec ibi operatur ratio ſanguinis, uel dilectionis, & conſequenter patet contra illum tex. loqui Roma. not ab. cccccexliii. Benedict. d. uerbo & cætera bona. n. 15. verſ. niſi eſſet. Quod in ſimili admonuimus ſuperiùs
43 circa l. Caius. ff. de leg. ii. Bar. autẽ in d. §. vxori, quẽ Dec. mal.

malè citauit, non dicit quòd dictio uniuersalis adiecta rebus legatis,facit comprehendi vænalia,quando alias non comprehenderentur:nec distinguit inter legatum uniuersale,uel simplex, utroque enim casu idem ius est: sed distinguit Bar.in casu illius tex.an relatio ad locum fiat simpliciter,an cum signo uniuersali,ut quanquam priori casu non ueniant uænalia, ueniant tamen in posteriori,prout si dicat testator lego, quæ habeo in tali loco quocunq; modo ibi sint,uel quolibet modo ibi ea habuero. Hæc est mens Bar. ut uere intellexit Alexand.in d. l.si constante. Negu.d.ii memb.ii.par.num.37.& Couas Ruu.ubi sup.& Afflict.d.decis.cvj.& Aimon.d.l.j.ff.de leg.j. ut sic eo casu magis operetur dictio uniuersalis in relatione ad locum, quàm in nomine rerũ,quæ relinquuntur,quasi ea geminatio uerborũ in relatione loci, ostendat mentẽ disponentis uelle comprehendere uænalia, & quæ ibi quoquo modo reperiantur : & doctr. Bar.ab omnibus recepta est, ut colligitur ex supra relatis, & firma Hippol.in l.unius.§. cogniturum nume.28.ff.de Quæstio. idque uidetur Probare Imol.in l.fi. ff. de donat. Sed contra Bartol. instabit quis forsan ex dicta l.Caius.ff.de lega.ii.& fortius ex l.si mihi Mæuia.xc.§. primo,ff.delegato tertio.ubi etiam in relatione ad locum fuit adiectum signum uniuersale, & tamen non ueniunt ea, quæ alias non uenirent. Quod
„ patet ex d.§.primo ibi cum his omnibus agris.& ibi cum
„ cæteris uniuersis speciebus,quæ in eisdẽ fundis erunt, &
„ ibi uti optimi maximique sunt,& ut plenius dicam ita vt
„ clauduntur:tamẽ respõdet tex.nõ uenire instrumẽta em-
„ ptionum,nec nomina debitorum , quorum scripturæ ibi reperiuntur. uidetũ igitur ille textus destruere solutionẽ Bart.quæ tñ amplectenda est: & huic difficultati respondendũ est distinguendo inter incorporalia,& corporalia: Bart.n.in d.§. uxori loquitur de rebus corporalibus existentibus in loco quæ cõprehendi possunt ob illam geminationẽ, & uniuersalitatẽ adiectam relationi loci. Quia cum sint corporalia , non absurdè in loco esse dicuntur, at nomina debitorum , aliaque iura incorporalia nunquam dicuntur esse in loco., licet fingas uerba gemina-

ta,& vniuersalia etiam in ipsa relatione loci: ex ratione dict.l.Caius.& l.si fideicommissum. §.tractatum,ff.de iudic.quod in proposito comprobari potest ex doctrin.Bartol.in l.cum pater, §.mensæ, numero 9.vers.quæro,ff.de
44 legato secundo.Nec omittendum est quod scripsit Dec. cons.ccccLxxii.ad fi. ubi uidetur limitare iura,quæ dicũt in legato non cõprehendi uænalia,ut intelligãtur de uænalibus mercatorum,uel eorũ qui emerunt ad reuendendũ:non uerò de uænalibus ex redditibus bonorũ, & possessionum testatotis.Quod sequitur Hispanus ubi supra, nec colore caret. potestq; congruentius applicari ad d.l. seruos.ff.de legatis tertia ad d. §. item cum quæreretur: quæ iura loquuntur apertè de negociatoribus, & exercentibus uitã uenaliciariã.Sed aduertendum est,ꝗ Bart. in d.l.Diuus,nu.4.ff.de bon.damn.& Docto.communiter in d.l.j.C.de uerb.sign.circa textum.ibi: indistinctè intelligunt,& ponunt exempla tam de vænalibus causa negotiationis,quam de ijs,quæ testator ad uendendũ habebat ex fructibus bonorum suorum. & ad hoc est textus in d. §.uxori, dum loquitur de usufr.salinarum & fundorũ,& excipit ea,quæ ibi erãt mercis causa eaque appellat vænalia:licet sint ex Salinis testatoris, ꝗ non aduertit occulatissimus Hisp.in d.c.v.uers.tertio apparet,idque procedere uidetur ubi sit legatũ cũ relatione ad locũ, ut tũc uænalia cuiuscunque generis non comprehendantur, ex ratione d.l.ex facto.ff. de hæred.institut. cum supra adductis. Sed uerè opinio Dec.æquitatem habet,ut teneri possit extra terminos d.§.uxori attenta origine iure,quæ nõ ex negotiatione, sed ex fructib. possessionũ emanuit: causa.n.originalis attẽdi debet,ut in l.qui habet,ff.de tu
45 e.l.qui id quod,ff.de dona.cũ alijs.Ex prędictis infertur ad cõtractus,& primũ,ut in donatione rerum uel bonorum comprehendantur uænalia, ubi non fieret relatio ad locum, nec esset alia ratio particularis,quæ restringeret donationem.Quod uoluit Baldus in d.Rubrica.C.de uerborum significatione,& in d.l. prima ante numero 1. uers.sed pone,ff. de statu homi. non enim loquitur tantum in hypotheca, sed in donatione & omni contractu,
ut

ut refert Alex. in d. l.si constanti, numero 27. uersic. sed responde: & Ias. in d. §. item Seruiana, numero 49. & Neguzan. dict. secun. membr. secund. part. numero 15. militant enim ratione suprà adductę circa legata. & sic cessat illa anxietas Ias. in dicto §. item seruiana, qui mirabilem putabat differentiam Bald. inter legata, & contractus. Cessat etiam confusio Alexand. circa hoc in dicta l. si constante, & Neguzan. d. ii. memb. dum non satis explicant an sit idem ius in relictis, & donationibus, cæterisque contractibus. Quod nota ad ea quæ congerit. Ias. in lege quæ de legato. ff. de leg. j. Alibi autē inuenio Doct. sibi contrarios uelle ut plus compræhendatur in legatis, quam in contractibus esset in hac materia, ut colligeretur ex Ang. & Pau. nume. 2. in l. certo. ff. de seru. rust. Ex quo infertur quòd donationes & contractus non debent separari ab hypotheca, necesse speciale in obligatione generali: ut ex Bal. malè colligebat Crotus in d. l. si constante. j. lectu. num. 39. uers. nam confirmo: & in ii. lectu. num. 139. uers. Secundo. Et Gome. dict. §. item seruiana, numero. 22. uersic. & ratione: dum ponderabant specialiter in hypotheca minus præiudicium: quia si diuersum esset in donationibus, alijsque contractibus. In quo etiam cauendum est ab Hispan. dict. capit. v. numero. 2. ad finem. Inde etiam resultat, secundum Bald. Alex. in dictis locis, & magis communiter Doctores, ut in generali obligatione bonorum ueniant merces & uænalia: quod uidentur probare quasi argumēto à fortiori Crotus, Gomes. & Hispan. ubi supra: sed argumentum à fortiori hoc casu periculosum est, cum aliquibus Doct. dubitent an in obligatione uænalia compręhendantur, ut inuoluunt Angel. & Ias. in dicto. §. item Seruiana, & contrarium tentauerit Socin. in lege. qui Romæ. §. Callimachus, numero 2. ff. de uerb. obligatio. & ante Soc. ita dicebat negatiuè Iacob. de Aren. Quem Bart. refert in dicto. §. uxori in princ. ita etiam dicebat Paul. in d. l. j. C. de uerbo. signifi. numero 2. uersi. idem, si aliquis. Roma. & alij relati à Negu. d. loco, numero 14. qui tamen concludit communem esse sententiam ut compræhendantur: & ita Ias. d. §. Cal-

limachus

limachus numero 5. & Ripa.l.j.nu.8.ff. de pigno.& hanc partem magis probat Bart. in d.§.uxori, dum reprobat argumen.Iacob.Aren.Quem ita uidetur intelligere Bal. hoc tenens in l.cum tabernam.ff.de pigno.uersi.sed quęro & Cuma.in d.§.uxori.Ex his infertur ad intellectum.
49 l.cum tabernam.ff.de pigno.uariant enim Doct. ubique, Bal.enim in d.Rub.C.de uerb.signi.eam citat ut in obligatione,& contractu ueniant uænalia,& ita frequentius Doct.& tamen Paul.in d.l.j.C.de uerb.sign.ad contrariũ eam allegat,sed malè,& longe aliter eam citat idẽ Paul. in l.certo generi.ff. de seru.rust.præd. aliter etiã uariant Docto.nã idẽ.Bal.in l.certi iuris.vi.q. loca intelligit.d.l. ut ubi ueniãt merces,quia expressè obligatę fuerũt,quasi dicat ꝙ sub generali, uel tacita obligatione nõ comprehenduntur:sed tñ in tacita idẽ iuris est secundũ ueram,& receptã sententiam ut ueniant merces,& uænalia Hispa. d.c.v.nu.2.& Negu.d.memb.Ripa.d.l.j.nu.8.ff.de pigno. & ita sine dubio tenendũ asserit Zas. in d.§.itẽ Ser.n.20. & ibi Ioach.colligitur tex.Bar.recepto.in d.l.si constante nu.73.uersi.iii.quæro & ibi Alex.d.nu.27.contra Roma. & ita contra Soc.resoluit Ias.dicto §.Callimachus.nume. 5.in quo mirè fluctuat Gome.in d.§.item Seruiana.num. 22.& 23. qui tandem communem probat.Circa quam l. cum tabernam aliqua sunt à Doct.malè explicata.Aduertor igitur quod ibi obligatio fuit expressa quoad tabernam,& sic licet possit iure extendi ad hypothecam tacitam,nõ tamen loquitur de tacita omnino. Quod confundunt plures ex supra citatis: maximè in d.l. si constante. Similiter non fuerunt specialiter,uel expressim obligatę merces, sed taberna, ideoque dubitatio erat apud iurecons.an merces obligarẽtur,ꝙ non aduertit Bal.in d.certi iuris,& plures ex allegatis:maximè in d.§.item Seruiana.Variauit item circa illã l.Bar.in l.cũ pater.§.mẽsæ.n. 7.ff.de le.ii.primò enim intelligit ibi esse speciale in hypotheca, ut obligata taberna ueniant merces,ut tex.inquit;diuersumq; uult in donationibus,& uenditionibus: cũ ita respondeat ad l.qui tabernas.ff.de contrah.emp.& adducit illã rationẽ in hypotheca; quia est minoris præiudicij

iudicij. & ita Alc. in l. instructa. clxxxv. ff. de uerb. sig. quã differentiã ẽt uidẽtur probare Crotus. Gome. & Couaſ. ubi ſupra: dũ conſiderant eandẽ rationẽ ſpecialẽ hypothecæ, ita etiã uidetur reſoluere Bar. in d. l. cũ tabernã, uerſ. & ratio. & ibi Cuma. quã differẽtiam improbat ibi Salic. uerſi. cum non appareat vrgens ratio, & Bart. in d. §. menſæ, non ſibi conſtans ſubdit ſecundò quod in d. l. ſub obligatione tabernæ ueniunt merces, quia debitor non habebat ius aliquod in loco: ſeu taberna, ideoq; ne obligatio irritata ſit ueniũt merces, & hoc ut nouum ſcribebat Gomeſ. d. §. item Seruiana. nu. 22. ad fin. uerſ. & ideo ego puto: poteſtque fulciri ex d. l. ibi, quæſitum eſt utrum facto nihil egerit: & non citato Bart. ita ſcribit Floria. in l. certo generi. nume. 3. ff. de ſeruit. ruſt. præd. Sed uerius credo quòd ubi obligatio expreſſa uel tacita eſſet generalis omnium bonorum, indiſtinctè ueniret taberna cum ijs quæ in ea haberet debitor, & cum uęnalibus ibi repertis, ſecundum receptiorẽ ſententiam: cui non oberit uarietas Bar. & confuſio aliorum: eos enim excuſare poteris, ut intelligantur uariare tantum in terminis. d. l. cum tabernã: quando obligatur taberna, non uerò generaliter obligantur omnia bona. Adhuc etiam in obligatione tabernæ iuxta terminos ipſius. l. placet differentia Bart. ut faciliùs admittamus obligari merces: non tantum ipſam tabernã. non autem ita indiſtinctè donationibus, uel alijs contractibus: quia in his agitur de maiori præiudicio: declarando tamẽ ex Bart. & Cuma. ut in uẽditione attendatur quãtitas prætij, ut ſciatur an ſola taberna, an etiã merces ueniant, argumento gl. in l. j. ff. de ſuperficieb. verb. agendo, declarãdo etiã ut donatio tabernæ cõprehendat merces, quãdo alias donatio eſſet ſine effectu: putà ſi donnas nõ haberet dominiũ tabernæ, ſed eã conduxerat, haberètque in ea merces ob quas appellat tabernam ſuã. l. tabernæ. ff. de fun. inſt. facit. l. an quod ibi, niſi nullum domi. fuerit. ff. de fu. inſt. & ſuprà diximus ad gl. §. itẽ cũ quæreretur, & ita in terminis dicunt Ang. & Pau. n. 2. in l. certo generi. ff. de ſerui. ruſt. præ. Qua ratione ſi dominus tabernæ eã obligaret non ſub nomine tabernæ, ſed ſub nomine domus, crediderim

rim cum Alb.Sali. & Cuma.in.d.l.cum tabernã,non comprehendi merces,cũ uerba id non ferant: nec enim qs nomine domus simpliciter cõputat merces, quas ibi habet: arg.tex.l.quintus.§.j.ibi,nõ facile. ff. de auro & arg.lega. & tunc cum obligans domum sit dominus,iam patet actũ non manere sine effectu. Vbi uerò obligaretur taberna à domino,soli,& ædificij & mercium,crediderim uerius ex Salic.ibi,ut cõpræhendantur merces ob specialem rationẽ minoris præiudicij:quicquid inuoluant Bar.Alb.Ang. & Cuma ibi dum opponunt de l. qui tabernas. ff. de contrah. emp. nec æquum est, ut maligna fiat interpretatio contra creditorẽ,cum debitor non oneretur:& sic non di-distinguo an taberna sit obligantis, an reipu.an alterius: cõtra plures Doct. quicquid etiã uideatur sentire gl.j.ibidẽ.Quod iuuatur,quia in obligatione nõ cadit illa restrictio & cõparatio pretij ad res obligatas:cum pro minimo multa bona obligari soleant ab homine & à lege,ut docet experiẽtia,& leges.C.& ff.in quibus caus. pig.tac. cõtrah. Ex quo in ea sum sententia, quòd licet obligatio fiat cum relatione ad locũ,adhuc tñ cõprehendantur uænalia, si in eo loco obligans solebat ea habere, uel habere sperabat, qa nec facile de alijs rebus conuẽtio sortiretur effectu,licet posset controuerti ex uerbis Bar. in d.§.uxori: & Bal. eum citantis in d.l.cum tabernã.Alex.d.l.si constante.Negu.& Hispan.ubi supra, dum etiam in hypotheca admittunt restrictionẽ ex relatione ad locũ. sed loquuntur generaliter, nos uerò attentis circunstantijs negocij, quod comprobatur ex Ripa.in d.l.j.num.9.ff.de pigno.Hinc infertur quod si agatur de hypotheca tacita,quæ fit ex inductis & illatis,distinguatur utiliter quod Doct. inuoluunt. Nam si creditor erat dominus tabernæ, tunc indistinctè obligantur uænalia inducta à conductore: cum de ijs, & non de alijs uerificari possit obligatio legis, & dispositio intelligi debet secundum subiectam materiam & qualitatem rei, de qua agitur.l.si uno.ff.loca.l. si stipulatus. ff. de usur.cum alijs. Nec tunc posset contra induci tex. in l. debitor, ff.de pigno. imò iuuat, si maturè consideres ibi enim attenditur natura rei, quod etiam hic sequimur: facit

cit l.quæsitum.lxxvj.§.j.ff.de lega.iii. & quæ diximus superiùs ad l.j. C. de uerb.sign. Et ultra iam dicta intelligi potest tex.in d.l.dũ tabernã,ibi,utrum eo facto nihil egerit:ut illa uerba intelligantur non solum quia taberna nõ esset debitoris, sed etiam quia uero similiter parui ualoris esset demptis mercibus: ideoq; dici posset nihil agi, si merces non obligarentur,licet taberna debitoris esset,facit textum in princip. institut.ad.l.facul. ibi, pro nullo vel minimo,cum uulgaribus.Illud etiam ex d.l. vtiliter colligẽdum est in responso,ibi,quæ mortis tempore: vt quamuis taberna mercium obligetur expressim uel tacitè, non impediatur libera facultas alienandi, & emptores securi erunt, effectusque hypothecæ, tunc licet ea tantum, quæ creditor inuenerit quando agere uoluerit: idque probant Bartol.Alberic.Salic.Angel. & Cuma.ibi, Crotus & Neguzan.vbi suprà.Zas.dicto §.item Seruiana, num.21.& ibi Gomes. num.22.ad fi.ante eos ita declarat Cy.in l.ubi adhuc. nu.19.quæstione xv.C. de iur.dot. vbi Bal.nume.19.hoc dicit notatur dignum : ex quibus cõstat utilitatem creditoris, tunc fore quo ad merces, quas inuenit:quod non percepit Ias.in d.§.item Seruiana numero 51.atque erit tunc uerum dicere(si cum iudicio attendas) hypothecam eo casu magis dari in mercibus futuris, quam extantibus tempore conuentionis: præsentes enim quotidie alienabuntur, ut constat ad sensum, quod non percipiens Soc.miserè labitur.in d.§. Calli.nu.2. tentans in obligatione mercium non compræhendi futuras: quod est contra illam l.& receptas sententias,ut meliùs contra Soc. aduertit ibi Ias.nu.5.& Ripa.d.l.j. num.8.ff.de pign. pro quo est ratio Bart.& Bal.in d.l.cum tabernam. Bal.d. l.vbi adhuc. nu.19.s. quod ubi obligantur merces uidentur contrahentes sentire, ut alienatio non impediatur cũ vænalia sint in continua distractione,creditori autem satisfit futuris mercibus : cum taberna sit quod uniuersale, ubi nouæ merces subrogantur in locũ distractarũ,manentes semper nomine tabernæ arg.l.proponebatur. ff.de iudi.tex.& ibi Bar.& Alex.in l.si grege.ff.de le.j.Resultat igitur ex supra dictis, quòd dicta l. propriè non loquitur de

expreſſa obligatione mercium contra Bald. in d.l.certi iuris & contra plures. Nec de obligatione legali tacita contra Iaſ.dict.§.item ſeruiana,num.21. & contrà aliquos ex ſuprà citatis. Nec loquitur de obligalione generali, contra quam plures, ſed procedit in terminis, quos ſuperius
47 uerè annotauimus. Tandem ex ſupra dictis infertur ad l.obligatione generali.ff. de pigno. ubi à generali obligatione excipiuntur aliqua, quę iureconſul.exprimit,& quę in ſpecie uerè ſimiliter non etat obligaturus debitor: de quibus agit Mathaſ.nota.cxxxvj. Alex. in l.ſi cõſtante nu. 26.& nu. 28. Pala.in repet.c.§.xxxviii.& §.lxx. nu.11.& Calcaneus conſ.xxix.nu.11. & Alci.in l. alienatum.ff. de uerb.ſign. Deci.conſ.xxx. Gerar.ſing.xxxv. Negu.de pign. ii.par.ii.mem.nu.34. cum ſequen. Ex quorum dictis longe utiliter colligi poſſunt plures ampliationes & limitationes ad l.illam, quam hic adduximus: quia Dec.in d.l. omnia,nu.1.ff.ſi cert.pet.& d.conſ.xxx.nu.4. & alibi *ſæpe* intelligebat, vt l. illa non procedat quando bona omnia obligantur, conſtituendo differentiam inter obligationem indefinitam & vniuerſalem, quam ſequitur Purpur. in d.l.omnia.& in l.j.num.47.ff.offic.eius.& Alcia.l.fi.nu. lxxxj.C.de pactis.& Riminal.inſtit.quib.alien.licet,num. clxxix.idemq; conſulere Corn. Iaſ. Curt.iun.quos refert doctus & diligens vir Aimon in l.j. nu.47.ff.de leg.j. vbi ipſe melius aduertit & contrarium probat, & ita melius Soc.in l. ſi is qui ducenta, §.vtrum.nu.4.ff.de reb.dub.& alij melius aduerterunt, quos refert & ſequitur Cagn.in l.fi.nu.255. C.de pact. & Neguz.in d.ii.membr.num.37. & pro hac veriore ſententia ſtat ratio d.l.licet enim obligatio ſit cum ſigno vniuerſali: omnia bona, adhuc militat ratio æquitatis, qua lex excepit certa bona. militat etiam alia pars rationis ex vero ſimili mente obligantis. Quod probat text. vbi Doct.ita ſentiunt in l.j.C.quæ res pign.oblig.poſ.probatur etiã hæc pars non ſolũ à ratione, ſed à verbis d.l.dum loquitur de obligatione generali, nõ enim eſt verum quod Decius & alijs præſupponebant: dicentes vbi adijcitur particula, omnes, vel omnia, ibi diſpo- 1
ſitionem appellari vniuerſalem, non generalem, & plus 2
com-

compræhendere: imo veriùs dicendum est, quòd eorum differentia valere posset ad distinguendum, inter indefinitam & vniuersalem, (licet & in hoc regulariter contra eos sit veritas in iure) sed in proposito d.l.loquentis de obligatione generali, verum & proprium exemplum est vbi adijcitur dictio, omnes, vel omnia, idque appellatur generale ut docet Bartol. in l.si ita,col.ii. numero 4.ff.de auro & argen.leg. Bartol.in l.generali.§.uxori,ff.de usuf. lega.quam doctrinam ut receptissimam tradit Alexand. in l.Grege legato,numero 2.ff. de lega.prim.& probatur planè ex tex.qui ponderari non solet in l.illud.§.fina.ff.de minor.& ex textu in l.quoties.§.fin.ff.de usufru.ad idem potest uerè expendi textus in l. nam quod.§.fina. cum secunda ll. sequen.ff. ad Trebellia. notat Bartol. in §.non omnis eiusdem.l. ibi omnia uel simpliciter. idem probat textus in l.ii.C. de pigno. ibi generaliter uniuersa bona. notat Bartol.& ibi est bonus text.in l.si legatus.§.primo. ff.de Trebel.exceptio autem quando sit à lege ex particulari ratione contra uerba: non debet cessare tam leuiter, ut Decius & sequaces uolebant ob dictionem omnes uel omnia, quod colligitur ex text.in l.si mihi meuia.xc. §.j.& fin. de legat.tertia ex text. in l.quintus.§. primo,& l.pediculis,§.item cum quæreretur.ff.de auro.& arg.leg. ex text.in l.quidam hæredem.ff.de uino triti.lega.ex tex. in l.Quæsitum.§.penult.ff. de fund.instruct.quæ iura obseruaui, aliaque expendi possent: ut caueant iudices in praxi ab errore Decij totq; insignium uirorum in re quotidiana, ut etiam aduertant iuris periti non esse tantum tribuendum argumento à uerbis generalibus,ut superius retuli, & tradit Zasius.lib.j.respon.ca.j.& ita imponimus finē primæ parti huius Rubricæ,in qua beneuolus lector ignoscet prolixitati,præsertim multis utilibus coniunctę.

SVMMARIVM.

1 *Agitur de patria potestate ex qua liberi patribus acquirunt.*
2 *Id ius matribus non concessum.*

l. retenta litera sanguinolentos.

SECVNDA PARS.

SECVNDVM præludium necessarium his legibus & alijs innumeris, quæ agunt de acquisitione quæ fit patribus per liberos, est patria potestas: quæ est basis ac fundamentum huius acquisitionis, ut in l.prima infra eodem & lege cum oportet infra titulo proxim. & Institut.per quas person.nob.acquir. idque probat Iureconsul.in leg. patre furioso, in fine.ff. de his qui sunt sui uel ali.iur. Patria autem potestas tantum datur in liberos ex iustis nuptijs procreatos, l.tertia ff.eodem titulo.De his qui sunt sui uel alie.iur. & §.primo.Institut.

de patr. poteſtat. ut inde conſtet filios ſpurios, uel naturales tantum, uel alios non legitimè natos, non eſſe ſub poteſtate patris: quod omnes Doctores ubique tradunt, & probat textus in l. lex naturæ. ff. de ſtat. hominum cum multis alijs. Itaque id ius Matri non eſt conceſſum, nec expediebat multas ob rationes quæ paſſim ex ſcribentibus colliguntur: nec eſt nouum in iure, in plurimis articulis, deterioris eſſe conditionis fœmineũ ſexũ. l. in multis. ff. de ſtat. hominum, ubi Albe. ample ornat, & Philip. Deci. in l. ſecunda, ff. de reg. iur. prius notabiliter ſpeculat. in titut. de procura. in princip. & poſt eos Cerier. de pri-
3 mo genit. libro ſeptimo, quæſtione xx. Dicitur autem patria poteſtas inuenta iure Ciuili, ſecundum omnes poſt Bart. in l. item in poteſtate, ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. per textus ibi: fuitque moribus recepta, ut dicit tex. in dicta l. patre furioſo, Bartol. in l. frater à fratre, numero 12. ff. de cõdict. indeb. omnes in d. §. j. Inſtit. de patr. poteſta. & Nouel. in Rub. ff. de uerborum obligatione nume-
4 ro 15. Hiſpan. Segura, in l. Imperator, nume. 10. ff. ad Trebellia. Filius uerò in poteſtate dicitur in ſacris paternis eſſe, & ita multæ leges loquitur, ut l. ſi uiua matre. infr. eod. & l. filiæ ſup. de collatio. & alibi ſæpe, ut curioſè tradit Frãciſ. Duaren. in cõmentarijs ſol. mat. c. de nuptijs in princip. Cur. autem dicerentur ſacra in hoc articulo, explicat Baldum. in Rubr. Inſtitu. de patr. poteſta. & prius Alciat. in lib. primo prætermiſſor. in uerbo ſacra: quem ſequitur Silueſtr. Aldobrand. in §. primo. numero 33. Inſtit. de par. poteſta. quibus non relatis, aliter uidetur ſentire Forcatul. in ſua Necio man. Dialog. xv. numero 1. & Connan. in commentar. iuris ciuil. libr. ſecundo, cap. xiii. ad fin. Effectus autem uarios patriæ poteſtatis congeſſit gloſ. in princip. Inſtitu. de pat. poteſta. ibi Angel. addit, & latius Aldobrandin. & Corraſi. in l. qui liberos, co. ii. & ſeq. ff. de rit. nuptiar. Sed nos omiſſis multis leuibus, quæ illi tradunt de patria poteſtate procedemus inferẽdo ad aliqua iura, & explicando ea quæ uidebantur utiliora, &
5 difficiliora. Ex his igitur iuris principijs infertur ad textum l. prima §. per hanc, ff. de rei uendica. ubi Vlpian. tradit

dit patrem non posse uendicare filium simpliciter, & est sensus, quia ea uendicatio præsupponit dominium. l.in rem.eod.titul. & dominium est de iure gentium.l.prima ff. de acquir.rer. domin. patria autem potestas non facit patrem dominium, nec si faceret, id esset iure gentiũ,sed Ciuili ut sup.unde subdit textus in dicto §.secundum sententiam Pompo.rectè patrem agere & uendicare filium si addat se petere ex iure Romano uel lege quiritum: & ita melius textus ille intelligitur quam ex dictis per glo. Bart.& Ang.ibi cum traditis à gl.prima,in §.præiudiciales,Institu.de Actio.ubi tamen ex Ang. nu.6. ex Ias.nume.34.colliges textum illũ ad alias personas trahi. Sed
6 illa uẽdicatio Matri non datur.Idem in actione furti quę patri tantum, non Matri datur.l.si filius famil. xxx. cum sequen.ff. de furt.idem in interdicto de liberis exhibendis, quod pro liberis in potestate tantum datur l.prima ff.de liber.exhibend.Aliud autem interdictum fauore libertatis,omnibus conceditur,ut exhibeatur persona liberã,iuxta l.prim.ff.de liber.homi.exhiben.Et hinc intelli-
¶ getur textus, in quo gl.uariat, & laborat,in lege penultima.ff. de fidei commis.liberta.ubi textus dicit Matrem audiendã apud pretoré in causa filij:gl.putabat ibi videri Matri cõcedi uendicationem, de qua in d.l.j.§.per hanc. quod cùm uerum esse non posset,quia illa uendicatio datur iure patriæ potestatis,uariat gl.nec resoluit in dicta l.pen.tu dic iureconsultum ibi non agere de uendicatione,sed ut Mater audiatur in causa libertatis filij,maximè ubi filij ætas uel absentia eum impediret, pro libertate autem non solum Matri,sed etiam extraneis agere licet, ut in dicta l.j.ff.de libr.homi.exhiben. quod non percepit Alberic.in dicta l.prima §. per hanc.dum citans illam l.pen.dicit ibi specialem limitationem poni ad dic.l.mater cum uerius sit ibi non agi de actione furti,sed de asserenda libertate filij, est autem aduertendum ad textũ in dicta l.prima,uersi. pietas,ff.de liber.exhib.ubi excusatur parens qui retinet filiũ,& si nõ habeat in eo ius patriæ potestatis,& plures libri habent literã pietas gemi-
¶ na,& gl.exponit nõ absurdè,vt in parente dicatur gemina

pietas;quia altera est communis hominum inter se, altera peculiaris parentum & liberorum,& ita Alber.ibi:idē Albe. in prohem. digestorum.§. discipuli. numero 23.& pro illa pietate, & affectione communi inter homines, facit textus in l. seruus ea lege ad fin. ff. de seru. exportand. ibi, beneficio affici hominem intersit hominis: & gemina pro duplici habetur in l.fin. C. de malefic.& Mathemat.Sed aliter legendum dixit Alciat.ut sit litera,genuina pietas, pro naturali & peculiari parentum.ita Alcia. libro quarto de uerborum significatione, & in tracta.præsumptio.Regula prima.præsumpt.xj.Sed idem Alcia.libro decimo parerg.capit.xx.probat literam communem cum expositione glos. retractans id quod prius scripserat.Nunc autem aliqui C. qui dicũtur emendati iuxta pandec.Florentinas habēt gemina,ut Alc.emendabat. Vtrũque autē stare potest.& pro expositione gl.adde cōducere uerba tex.in l.at si quis.§.sed interdum,ff.de relig.&
8 sumpt. funer.ibi pietatis vbi illa uox etiā ponitur erga extraneos,vnde nimirũ si in parente dicit,possit gemina. Ex dictis autē iuribus & recepta sententia circa patriā potestatē,infertur quod aliquādo quo ad lucrum & cōmodum pecuniarium, filius illegitimus est melioris conditionis quàm suceptus ex iustis nuptijs:hic enim sub potestate patris est,patrique acquirit: ille autem sibi,non patri.Et interdum succedit in parte bonorum,ex multis legib. C.de natural.liber.Obseruat eleganter Alcia.libr.iiii. parerg. capit.v.Sed & apud Lusitanos ex lex, quæ in casu quodā, filium naturalem omnino æquat legitimè natis, tam ab
6 intestato,quàm contra testamentum:lib.iiii.titul.lxxj.Ex eisdem iurib. habetur, patriam potestatem proprium esse ius Ciuium Romanorum:atque inde glos.infert in d. §.j.institu.de patr.potesta.Gallos,& alias gentes non habere hoc ius patriæ potestatis: idque uidetur colligi ex uerbis Iustiniani ibi, cuius uerba deducuntur ex Caio & Vlpiano, in l.iii. & iiii. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. Connan. autem d. loco contendit Iustinianum non rectè transcripsisse uerba illa Iurisconsulti in hoc articulo, nam ex l. C. (inquit ipse) non excluduntur aliæ

nationes

nationes à iure patriæ potestatis, licet eam propriam dicat Ciuium Romanorum: & ait proprium appellari, ideò quia non acceptum ab alijs: non autem proprium, vt non sit apud alios. Sed non aduertit eundem sensum congruere posse uerbis Iustiniani, quem assignat uerbis. l. C. Id autem tradit Connan. & ante & post eum aliqui ex nouioribus, quia legitur apud Cęsarē in Commentarijs, & apud alios priscos, fuisse & alijs nationibus hoc ius patriæ potestatis in liberos. Syluest. in d. princip. Instit. de patr. potesta. Costalius in l. iii. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Balduin. ad ll. Romuli. Sed negari non potest fuisse aliquid in hoc speciale Romanis, quod alijs nationibus ita cõmune non esset: idque mihi probat. d. l. j. §. per hanc. ff. de rei vendica. cuius sensus aliter nõ constaret: dum pro signio peculiari in patria potestate ait, de iure Roma. uel l. Quiritũ & ita probat tex. in c. ius quiritum. j. distin. facit quod ex Plinio refert Balduin. in d. princip. Insti. de pat. potestate. & Iustinianus non negat prorsus illud ius alijs gentibus: sed dicit non talem esse apud alios homines patriam potestatem, qualem Romani habebant: quod eleganter comprobatur: quia uiri Galli doctis. nostra tempestate scripserunt, apud eos ex antiquissima consuetudine filios non acquirere patribus, nec inter eos impediri conuentiones & iudicia: ut frater Connan. libro ii. capitulo xiii. in fin. Costali. & Eguinari. in d. l. iii. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. Tiraquel. de Retract. §. j. glos. ix. numero

10 60. & Chas. in consuetudi. fol. 219. col. j. nn. 4. Ideoque in hunc sensum saluabitur glos. d. princip. Institut. de patr. potesta. dum dicit Gallos & alios non habere hanc patriã potestatem, quam gl. plures probant & extollunt, vt Alex. in l. penult. C. qui testam. face. poss. Ias. in l. ii. nu. 19. ff. de vulg. & pup. Hispan. Segura. in l. Imperator. n. 97. ff. ad Trebellia. vbi alios refert & omnes citant Bal. qui gl. illã probauit. licet Syluest. ibi, & alij alibi in distinctè gl. reprobent, ut facit Galiaul. in Rubr. ff. de verbor. oblig. nu. 187. & Lãcell. Polit. in tract. pupil. substitu. & Ripa in l. ii. n. 21. ff. de vulga. & pupil. & prius Philip. Dec. in l. qui se patris: nu. 4. C. vnde liber. & ibi Fabius. n. 34. in quo sæpe numero

lapsi sunt Alex. & Ias. putantes quod apud Gallos & alias nationes, pater non posset substituere pupillariter filijs & filios familias indistinctè posse testari, quod melius aduertunt Deci. Galiaul. Syluestr. & alij ex sup. citatis, & Andr. ab Exea de pact. numero 492. Corasi. in l. si testamento numero 19. C. de impub. & aliquod examinare superuacaneum iudicauit Zasi. in tract. pupilla, cùm tamen in iure & in praxi necessarium esset, & ita contra illam glo. fuisse iudicatum, tradit Chass. in consuetudi. Burgund. Rubri. vj. §. iij. fol. 213. col. j. numero 21. Qua in re malè se explicat. Benedict. in cap. Raynucius, in ver. si absque liberis, in ij. de pupil. substi. numero 38. deceptus ex illa glo. quam ex-
11 tollit: & idem in d. c. in verb. matrem, numero 22. Posset etiam dici (& forsam melius) contra Connan. & aliquos ex sup. citatis, quod Iustinianus in d. §. j. Institu. de patr. potesta. non ponit uerba quæ Gallis vel alijs nationibus adimant aliquid quod ex verbis Iureconsulti illis competere posset: immò fauorabilius loquatur, quia dum Ciuibus Romanis patriam potestatem tribuit, intelligi debet sensisse de omnibus subditis Romano imperio, vt iam erát Galli & Hispani: quòd generaliter tradit gloss. in dicta lege tertia. ff. de his qui sunt sui, maximè post constitutioné Antonini, quæ id voluit, vt in l. in Orbe Roma. xvij. ff. de statu. homi. quam non citauit gl. d. l. iij. quia glo. habuit literam, in urbe, uera autem litera est in Orbe, vt admonuit Alb. lib. ij. dispunct cap. xxj. quem in hoc laudat Cagnol. in l. ij. numero 128. ff. de orig. iur. refert & sequitur Costali, in d. l. in Orbe. & Syluestr. Institu. de patr. potest. idem in princ. Institut. de excusa. tutor. numero 19. in fin. & Fabius d. l. qui se patris nume. 34. Andr. ab Exea in d. loco. Corasi. etiam vbi supra tacito Alciat. Ripa. etiam. in d. l. ij. num. 21. & Bart. in d. l. in orbe, & ibi Vaccensis Idem repetit Alcia. libr. iiij. parerg. capit. v. idem Alciat. in l. potestatis. ccxv. ff. de uerb. signifi. comprobat Anton. Augusti. in libr. singul. ad Modestinum, post emendationes, pag.
12 cccxx. Sed cum hodie non absit Romanum illud Imperium, nec Orbis ille Romanus. Regésque Galliæ. Hispaniæ, Lusitaniæ, & alij, non recognoscant superiorem, du-

bitari

bitari posset ex suprà dictis, an in his prouincijs detur ius patriæ potestatis: quia non sunt Orbis Romani, nec homines earum possunt appellari ciues Romani. Sed dubitandum non est quia vsu moribusque in his prouincijs recepta est patria potestas non secus ac olim apud Romanos, dicit tex. in d. l. patre furioso. & in eisdem prouincijs ex voluntate Regum, receptæ sunt leges nostræ: atque ius quod profitemur & commune appellamus: non ob authoritatem uel potestatem, sed propter rationem, vt tradit Hispaninus à Palac. Ruui. in princip. suæ repetit. numero 16. Matthæ. de Afflict. in prelud. constitut. Neapol. in j. q. & in ij. q. nu. 4. voluit Bal. in C. fin. col. iiij. nu. 25. de consuet. Potest preterea dici, quod cum Reges approbent ius commune, quatenus eorum constitutionibus non abrogatur, uideatur ipsum ius commune in Regnis seruari vt Regium, ob approbationem principum iuxta. l. j. versi. omnia enim. C. de veter. iur. enucle. de qua approbatione apud Lusitanos est lex. in libr. ij. titul. v. apud Hispan. l. j. Tauri. Ex his infertur ad intellectum tex. in l. j. C. de iur. libe. vbi Hono. & Theodosia. ab omnibus concedunt ea le¶ge ius liberorum, vt amplius non sit necessarium illud petere. gloss. ibi variat quid sit ius liberorum: & primo intelligit de patria potestate: sed hoc reiecto, intelligit secundò de iure succedendi emancipatis, & hoc sequitur Bald. ibi, alij nihil scribunt. Ad hæc interprætatio non congruit literæ, nec pater erat destitutus iure succedendi emancipatis, vt in l. j. cum sequent. ff. si quis à parent. fuerit manumissio. & parentum successio antiqua erat l. nam & si parentibus. ff. de inofficio. testament. Prima expositio glo. bene congruit uerbis illius legis quàm explico ut sit sensus, quòd omnes subditi Romano non imperio, habeant ius patriæ potestatis: id enim non impropriè potest dici ius liberorum, quod iuuatur quia id ius solebat à principibus peti, vt ex Plinio tradit Baldum. in dicto princip. de patria potestate nec autem præcibus petatur id concedit generaliter omnibus lex illa ab Honorio & Theodos. conditas. Sed facit difficultatem quòd superius diximus ex Alciat. & nouioribus, ad l. in orbe. ff. de

ff.de ſtat. homi. videbatur enim id iam conceſſum generaliter ex lege Antonini, qui longo tempore ante Honor. & Theodoſ. imperauit. Reſponderi tamen poteſt huic difficultati, quòd Antonin.non tam clarè locutus fuerat circa ius patriæ poteſtatis, vt patet ex d.l.in orbe. & forſan non erat ita generaliter moribus receptum,nec tam ſine dubio,ut colligi poteſt ex l.j.cum ſuis.§§. ff.de Cenſib. & l.vj.eod.titul.ubi plures ſubditi Roman.Imperij,ſpecialiter donantur iure Italico, & in alijs ſubditis fit differentia: & ex Iureconſultor. nominibus in illo titulo colliges id fuiſſe poſt Antoninum:maximè ex l.fina. ff.eodem. ubi refert ipſum Antoninum. Video tamen in illis legibus agi de bonis & priuilegijs circa ea, nos hic de perſonis. Nec nouum eſt ut antiquiores conſtitutiones nouè promulgentur & repetantur, quod non raro facit Iuſtinianus,ut dicemus in l.j.infr.eod.& l.cum oportet,infr.titu. ſequen.Idque in conſilijs eccleſiaſticis ſæpe inuenitur: licet aliter intelligant Alciat. & Duaren. proximè referen-
14 di. Anton. autem Auguſtin. uir nobiliſſimus & doctiſſimus in libro ſingulari ad Modeſtin. poſt diligentiſſimas ſuas emendationes,pagina.cccxx. circa hæc dicit Conſtátinum & Theodoſ. omnibus conceſſiſſe ius liberorum, non autem explicat quod ſit illud ius. Et refert id ſtatutum à Conſtantin.& Theodoſ.cum ſit lex Honor.& Theodoſ.Alia autem lex Conſtantin. & Theodoſ. eſt l.j. titul. præceden.C.de infirman.pœn.cœliba.ubi abrogatur duri ties & pœna, quæ erat circa bona & ſucceſſionem contra cælibes: & l.ii. eiuſdem titul. corrigitur & abolctur dura lex Papia,quæ ſimiliter mulctabat in parte bonorum, & auferebat ius ſuccedendi uel capiendi relicta coniugatis, qui ſobolem non procreaſſent:ad quam alludit Iuuenal. loquens de uxore in uirum, Iura parentis habes propter me ſcriberis hæres legatum omne capis, nec non & dulce caducum: de qua lege tractat Alciat.libr.iii.diſpunct. ca.ii & in l. ter enixa.ff. de uerb. ſignificationibus. Con-
15 nan.lib.viii.capi.j.ad fin.& Duaren.lib.j.diſput. capit.40. Alciat. autem in dicta lege ter enixa, uidetur ſcribere, quod per leges illas Theodoſij, Honor.& Iuſtinia.extin-

cta sint priuilegia concessa habentibus liberos, & æquatos eos qui sobolem non habent, eis qui liberos procrearunt: quod meritò & rectè reprehendit Duaren. in d. capit. 40. ad fin. ostendens priuilegia concessa habentibus liberos hodie durare, post illas leges, ut Institut. de excusatio. tutor. in princip. ubi Balduin. idem tradit, & Syluest. per l. prim. C. qui nume. liber. se excus. cum alijs quæ citant. Illæ enim leges pœnas tantum abrogarunt, quæ antea erant in cælibes, & non habētes prolem, non uerò abrogant priuilegia habentium liberos, cum intersit Reipub. liberis hominibus eam repleri. l. prima, ff. soluto matrimonio. l. cum ratione, ff. de bon. dan. uel portion. quæ liber. damna. conced. ubi refert Iure cons. sententiam diui Adriani dicentis: ampliari imperium notius hominum adiectione quàm pecuniarum copia malim. Crediderim verò doctiss. Alciat. non sensisse id in quo reprænditur à Duareno esset namque crassus error: Verba Alcia. emendari debent, ut sit sensus: hodie per illas leges sublatas esse pœnas eis qui prolē non susceperint, æquatosque prolem habentibus, quo ad habilitatem succedendi & capiendi relicta: non autem adempta priuilegia concessa habentibus liberos: & inde inferri posset ad uerum sensum. l. j. C. de sacrosanc. Eccles. contra uulgarē intellect. omniū ferè Doctor. tradentium, ibi concedi testandi facultatē abdicatis solennibus, fauore piæ causæ. cū tantū lex illa concesserit facultatē relinquendi Ecclesijs, quod antea nō permittebatur, ut ibi melius aduertit Alcia. & non latuit Bal. ut tradit Ferret. in l. de statu. ff. de testamen. in fi.
26 Duaren. in d. c. xl. ad fi. nō discutiens interpretationē glo. ad dict. l. prima, C. de iur. liberor. (nec relata glo.) noue aliter intelligit: ut lex illa ibi statuat eos qui numerū liberorum habuerint ad priuilegia & excusationes, lege ipsa tutos fore, nec indigere præcibus: quod non sine colore probare nititur. Sed hæc interpretatio mihi non placet, tum quia non satis congruit literæ, nulla enim ibi fit mentio de numero liberorum, ut apparet ibi aliud agi. tū quia in l. sequent. & in titul. ibi præcedente, agitur de nō habentibus liberos, uel certum numerum liberorum cū qui-

quibus durus agebant leges antiquæ:& ſic ubi adeſſet numerus liberorum,ceſſabat rigor illarum legum, & dabatur fauor, ſeu pririlegium antè Theodoſium & Honorium, multis legibus expreſſis, abſque precibus principi oblatis, ut in l.ii. ff.de excuſa. tutor.& in l.ii. ff. de minorib.l.ad rempubl.ff.de muner.& honor.l.ſemper.§.demonſtratur.ff.de iure immunit. Et ſi bene aduertas,comperies magis neceſſarium fuiſſe apud ueteres Romanos,& initio imperij fixa certaque eſſe priuilegia,liberos procreantiũ, ut hominum numero, & adiectione creſceret potẽtia Reipub.quod ex Tito Liuio in multis locis deprehẽdi poteſt: idcirco placet magis interprætatio quam ſuperius ex
17 mente gloſ. comprobauimus. Inter effectus uero patriæ poteſtatis erat antiquitus, ut pater poſſet liberos occidere:ut refert Iureconſul.in l. in ſuis.ff.de liber.& poſthu.& Imperator in l.fina.C.de patr. poteſta. & lex Romuli habebat:parentum in liberos omne ins eſto,relegandi,vendendi, occidendi. quam ut xvii. in ordine commentatur Balduin. Et conſtat ex hiſtorijs, nõ ſemel patres uſos fuiſſe ea lege & poteſtate.liberos occidendi,maximè ob diſciplinam militarem, & utilitatem Reipubl.ut refert Bude. in l.ii.ff.ad leg.Cornel. de Sicar. quin etiam citra cauſam Reipub.ob ſolius pudicitiæ reſpectũ: refert Iureconſ.in l. ii.in §.initiũ,ff.de origi.iur.Virginiũ quendã occidiſſe filiã inſontem. ſed illa poteſtas antiquata eſt,& ideo illa iura non amplius licere, ſed licuiſſe olim dicunt, ut declarat Bart.in l.diuus,ante nu.1,ibi uel uerius. ff.ad l.Pompe.de patric. Idq́; etiam in dominis erga ſerrus ſancitum: ne occidere,neque ſæuire in eos liceat.l.j.in fi.cum.l.ſequen.de
18 his qui ſunt ſui uel alie. iur. Ex quo infertur ad intellectumd.l.ii.ff. ad leg.Cornel.de ſicar. ubi gl. Bar.& alij variabant, meliusq́ue ibi explicat Bude. Vltra quos omnes aduerte,qnòd ex illa lege à contrario poſſet colllgi,ut pater auditum,& ſe defendentem filium poſſet eo tempore occidere quod ibi uidetur concedere Bude. & Ioan.Coraſi.in l.filium quem habẽtem, nu. 80.C.famil.erciſcund. Sed nón eſt admittendum id argumentum à ſenſu contrario,in Vlpiano illius legis anthore, ſuis enim tẽporibus ſecundum

cundū Bar.ibi non erat iam illa poteſtas patri, occidendi liberos,ut cōſtat ex iurib.allegatis & d.l.diuus.ff. ad leg. Pompe.de parricid.notat gl.recepta in d.l.in ſuis.Nec pater poterat cognoſcere de cauſis uel criminibus filiorum iuxta regulam. l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſdic. omni. iudic.probat tex.in l.iii.C.de patr.poteſ.Vnde ad d.l.ii.dici poteſt Vlpianum ibi non ſolum occidendi poteſtatem, ſed etiam audiendi & cognoſcendi patri omnino ſublatam ſentire: ideoque apud præſidem uel præfectum accuſationem tantùm permittere, ſicut in l.iii.C.de patr.poteſta. Poſteriores enim leges ſemper minuerunt patribus ius poteſtatis, fauēdo liberis:ut tradit Aemili Ferret.d.l. filiū quē habentem.nu.120.C.famil.erciſcun. & latius ibi
19 Corraſi.ex nu.79. Ex illa tamē antiqua patrū poteſtate occidendi liberos, ueſtigiū adhuc durat uno caſu, in filia adultera quam occidere patri permittitur: idque ratione patriæ poteſtatis,quæ iure communi manebat etiam in liberos coniugatos,ut probant innumera iura,quæ citat Tiraq.in tracta.de iur.marital.in prin.& nos tractabimus in l.cū oportet.Probat.l.j.§.fin. ff.de liber.exhibend.l. inter liberos.§.filius famlias maritus.ff.ad leg.Iuli.de adulteri. Patri igitur tantùm habēti filiā in poteſtate,manſit ius occidēdi filiā adulteram.l.patri.xx.ff.ad leg.Iuli.de adulter. Eam autē poteſtatem occidendi appellat ibi, ius occidendi:& dicta lex Romuli: quod notabis pro Iaſ.in d.l.prima §.uſufructuarius,num.4.ff.de nou.oper.nūtia.melius etiā id probat text.in l.nec in ea.xxii.ff.eod.Et ita datur alius effectus patriæ poteſtatis, ultra congeſtos à gl. Nam ceſſante patria poteſtate,non poſſet pater occidere filiam adulteram,ut uolunt illa iura:tradítque Cagnol.in Rub.ff. de inofficio. teſtamen. nu.2. & Chaſ. in conſuetu. Burg. rub.iiii.§.j.nu.20.& de illa poteſtate eo caſu,agit notāter Hiſp.Couas Ruu.in libr.de ſponſal.ii.par.cap.vj.ex nu.2. hūc autē caſum dicit ſpecialē Bar. in l.ii. ff.ad l.Corne.de
20 ſicar.Poteſtas autē vendendi liberos abrogata eſt, & vno tātùm caſu permiſſa.ab Imperat. ob famē ſummāque patris neceſſitatē,ut l.ii.C.de patr.q fili.diſtraxe. circa quā aduertas q licet.l.j.loquatᷣ de parentib.& eadē lex vtatur

verbo

verbo communi, si quis: quod posset etiam compræhendere Matrem, vt l.j.ff.de verb.signific. Tamen glo.recepta ibi ab omnibus, intelligit illud ius soli patri non matri competere: ita etiam gl.& communis in d.princip.Institut. de patria potesta.vbi Syluest. id asserit receptum.nu. 17.& ita Alberic.Bald.Salyc.& reliqui in d.l.secunda, vbi Bal.num.1. aduertit illud ius forsan emanasse ex antiqua occidendi potestate, iuncta ratione sanguinis,& incomparabili illa causa necessitatis: & cum Bal.Coras.in l. qui liberos, nu.14. ff.de rit.nupti.vides igitur ex glo.& Doct. illam l.de Matre non intelligi: quod etiam asseruit Brun. in suo copioso tract. de statut.excluden.fœmin.quem refert & sequitur in hoc Rebuf.in tracta.de priuilegi.Scho-
21 lastico. priuileg.clxxvii.nu. 5.est in xj.volu. Sed hęc opin. gl.& omnium Doct.non omnino tuta videtur, possetque contrarium suaderi. Primò ex verbis text. ibi.& l.præcedentis, quæ etiam matri cõgruunt,& in dubio omnis effectus & sensus sumendus est, qui ex verbis colligi potest.l. Gallus.§.primo.ff.de libe.posthu.text.& Aretin. in l.cum lege.ff.de testam.ad hanc opin.conducere posset, quòd in illis legibus non fit mentio patrię potestatis: causa autem illa necessitatis,& ratio sanguinis, æque pro matre vrgét, cuius est eadem pietas, vel omnino esse debet: vt in l.iiii. ff.de curato.furios. eademque reuerentia, vt in l. fi.C.de in ius vocan.& l.iiii. versic.parentes, ff.eod. & vnà omnibus parentibus seruanda reuerentia: vt dicit textus in l. parentes, vj. ff.eod.tit.facit l. in coniunctione, C.de nupti. quod si dilectionem & merita respicias, nihil est quod liberi Matribus non debeãt.c.fi.de conuers.in fide, latè Gomet.in §. fuerat. Inst.de actio.col.j.& secunda, quod quidẽ multis ornari posset ex nostris legibus,& ex sacra pag. alijsque passim script. facit l. propter insidias ibi, pietas
22 & ratio naturalis, C.qui accusa.non pos. Sed his non obstant, ibi mihi videtur tenenda opin.glo.& communis ad illam l. vt non procedat in Matre: tum quia ille effectus patriæ potestatis videtur: potestas autem patris non Matris est in iure, vt patet ex d. l.iiii. ff.de curat.furios.cum alijs, tum quia ius illud non solum in amore & ratione

sangui-

ſanguinis: ſed etiã in conſilio poni debuit, arg. d. l. nec in ea, ff. ad l. Iul. de adult. Conſilium autem maris non fœminæ eſt. l. ij. vbi latè Dec. ff. de reg. iur. colligitur ex l. j. ibi virorum, ff. de legib. fœminæ autẽ fragiles ſunt earumq; conſilium parum tutum, & ſæpe contra ſua propria commoda laborant. l. penult. C. de ſponſal. facit l. cum de indebito, verſic. ſi autem, ff. de probat. ibi minor vel mulier. Ob imbecillitatem igitur, inconſtantiamque fœminarum iuſta videtur recepta opinio, vt poteſtas d. l. ij. matribus non detur, ſed patribus tantum: qui maturius expendent negocium, neq; enim facilè mouebuntur vel fallentur: vt poſſent cõtingere in matribus: & ita de cõſilio & cõſtanti amore patris, ſæpius iura noſtra loquuntur, vt latiſſimè tradit Tiraq. in l. ſi vnquam, in princ. ex nu. 7. cum multis ſeq. C. de reuoc. dona. Non tamen compertũ eſt, an maior ſit amor paternus quàm maternus: & dicunt plures vehemẽtius Matres diligere liberos: patres verò cõſtantius, vt latè tradit Io. à Lignano, in libel. de Amicitia. q. quis magis diligat, fol. 12. col. iii. & nomine citato. Anto. Vac. in l.
23 iii. ad fi. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iu. Ex ſup. deductis. patet etiã ex mente gl. & omniũ Doct. l. illã non procedere in filijs emancipatis, cum non tantum ratione ſanguinis & amoris, ſed etiã poteſtatis, deciſ. illa procedat: ideò quæ à gl. & Doct. communiter inter effectus patriæ pote
24 ſtatis connumeratur. Circa d. l. aliqua ex profeſſ. colligit Hiſpan. à Cou. Ruui. lib. iii. reſol. cxiiii. cuius ſcripta non opus eſt reſcribere, ſed addã aliqua vltra ſuperius deducta. Nõ omittẽdo quod Petr. Rebuff. in j. tomo conſt. Gallica. in prohæ. gl. v. n. 62. ſcribit l. illam nõ procedere apud Gallos, eò quod liberi eorũ exempti ſint à patria poteſtate ſecundũ gl. in prin. Inſtit. de pat. poteſta. Sed labitur vir ille, & contradicit alijs ſcriptorib. Gallis, qui gl. lacerant, eò quod illis negauerit ius patriæ poteſta. Nec talis limitatio ſuſtineri poteſt, attenta conſuetudine Europæ, quæ vbiq; recepit patriã poteſtatẽ, vt ſuperius deduximus: & ita eſt de mente gl. & omniũ Doct. vt l. illa procedat vniuerſaliter in omnibus prouincijs, maximè vbi ius cõe conſtit. Regu. approbatur ſuadeturq; neceſſariò, ſi aliquis inſi

ſtat authoritati d. gl.q̃a reſpondebitur eã magis cõiter re probatam,ut ſup. diximus:imo dicebat Albe.in d.l.ii.n.2. quod aliæ nationes prȩter Roman.uiderẽtur etiã ſine cau ſa neceſſitatis poſſe vẽdere liberos,quod mihi non placet. nec Alber.probat,quin potius ex ſup.deductis, nõ diſtin-
25 guo inter Romanos & alias nationes. In materia eiuſdẽ. l.ii.& in illo effectu patriȩ poteſtatis, gl. ibi recepta ab omnibus,intelligit,ut illa deciſio loquens de venditione, procedat magis in pignore:tradit Hiſpa.d.loco,& alij ſup. citati: ſed ſpecificè in permutatione,nõ habere locũ dicũt ibi Bal.n.4.& Salyc.n.3.ſic etiã concludunt Doct. cũ gl.ſe cundũ Hiſp.l.illã nõ procedere ex aliqua alia cauſa ſimili nec ullo modo amplietur, etiã ex identitate rationes, ita Syrueſ.in d.prin.Inſt.de pat.poteſ.Sed hȩ nõ ſunt tuta,nec
26 carent dubio,licet cũ ijs ſimpliciter tranſeat Hiſp.ubi ſup. putoq́; l. illã ſine violẽtia, & ſine extẽſione, æque intelligendã in permutationẽ, ut ſcribit Petr.Gama. in tracta. extẽſio.n.101.Cuius opinionẽ probo,q̃a in permutationẽ eadẽ eſt ratio,tã erga patrẽ quàm erga filiũ: ita ſubuenit patri ꝑmutando ſicut uẽdendo,nõ eſt deterior cõditio filij cõceſſa ꝑmutatione.Et quod Bal.& alij arguunt, cõtra eos urget: nam cum ibi agatur de cauſa famis & neceſſitatis,non eſt reſtringendum id ius patris, cum forſan contigerit non occurrere emptorem, ſed permutantem: uel cũ permutare vtilius fuerit:alias maligna fieret interpretatio cõtra parẽtes,quod lex habhorret, ut l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus, ibi, neq; malignè accipiendum.ff.de verb.oblig. Sicut enim inter arma leges ſilere dicebat Marius apud Salluſtiũ,ita in illa tremẽda neceſſitate nõ oportet ſectari differentiã vẽditionis & ꝑmutationis. Hec non cõſiderauit Gamar.quẽ citauimus,cuius opinionem prius ſcripſit Fulg.vno uerbo.in l.j.C.illo tit.dicens leges ibi loquẽtȩs de vẽditione, ex ui verbi trahi ad quaſcũq; alienationȩs:ꝑ tex.in l.ſtatu liberi.ff.de ſtatu.libe.Sed peccat argu.quia tex.ille loquit̃ ſecundũ antiquitatẽ,quæ nõ diſtinxerat nomina cõuentionũ:vt melius alias circa iliã l.ſtatu liberi. in tit.Iaſ.in l.iuris gentium col.iii.ff.de pact. quod alibi latius trado.Igit̃ tutius arguemus ex prædic.conſide rationi-

rationibus:simulq; iuuabit hæc opi.ex tex.in l.sciẽdũ.xix §.pe.ff.de ædili. edict. ibi emptorẽ accipere debemus qui ꝑcio emit:sed & si qs pmutauerit,dicendũ est utrunq; emptoris & vẽditoris loco haberi, de qua æqparatione latè Igne.in l.iii.§.si cõditiqni,ex n.20.ff.ad Syllan.& illũ tex. cõmẽdabat Crem.in notab.clviii.Anto.à Burg.in c.cũ causa.n.8.de empti.& vẽdi.Ias.in l.fi.n.3.ff.de cõdict.ob caus. Sic in eo quod Bal.& Salyce. subijiciunt cũ gl. in d.l.ii. &
27 Doc.in alijs locis citatis ab Hisp.& Sylues.magis placet, ut si det similis causa, puta q pater captus ab hostibus, sit occidẽdus,nisi certũ prætiũ dederit, possit tunc distrahere filiũ,ex proximè deductis:& qa militat eadem ratio , quæ magis attendi debet.etiã in materia nõ fauorabili:ut colliges ex traditis à Bal.& alijs, per tex.ibi, in c.j.§. porrò, quæ sit prima cau.benef.ammitten.cũ relatis à Ias.in l.cũ quidã,ex nu.20.ff.de lib.& posthu.& in l.fi.ff.de in ius vocan. Addo ad hoc Pan.in c.fi.n.10.de rescript.Feli.in prohe. Grego.col.ii.nu.9. & quæ tradit insignis Azpilcueta Nauarrus præceptor meus,probitatis & eruditionis rarissimũ exẽplum in c.sacerdos,nu.49.de pęni.Distinct.vj.vbi etiã in extensione pœnę, vim rationis agnoscit.Facit tex. in l.ossa.§.fi.ff.de relig & sũpt.fune.in fine ibi, qa intellectu aliquo prohibitus ipse videtur. Vrget tex.in l.his solis ibi, satis tacitè cautũ.C.de reuocan.donat.cum traditis ab Alex.in l.cũ mulier.ff.solut.matr.Probat mihi tex.notab. in l.libertus, lxiiii.ibi cum ideò prohibuerit.ff.de ritu nuptiar.vbi Iurecõs.rationẽ extendit dispositione pœnalẽ & exorbitantem:vt videtur notare Ias.in l.j. §.hoc autẽ.n.9. ff.ad Trebellia.Are.in l.j.co.j.n.3.ff.de vulga. Vrget autẽ fortissimè ꝓ hac sentẽtia,cõtra cõem,quod habet alias recepta sentẽtia,vt quãuis lex expsserit certas causas,ad exhæredandũ filiũ , possit tñ exhæredari, etiã ex alia causa simili uel maiori: secuudũ Ang.Alex.Ias.& quã plures alios, vt tradunt nouiores in Auth.nõ licet.C.de lib.præterit.quod probant Ripa.Hip.Alci.Bellon.Benedict. Chas. Couas Ruui.& ferè innumeri,quos alibi refero:& elegantissimè defendit doctis. & acutis. Doct. Lusitanus Costa in §.& quid si tantum, l. Gallus,pagi.cxxxj. vt interim

D 2 omit-

omittamq; decisio.d.l.ii.licet contineat casum non vulgarem,nec facilè extendendum , non tamen odiosum, nec pęnalem:nec tam contrarium naturali rationi, ut Bal.ibi putabat,& in l.Illud,nu.4.uers.nec obstat.C.de sacros.ec
28 cles. Tandem circa d.l.ii.tractat Hispa.d.loco,ex Alcia. Tiraqu.& alijs, post gl. & ordinarios, in d.l.ii. duplicem literã inueniri:Nã aliqui libri habẽt,sanguinolentus,facta relatione ad patrẽ quæ litera frequentior est, eamq; probat gl.ibi,nõ tamen bona ratione alias rationes acutius excogitarunt Albe.& alij ibi,ut latius tradit Couas Ru.eandẽque literã allegat Conã.li.ii.c.xiii.& ita habẽt libri qui emẽdati dicũtur, ad pãdectar.Florẽt.exẽplar:& tunc sit sensus patrẽ distrahentẽ filiũ ẽt lege permittẽte, sanguinolẽtũ dici, quia ipse ibi sanguinolẽtus uidebitur: nec enim iusta causa tollet dolorẽ patris, qui utẽs ea facultate legis se ipsũ forsã incusabit,quasi naturalẽ rationẽ,affectionẽq; transgressus fuerit: argu.l.isti quidẽ.ff.quod met.cau.in fi.ibi.Cum pro affectu parẽtes magnis in liberis terreãtur.& tex.in §.fi.ibi,pater magis quã filius:Inst. de noxal.facit l iusta.ff.de manumis.uindi.Alij.legũt sanguinolẽtos facta relatiõe ad filios,ut p gl.Albe.& Sal.ibi.quã literã probat Alc.in li.ii.de uerb.sig.nouè intelligẽs tex.illũ loqui,de liberis sanguinolẽtis p recẽs natis: quã interpretationẽ probat Tiraq.non relato Alc.li.j.de Retra.§.26.in gl.j.n.14.dicẽs errare doct. in d.l.ii.aliter intelligẽtes.Vterq; nititur magno argu.ex Rub.C.de infant.expo.ibi sanguinolẽtos nutriẽdos.Et ex C.Theodos. ubi his recẽs nati,sanguinolẽti dicũtur : ideò forsã,qa vt docet experiẽtia,tũc homines sanguineis maculis,alijsq; à partu immũdis aspersi nascũtur.Eandẽ interpretationẽ,
29 tacito Alc.tradit Badui.in l.xvii.Romuli.Quo sensu deuiãtes à recepta interpretatione. Alc.Tiraq.Baldui.non obscurè uolunt,quod ius concessũ patri in illa l.nõ procedat indistinctè in omnibus liberis,sed tantũ in infantibus recẽs natis: gl. aũt & cõiter Doct. contrariũ indistinctè sentiũt : nec differẽtia Alc.& Tiraq.ratione carebit,licet Hispa.Couas Ruu.in d.loco, dicat eandẽ omnino esse rationẽ in omnibus liberis:Cõsidero enim quod si liberi sint iam infanti-

infantilis,uel maioris ętatis,possent iuuare patre ad pellendā famē,cum de iure infante cōsiderabiles sint operę. l.cæterū.xxxii.ff.de rei uēdica.ibi,Etiā impuberis aliquę operæ esse possunt:& l.si infantis.lxii ff. de usufr.Similiter liberis adultis, & habētibus intellectū,esset acerbius seruitutē uel seruitutis speciē subire, cū libertatis dulcedinē prius sensissēt:quod in recēs natis cessat Maiusq; infortuniū est aliquando fœlicē fuisse, iuxta celebrē Seuerini sententiā,& illuc Ciceronis in familiaribus,ubi nō sis qui fueris non est cur uelis uiuere.Sic etiā quo ad honorē,& existimationē in liberis adultis, illa macula,quo ad se & cōsanguineos,nō ita occultari poterit.Et ita lectio & interpretatio Alc. nouè cōprobatur, (reiecta alia lectione Rebo.uariā:is,in d.loco,qui nihil affert.)Sed ne parentū fauorē restringamus: quia et codices ferè oēs habent literā sanguinolētus,magnis probandū videt quod gl.& Doct. cōmuniter nolūt,ut lex illa procedat in filijs cuiuscūque

30 ætatis.Inter effectus patriæ potestatis enumerat decisio impera.Alex.in l.iii.C.de patr.potesta.quæ lex in prima par.planè loquitur de patre & filiofa.quo ad acquisitionē, nec de Matre uel filio emancipato loqui poterat:sed Doc.nō citāt illā in l.j.par.id enim alijs multis iurib.magis ex professo statutū erat. In secūda & tertia parte habet tex.quod pater pōt castigare filiū inobediētē,& eū perseuerantē offerre Pręsidi ad maiorē pęnā.Bal.ibi intelligit de filio in potestate tantū, & ibi Alb.& ita illā l.adiectū patrię potestatis citat Ang.Aret.in §.ius auth.n.2.Insti.de pat.potesta.Sed hi Doc. debuerunt aduertere,quod illud ius castigādi,& consiliū,ut durante iniquitate filij,ducat ad Pręsidē:cōceditur et,ppinquis,nō solis parētibus,ut in l.una C.de emē.propī.& sic pater cōtra plures doc.tex.in d.l.iii.quò ad hoc nō continere quod speciale patriæ potesta,

,, tis,quod nō explicat Alc.Reg.j.præsumpt.iii.nec Boer. dec.

,, cclxxv.n.3.tractātes illa iura.Quib. est addēdus tex.in l.j.§.j.ff.de obse.ibi,patrē & matrē:& ibi ad publicā pietatē:de quo tex.in ver.educatum, agit Alc.in l.si.C.de in ius vocā.Tiraq.in l.si unquā,uerb.susceperit.n.43.sed aliter Lusit.Costa,in rep.l.si ex cautione.C.de non nu.pec.

31 pag.56.Meliusq; dicendū est,vt ibi de filio potestate agat ob aliud,nō ob ius castigādi tantū: est igitur ibi speciale, ut patre ducente filium ad Præsidem propter irreuerentiā uel similē culpā in ipsum patrē cōmissam,debeat Pręses dānare filium,ut pater ipse dictauerit: quod nō conceditur alijs propinquis in d.l.una.Et est notandū ad limitationē illius, ꝙ dicit tex.in l.nam quod.ff.ad Trebel.& ita forsan sensit Albe.in d.l.una.n.4.ꝙ nō exactè uidetur aduertisse Dec.in l.ut vim.nu.21.ff. de iusti.& iur.dū in hoc ęquiparat patrē & matrē.Decisio autē.d.l.iii.cum in hoc specialis sit,nō est extendēda ad alios casus, loquitur enim tantū ubi pater offert Præsidi filiū sibi inobedientē & contumacē, tūc enim in pœna irroganda Iudex sequetur patris arbitrium:facit tex.in l.nec quicquam.§.de plano.ff.de offic.Proconſ. Quod etiā suadetur ex tex.celebri.in l.respiciendū.§.furta domestica.ff.de pęn.ibi,publicè uendicāda non sunt. de quo tex.agit Alex.cōsi.cxxxv.n.2.li.j.& latius Cępol.eum extollens,in Authen.sed nouo iure, nu.54.C.de seru.fugiti.Aliter etiā debet intelligi d.l.iii.C.de patr.potes.secundū Bal.ibi, quod uoluntas patris in filio puniēdo debeat moderari: nec uerbum uolueris ibi positū,pōt extēdi ad pœnā excessiuam, per tex.& Bart.in l.si quis dicat.ff.de manumiss.ibi,utique non maiorē pœnā constitutus:& ibi cū Bar.Plūbinus in fine.& uerè text. hic urget, arguēdo à domino ad patrē, ꝙ in proposito licet,& nihil citans, ita dicit Bonifaci.in tracta.malefic.ti. quib.est concessa correctio. Ad tex. uerò in l.una.C. de emēda.propinq.uide Deci.in d.l.ut vim.n.22.ff.de iust.&

32 iur.post Felin.in c.cum contingat,de for.competen.Hinc infertur ad tex. celebrem in l.milites agrum.§. desertorem.ff.de re milita.cuius sunt uerba : Desertorem qui à patre suo fuerit oblatus, in deteriorem militiam Diuus Pius dari iussit,ne uideatur, inquit,pater ad suppliciū filiū obtulisse. Itemque diui Seuerus & Antonin.eum qui post quinquemniū desertionis, se obtulit,deportari iusserunt:ꝙ exemplū sequi nos debere,& in cæteris Menander scripsit. Significat apertè tex. ꝙ cū pœna capitalis eo casu posset irrogari filio, moderatur & conuertitur in aliam

liam mitiorẽ,si pater filium ipsum efferat iudici,idque ex illo tex.generaliter colligunt plures Doct. in uarijs locis intelligẽtes tex. illum procedere in omni delicto:indeq; inferunt cautelam, ut quando pater uiderit filiũ obnoxiũ pęnæ mortis ex delicto, offerat eum iudici,& euitabit pęnã mortis.Bar. ibi non scribit, Alberi.autẽ dicit per illũ tex. ita tenere cõmuniter Doct. & ꝙ aliquando uidit ita seruari:tradit Cæpol.caute.j.securè intelligens, idẽ fore in crimine lesæ maiestatis, refertque aliquos Doct.non parui nominis: & ita ex illo §.colligit Salice.in l.propter insidias.n.3.C. qui accus.nõ pos.& in hoc illũ tex.extollit Felin.in c.j.col.ii.ad fi.de offi.delega.& in c.quærẽti,col. iii.n.6.ver.tertius.eo.ti.&Hip.in l.ii.n.13.ff.ad leg.Corn. de Sicar. in l.unius,§.seruus, ad fi.ff.de quæstio.& Mathæ.de Afflict.in c.j.§.insuper.n.18.de prohi.feud.alie.ꝑ Federic.li.iii.feud.fol.151.& ita generaliter per illũ tex. tradit Iacob.Boulẽc.in repeti.l.capitaliũ.§.famos.n.189. ff.de pœn.& ita Ludo.Carrer. in suo libro crimina.§.homicidij.n.136.cum seq.& ita indistinctè intelligit.Feli.dicens illũ tex. singu.in c.accusasti.n.4.de Accusat.& tã ipse,quã Cæpol.& alij referũt. Pau.in d.l.propter insidias, quẽ ibi scribere nõ inuenio. ita Al.Re.j. præsump.iiii. & Aug.Ariminẽ. ad Ang.de malefic. uerbo,& ad quærelã,
33 n.38.Idẽ ex illo tex.vult Ang.in l.si adulteriũ cũ incestu. §.liberto,in fi.ff.ad leg.Iul.de adulte.ubi ampliat idẽ esse ècõuerso, si filius in simili casu patrẽ, qui obnoxius esset grauiori pœnæ, offerat:& ita Hip.in d.l.ii.n.13.ff.ad leg. Corne.de Sicar.Alc.d.reg.j præsumpt.iiii. & Iacob.Boulen.d.loco,& Carrer.d.loco.nu.137.Idem in matre offerente filiũ tradit Salice.in d.l.propter insidias,quẽ sequitur Feli.in d.c.j.col.iii.in fi.cũ princ.seq.de offic.deleg.& Cæpol.in d.caute.j. Ex quibus resultat Doct. intelligere tex.in d.§.desertorẽ,ut nõ ꝓcedat specialiter rõne patrię potestatis,sed ex rõne naturali amoris & sãguinis,ideoque idẽ sit in matre & filio emancipato. idq; suadet ex rõne illius tex.ibi, ne uideat ad suppliciũ obtulisse.Et ex hist.depræhẽditur: aliquãdo in causis criminalibus datũ patri, ut arbitrio suo filios damparet, ut tradit Connã.

libr.ii.c.xiii.& Balduin.ad leges Romuli.l.xvii.Dũ autem Doct.cõmuniter extendunt illũ tex.ad omnia crimina,iuuari poteſt ea ampliatio,expendẽdo tex.ibi,in uerbo,& in cæteris. Ad principalẽ uerò concluſionẽ illius tex. citat. etiã gl. ibi tex.in l.qui cũ uno.§.qui filium,eod.titul.& ita Cæpol.& Mathæ.de Afflict.& alij in d.locis:qui tex.in de ſertore eandẽ ſententiã uidetur probare.Tenendo cõmu nem illã allegationem eſt aduertendum,quod in crimine filij commiſſo in perſonã patris aliud eſt,quia tunc pœna irrogatur arbitrio patris,idq́ue tantum in filio in poteſta te:per d.l.iii.C.de patr.poteſ.ſecundum Bal. & Alber.ibi, & diximus ſup.proximè:& ſic eſt limitatio ad d.§.deſerto
34 rẽ. Similiter cõmunis illa allegatio uidetur nouè intel ligenda,quãdo parens offerret filiũ,quẽ iudex facilè cape re non poſſet, ſecus ubi Iudex eũ quærebat , & non poterat euadere , tunc enim pater non diceretur eũ offerre:vt eleganter colligi poteſt,ex tex.in l.edicto xiii.uerſ.id autẽ.ff.de iure fiſ.ibi,id quod latet,nõ quod fiſci eſt.quicquid uideatur ſentire Al.d.pręſump.iiii.q verè nõ tãgit hos ter
35 minos.Sed quãuis tot Doct. ita indiſtinctè ſcripſerint, & mitẽ illã cautelã tradãt, non eis accedo:veriusq́ue credo tex.illũ in uerb.& in cæteris,nõ ſentire de cæteris criminibus,ſed cũ dixerit in quodã deſertore offerre ſe ,ita Imperatorẽ iudicaſſe , ſubdit,idẽ in cæteris dicendũ fore: id eſt in alijs perſonis,in qbus occurrerit eadem cauſa nõ diuerſa ſecũdũ doctrinã gl.l.nõ ſolũ.§.q̃ritur,ff. de procura. & in l.ſi fugitiui.C.de ſeru.fugit.Eſt enim lõgè diuerſa ratio de illo crimine ad alia,cũ deſertor grauiter puniatᷣ ob culpã in omittẽdo cõtra regulã iur. de qua in l.ii.C.ſi aduer.delict.gl.in l.ſi mora.ff.ſolu. matr.vnde pœna deſertoris cũ ſit ex maximo rigore , facilius potuit moderari.Ex multis enim legibus illius tituli depręhẽditur ibi procedi nimio rigore, ut in l.vj.verſ.q in acie.ff.eo.ſic nec felix euentus aliq̃d ibi excuſat. l.iii.§.in bello.ff.eo.quẽ extollit Cremen.nota.clj.Florianus in l.ſed &:loci.§.ſed & ſi qs.ff. ſi.regun.quod nõ eſt trahendũ ita ad reliqua,ut ſcribit Feli.in c.cauſam nu.8.ad finẽ,de iudi.probat Cagnolus in l. ii.n.140.de orig.iur.de quo etiã Feli.in c.illud, de maior.
& obed.

& obed.Benedi.in c.Rainutius, uerbo in eodē testa.j. nu. 71. Coraſ.lib.j. Miſcel. c.xxiiii. ad finem & legitur apud Gelliū lib.j.c.xiii. Similiter non fuit bona extenſio quàm Doct. indiſtinctè faciunt ad alia crimina qa in deſertore potuit eſſe culpa ex puſillanimitate:nec eſt directa ad incōmodū uel offenſam certæ perſonæ, ideò potuit faciliùs remitti & moderari: argu.l.ii. C.de in ius vocan. & quod notat.gl.magna ad mediū,in l.aſſiduis.C.q potior in pign. habet ibi,lex enim ſuum beneficium.Nec erat iuridicum indiſtinctè admittere, ut parens uel filius poſſet eludere pœnā à iure ſtatutam, offerendo filium uel parentem:facit tex.notabilis in l.ſi quis fortè vj.ibi, eludendæ pœnæ cauſa.ff.de pen. & quotidie legi fraus fieret,contra publ. utilitaté quæ uerſatur in maleficijs puniendis.l.congruit. ff.de offic. præſ. l. ita vulneratus.ff.ad l.Aquil. contra id quod eleganter dicit tex.in l.ſi à reo.§ illud,quod vulg ff. de fideiuſ.ibi, pœnas ob maleficia ſolui magna ratio ſuadet:faciunt quæ cōgerit Feli.in c.Rodulphus,col.iii.de reſcrip.Iaſ.in l.j.in ii.lec.ad finem.ff ſolu.matr.Crotus in l. omnes populi nu.177. Concludo igitur contra docto. in dict.locis,vt ex d.§.deſertorem,non fiat regula generalis, nec extendatur ad alia crimina in quib. ſit diuerſa ratio. Indè credo ꝙ in vero crimine læſæ maieſtatis non ſeruabitur illa deciſio,contra Saly.Cæpol.& alios.Vnde ſequitur melius aliqualiter aduertiſſe Mathæ. de Afflict. dicto loco,dū videtur reſoluere,ꝙ ille tex. non trahatur ad caſum,in quo perſona offenſa,cauſam ſuā proſequatur:facilius enim diſpenſat lex & princeps cū ſolennitate publica,quàm cū preiudicio tertij.vt probat tex.in l.ſi quando.
36 C.de inoffi.teſta.ſecundū uerā reſulutioné. Non fuit omittendus alius effectus patrię poteſtatis à gl.omiſſus,cæteris auté ſubtilitate ſuperior, & apud Iureconſ.frequentior, q huic titu.& ſequenti non impropriè applicatur: is eſt circa ius & nomen ſui hæredis,unde interpretes ſuitatis nomé nō abſurdè deduxere.Nam apud Iureconſ.vt nomen ſui hæredis frequentiſſimum eſt, ita ſuitatis nomen non inuenitur: id tamen rectè deductum defendit Vigli. in §.ſui auté.Inſtitut.de hæred.qualit.& differ.Alci.lib.v. parerg.

parerg.c.xix.& his tacitis Coraſ. lib.iii. Miſcellan. c.xvj. Suitatem uerò definierat Angel. de peri gl. in Repe.l. in ſuis.ff.de liber.& poſthu.cuius diffinitionem defendit Deci. in l. qui ſe patris,numero 2. C. unde libe. ubi nouiſſimus Fabius aliter deſcribit, alijs etiam uerbis Alcia. ubi ſup.aliter item Loriot.de Conſag.Axion.xv. quorum dicta hoc loco examinare opus non eſt. Præcipuum autem requiſitum ſuitatis eſt patria poteſtas, regulariter enim de iure abſque patria poteſtate nõ dicitur quis ſuus hæres: quam regulam inepte nonnulli conantur euertere, cum tamen eam perſpicuè ſcribat Iureconſ. in l. lege Cornelia,in fin.ff. de teſtam.ibi, quanuis ſuus hæres eſſe non poſſit,qui in poteſtate morientis non fuit. Idem probat textus in §.ſui autem,& melius in §.cæteri, Inſtituti. de hæred.qual. & differ.& in §.ſui autem,Inſtitu.de hæredit. quæ ab inteſta.defer. Ex quo infert Iuſtin. in dicto §. cæteri,uerſ.qua de cauſa,neminem ſuum hæredẽ eſſe Matri:& inde colligitur regula.l.nulla fœmina.ff.de ſuis & legit.hæred.& l.illud.§.ad teſtamenta.ff.de bonor.poſ.cont. tab.quibus iurib. conſtat hanc eſſe ueram regulam,cui tamen(ut ferè omnibus alijs) nõ poſſunt deeſſe obiectiones quibus ſatisfacit Deci.in dicta l.qui ſe patris, & ibi Coza. d.in numero 12.& prius limitando ſatisfacit Alexand. in l. ſi filius qui patri,vj.col.ff.de uulga. & pup. & nouiſſimè tradit Hiſpan.Antonius Gom. primo tomo cap. ix. ex nu. 9.hinc puto explicanda eſſe uerba textus. ad quæ gloſſ.& Docto. non aduerterunt, in l.prima.§. per hanc, ff.de rei uendic.ibi,ſuum uel in poteſtate petat.Significat enim Iureconſ. in filio paria eſſe ſuum dicere uel in poteſtate eò quòd ex poteſtate patria ſui hæredis nomen reſultet ſemper in filio, non ſemper in nepote, ſecundum iuris principia.l.ſi quis filio.ff.de iniuſt.rup.l.prima,§.ſciendum.ff.de ſuis & legit.hæred.Aduerſus hanc regul. quaſi Iuriſconſ. non eſſet, non ſatis cautè argumentatur Corn.in l.ſi fratris. col.xviii. nu.14.uerſ.ſed in contrariũ.C. de iur. deliber.adducẽs exemplum filij. Epiſcopi uel Patricij,quibus dignitatibus liberatur à patria poteſtate, & tamẽ dicitur ſuus hæres: quod nihil eſt, cum lex iuſtis ex cauſis, tunc

eſſe-

effectum emancipationis induxerit, ac præcedentis potestatis uel ſuitatis ius conſeruauerit. Alia obiectio fit à Corn.ubi ſup. quo tacito idem ſcribit Marius Salamo. in l.Gallus.§. ſi eius num.14.ea eſt de poſthumo: poteſtque dupliciter formari,tam de poſthumo nato,quàm de poſthumo dum in uentre eſt:argumentatio autem Cornel.tractat. de poſthumo nato mortuo patre, & ſic cum patria poteſtas dari non poſſit:& tamen is poſthumus in iure dicitur ſuus hæres,in l. ſi quis filio,§.primo,ff. de iniuſto.& rupto teſtam. in l.prima, §.ſciendum,ibi,uel ſaltem concepti. ff.de ſuis ex legit. hæred. Cui difficultati reſpondens Decius in dicta l.qui ſe patris, præpoſterè eam accipit,ideoque minus aptè reſpondet, dicens, quod poſthumus ficte & in ſpe dicitur ſuus,per l.qui in utero.ff. de ſtatu hominum quod reſpicit aliam conſiderationem, dum poſthumus in utero eſt,de qua ſtatim agemus.Itaque patet ad iura à Cornelio adducta, non facere ſpem natiuitatis poſthumi, nec tunc rectè applicari. d. l. qui in utero: quod ante Deci. non ſatis expendit Alex. in d. l. ſi filius qui patri,numero 13. nec Soc.in l.prima numero,24.col. xxiiii.in fin.ff.de uulga. Vndè melius huic obiectioni occurrendum eſt ex fictione ſeu prouidentia,de qua in l.intelligendus.cliii.ff.de uerb. ſign.qua habetur generalius, poſthumum cenſeri natum cum pater moreretur, & ſic retro trahitur tempus natiuitatis ad tempus quo pater adhuc uiuebat: ſic alibi dicitur quòd ad tempus natiuitatis iura ſua ei cõſeruantur, ut in l.antiqui.ff.ſi pars hęred. peta.de tex. autem d.l. qui in utero doctè & ingenioſe olim ſcripſit Bartolomeus Philippus Luſitanus, in tract.fi-
37 ctio.iii.par.c.ix.Ex prædicta regula infertur ad uerã & receptã ſententiã,quæ habet poſthumum non dici ſuum hæredẽ antequã naſcatur.l.fi.ff.de collatio.bono.l.fi.ff.de aſſign. lib. ideòque ſpes tantùm non exiſtentia ſui hæredis tunc cõſiderari poteſt,ut in l.j.§.totiens.ff.de vent.in poſſ. mitten.latè Iaſ.in l. ſi à primo, nn.18.ff.de libe.& poſth.latius Tiraq.in l.ſi unquàm. verb. ſuſceperit liberos, num. 124. ubi multis hoc ornat: quibus addo tex. in l. Po-
38 ſthumus in princip. ff. de inoffi. teſta. ſecundum communem

» munem literam ibi,quibus ſuus potuiſſet fieri,ſi in vtero,
» mortis eorum tempore,non fuiſſet: quod probat textus.il
» le etiam ſi legatur ad exemplar florentinum,cuius meminit Anto. Auguſt.libro quarto emendat.pag. cclxx. Huic
autem veræ & receptæ ſententiæ non obſtat textus. in §.
ſui,Inſtitu.de hæred.quæ ab inteſ.defer. quo Iaſ.maximè
torquetur in dicta l.ſi à primo,& in l.poſthumo nato,& in
» l.qui ſe patris, vbi dixit non poſſe ei ſine violentia reſpon
» deri,cuius uerba ſunt:poſthumi quoque qui ſi viuo paren-
» te nati eſſent,in poteſtate eius forent,ſui hæredes ſunt.Pu 3
tauit enim Iaſ. in dict. locis textus illum loqui de poſthumo dum in uentre eſt: ideoque reſpondet fictè dici ſuum
ob ſpem natiuitatis:& ita ſemper Deci. in dict. l. poſthumo nato,& in dicta l. qui ſe patr.& in l. poſthumo. C. de
collatio.& nouiſſimè Duar. libro ſecundo diſputa. capit.
xxxviij. Sed melius eſt intelligere vt olim ego intelligebam,poſteaque idem legi apud Curt.dicta l.poſthumo, à
quo tranſcripſit Gozad.dicta l.qui ſe patris, & refert nouiſſimus Huberti dicta l.poſthumo, in ſecunda parte numero 4. vt ſcilicet text. ille loquatur de poſthumo nato
(nam ante natiuitatem ex dictis iuribus ſuus hæres non
dicitur) quod primò ſuadetur ex ſui nominis idē enim eſt
dicere poſthumum, ac ſi dicas natum poſthumationem
ſeu mortem patris l.tertia verſ.primo.ff.de iniuſt.rup.Aulus Gelli.libro ſecundo cap.xvj.probat textus in l.nomen
filiarum.clxiiij.ff.de verb.ſign. & ita habet communis reſolutio,vt poſt alios tradit Galiaul. in l. Gallus in princ.
numero 28. Idem ſenſus colligitur magis ex ſerie illius
textus quia prius loquitur quod iudicaretur:ſi viuo patre
natus eſſet,& vtitur verbis conditionalibus ibi ſi viuo patre:& ſic loquitur de nato,non de eo qui in uentre eſt.Igitur idem referri debet ad caſum mortui patris.Si enim eo
viuo requiritur natiuitas vt filius ſuus hæres dicatur,multo magis id exigi debet in ſecundo caſu, cum iam parens
deeſt,& ſic textus ille ſemper loquitur de poſthumo nato:
facti autem differentia non iuris ibi eſt,an viuo, an mortuo patre naſcatur, atque ita textus ille magis probat
communem ſententiam, Quæ interpretatio etiam iuuatur

tur eò quod frequétius in iure posthumus non dicitur qui in vtero est,sed natus,vt in dicta l.tertia ff.de iniust.rup.ante natiuitatem enim magis appellatur uenter,vel in vtero esse dicitur,vt in dicta l.qui in utero,& l. ventre. ff. de acquiren.hæred.l.cum quidam.§.primo.ff.eod.l.ventri.ff. de tutor.& curato.da.l.prima & per totum tit.ff.de uentr.in posses.mit.Non tamen negãdum est aliquando posthumum dici ante natiuitatem, pro eo scilicet qui adhuc in vtero est l.cum pater.xxx. ff.de nego. gest. l. si nemo.§.
38 fin.ff.de testament. tute. Ad nomen sui hæredis & effectum suitatis ex patria potestate, citatur quotidie textus in dicta l.in suis,& in dicto §.sui autem, & in l. cum ratio ff.de bon.damnat. vel secundum aliam literam de portio. liber.de quibus agit Coras. libro tertio miscellan. capit. xvj.cuius verba fuerunt Viglij in dicto §.sui autem & Alcia.in fi.libri quarti de verborũ significatione,& dicto libro quinto parerg. capitulo xix. Ex quo, & alijs quæ legendo aduerti,conijcio Duaren. ad Balduin. in hoc uitio transcribendi voluisse notare eundem Coras. cuius tamé diligentia & iudicium in multis laudari potest.Ex illis autem iuribus plures suitatis effectus colliguntur à Docto. quos facilè colliget qui legit scripta ab ordinarijs & repet.in dicta l. in suis, & in dicta. l. qui se patris, & in dicta l. si filius qui patri:& quæ repetit Cornel.in d.l.si fratris, & quæ transcribit Benedict.in cap Raynucius. verb. mortuo itaque, in secunda ex numero 50. & latissimè Igne.in l.prima §.si pater ab hostibus.ff.ad Syllan. & post eos Loriot.de Consangui.Axiom.xv.cum sequen.& Tiraquel.in dicta l.si vnquàm in princ.ex nume. xix. Idem de primo genito quæst.xxxij. & xxxix. & quæ in praxim deduxit Deci.Consil.xxxj. Quibus addendum est ex dict.iurib.quod cum regulariter uiuentis nemo dicatur hæres,si in aliqua dispositione fiat mentio de hæredibus uiuentis, intelligendum sit de suis hæredibus,vt aduertit Alcia. in l. hæredis lxxv. numero 4. ff. de verborum significatione cui addo textum secundum communem literam, in l. tertia in fin.princip.ff.de iniusto rupto.ibi,siue post mortem, siue viuo testatore nascatur hæres: ad quæ uerba nec gl.
nec

„ nec Doct.aduertisse uidentur. Sed omissis cæteris effecti
„ bus suitatis, illum examinãdum suscipio, qui difficultate & utilitate maior uidetur : ex illis enim iurib. inferenda dixit gl. in l.nihil.C.pro hæred.& in l.ii.§.filium.ff.eo.ꝙ filij sui hæredes, non habeant ius usucapiẽdi illo titulo pro hærede.& ita Bart.quẽ sequuntur Paul.Alex.& alij, in d.l.in suis,ubi idẽ probat nouissimè Alc. post Ang.de perigl.ibi num. 117.& est receptissima opinio,ut tradunt omnes ibi, & Iacob.de. S.Georg.in l.pater filiũ,num.26. ff.de inoffic.testam.Hispa.à Couas Ruu.in c.possessor.ii. par.§.v.Bal.Soc.Benedic.& alij infra referẽdi circa declarationẽ Bal.in Rubr. tex. de præscript. Alb.in d.l.ii.§.filium fundamentũ gl.& Doct. est ex d.l.suis cũ similibus, cum enim Iurecons. ibi & alibi dicat suũ hæredẽ uiuente patre dominũ cẽseri,& eo mortuo, magis cõtinuare pristinũ ius,quã nouũ acquirere, putãt ipsi inde negari filio nomẽ & possessionẽ hæredis,& consequẽter non cócurrere ius usucapiendi ex nouo titulo pro hærede, ꝙ probari existimant in dicta l.nihli, & in dicto §.filium. Sed contra præscriptam illam opinionem, seu potius inueteratũ errorẽ,elegãter aduertit Vigli. in dicto §.sui autem,Institut.de hæred.quali.& differ.qui utinam pergeret enucleare ius Ciuile ut cepit,& potuisset,quẽ merito dũ iuesset magnæ spei appellarunt insignes viri Eras.& Alcia. quo in loco Vigli.respondet illis iurib.quib.glos. & Docto.nituntur , eaque melius explicat,non autem curauit probare sententiã cõmuni cõtrariã: & eo tacito idem scribit Forcatul.in sua Neciomãtia,dialogo.xxxvi.cuius tantùm meminit Hispa.ubi supra.vult igitur Vigli.competere suis usucapionẽ pro hærede : idemque nouissimè probat Connan.libro decimo,capitulo quinto nemine citato,more suo.Sed ante hos omnes eandẽ sententiã contra gl.& communem tentauit Cuma. in dicta l.secunda,§.filium,& Fulgo.in l.prima C.pro hæred.Et antequam illis
¶ iurib.respondeamus,hanc ueram sententiam probo vltra eos,ex sequentibus primò ex dicta l.in suis cũ similibus à quibus Docto.præpostere inferunt : nam dum sui uacantur tanquam pristini domini,& per illam iuris continua-

tio-

tionem,id planè est eos magis hæredes facere, non autẽ eis admittere aliquid quod extraneis hæredibus concedatur:suitas enim prodesse,non nocere solet ut fatentur Doct.parum hoc sibi constantes, ut colligitur ex Perigl. numero 112.& numero 116.ex Bartol.& alijs in dicta l. si filius qui patri.ff.de vulg. & ita succedit regula vulgaris,l.ꝗ fauore.C.de legibus.facit ad hoc tex.notab.l.tertiæ,§.si emancipatus.ff. de bono.pos.cont.tabul.ibi, „ non enim qui filius iustus est efficietur non filius cum recis- „ sio quo magis addmittatur nõ quo minus adhibeatur.&c. „ Iuuatur hoc secũdo, quia filijs suis quæ hæredibus planè cõuenit usucapio pro hærede ex vi verborũ, ipsi enim verè,& propriè hæredes sunt,& magis hæredes dicũtur quã exttanei, ut superius probaui,& colligĩ ex l.j.§.qui sunt in potestate.ff.si quis omis.caus.test.Nõ est igitur cur eis negetur ius hæredib.concessũ.Faciunt tertiò pulchra verba tex.in l.falsa demõstratio.xxxiii.§.primo,ff.de conditio.& demõ.ibi,honor eius auctus est,nõ cõditio mutata: ita in suis nomen & cõditio hæredũ manet,licet,effectus maior sit.Probatur quarto hæc ueritas,quia suis hæredibus non negãtur actiones & remedia hæredum,ut petitio hęreditatis,iudiciũq; familiæ erciscun. ut colligi potest ex l.tertia, ff. de petit.hæredit.& l.ii.in princ.famil. erciscun. cum traditis notabiliter per Aret. in l.planè.§. duobus col.iii.ff. de legatis primo.Probatur & v.idẽ efficaciter ex l.pe.§. si pater.ff.pro suo.ubi gl.retinens suum errorẽ mirè uariat, nulla enim ratio differentiæ assignari potest. cur ex diuisione bonorũ à patre uiuo facta, filij ibi usucapiant pro suo:succedẽdo autẽ patri defuncto nõ usucapiant pro hærede: maximè cũ diuisio illa facta à patre uiuente inter liberos, & successio quodam modo æquiparẽtur, ex gl.& Doct.in l.quoties.C.famil.erciscun. & ideò illa diuisio nõ sumit effectum nisi post mortẽ,sicut successio, secundum glos.& Docto.& notat Salic. in d.l. nihil, numero 2. in fin. Contra communem etiam & 6. stat manifesta ratio: glos.enim & Docto.argumentantur à continuatione dominij, de qua agit Iureconsul. & ob id negant suis usucapionem pro hærede: sed debuerunt aduerte-

aduertere hic agi de vſucapiẽdo,& ſic de re aliena, in qua non poteſt dari continuatio illa dominij, & conſequenter
40 corruit illa argumentatio glo. & Docto. Fortius autem & euidentius fundamentum aduerſus communem errorem colligitur ex d.§.filium d.l.ij.vbi hæc ſententia manifeſtè probatur, verba text.ſunt: filium quoque donatam rem à patre, pro hærede negauit vſucapere Seruius ſcilicet quia exiſtimabat naturalem poſſeſſionem penes eum fuiſſe uiuente patre.Ex quibus verbis glo.& Doctor.colligunt ſuis negari vſucapionem pro hærede: ſed uerius collegiſſent contrarium, vt pũgit Cuma. ibi,licet non ſibi conſtet: firmius autem explicat Vigli.vbi ſuprà,& forſan melius nunc deducemus.Nã in d.§. deſcribitur in quo ſpeciali ratione ſuis negatur vſucapto pro hærede: ſi autem regulariter ſuus vſucapere non poſſet,inepta eſſet dubitatio Iureconſ.vanoque labore tot verbis oſtendere conaretur, in ea ſpecie ceſſare uſucapionem pro hærede: à quo enim remouetur genus, certum eſſet remoueri ſpeciem,iuxta glo.in l.ſi cauſa cognita.C.de.tranſactio.quod apertè deducitur ex eod. text. attento quòd ibi ſpecialis ratio traditur ad negandam tunc vſucapionem pro hærede:Vnde per locum ab ſpeciali,patet Iureconſ. ſignificare regulam eſſe in contrarium, vt ſuprà ſuus pro hærede vſucapiat:ex qua regula ibi reſultabat ratio dubitandi, qua non obſtante,deciditur eo caſu ceſſare vſucapionem pro hærede:quia filius viuo patre,rem poſſidebat à patre ſibi donatam, & ideo poſtea parente mortuo, non potuit filius ſibi mutare cauſam poſſidendi,ex regula.§.præced. & l.tertia §.illud ff.de acquiren.poſſeſſ. Et vt magis enucleetur mens illius textus aduerto Iureconſ.ibi aduerſus hanc rationem decidendi, ſentire ſubtilem rationem dubitandi,videtur enim ibi non mutari cauſam poſſeſſionis, eò quòd prima donatio inter patrem & filium nõ valuit, & conſequenter cauſa pro non cauſa erat habenda, iuxta vulgarem regulam l.non putauit §.non quæuis.ff. de bono.poſſeſſ.contr. tab. & ita uidebatur poſſe induci vſucapio pro hærede, nec mutari in filio cauſam poſſeſſionis cui tacitæ obiectioni ſatisfacit Iureconſ.conſiderans, do-

nationem

nationem illam licet inualidam, transtulisse naturalem possessionem in filium, sicuti alias inter uirum & uxoré, l.j.§.si uir uxori.ff. de acquir. possess. Atque ita concluditur stare regulam illa prohibentem ne quis sibi causam possessionis mutet, ideoque non posse ibi dari usucapionem pro hærede, quia mutaretur causa possessionis cōtra iuris regulam, hæc sunt quæ uerè & subtiliter colliguntur ex Iureconsul. in d.§. à doctoribus malè explicato. Ex iam patet ibi non agi de possessione bonorum, quatenus prius erant penes patrem, sed de possessione rei donatæ, quę uiuo patre erat penes filium: quod contra gl. & Bar. benè aduertit Ias. in d.l. in suis, numero 31. & sic ostenditur ibi esse tex. expressus pro hac sententia contra com-
41 munem. Nec aliquid obstat d.l. nihil. C. pro hęre. verè enim respondet Vigli. & ante eum Fulgo. non relatus. l. illam aliud longè diuersum continere, cum dicit, nihil pro hærede usucapi posse suis hæredibus existentibus magis obtinuit: quæ uerba præposterè à gl. & Doc. accipiuntur, quasi ibi negetur suis hæredibus usucapio pro hærede: tex. autem vult quòd ubi sui hæredes existunt non possit aliquis hæres dici, nec pro hęrede usucapere: quod ijdem Cæsares rescripserant in l.ii. C. unde libe. cuius ratio est, quia suus ipse iure fit dominus etiam ignorans, & consequitur dominus totius hæreditatis, vnde nemo alius hæres dici potest, quod propriè congruit in successione ab intestato, vt loquitur d.§. sui autem, uersi. idem etiam cōuenit ubi suo pręterito, aliquis instituitur, succedit enim ipso iure causa intestati. l. prima ff. si tab. testamenti nullæ exta. l. inter cætera. ff. de libe. & posthu. l.j. ff. de iniust. rup. cum multis alijs. Necessariò auté ex iuris principijs, d.l. nihil procedere nō potest, ubi daretur testamentū ualidum, in quo cum filio institueretur extraneus, tūc enim extraneo negari non potest nomen hæredis, ex institutione, & consequenter usucapio pro hærede, quod Doct. non ita explicant. Hæc autem interpretatio ad dicta l. nihil, difficultatem habere posset, quam Vigli non attigit: si fingas quod aliquis ex iusto errore posset credere se hæredem, ut in exemplis Bar. in l. Celsus, colū. prima,

ff.de vſucap.ſimiliter etiam in exemplo.l.fin.ff.de hæred. inſtitutionibus, vbi Bar. & Imol.notant de rumore, quòd filius ante patrem deceſſerat: eſſetque aliud exemplum iuſti erroris ex l. vxorem ff. de manu. teſta. Similiter ex errore facti datur bona fides, & nomen hæredis, & ſi ſuus exiſtat qui ignorabatur, vt l. militis codicillis.§.miles in ſupremis ff. de militari teſtamento. Nam ſi ex iuſto errore aliquis ſe hæredem credat, etiam ſuo exiſtente, poterit pro hærede vſucapere.ex gloſ.in verb. exiſtimauerit, & ibi Docto.in l.j.ff.pro hære.& gloſſ.l.fin. verb. non poteſt.C.eod.

¶ Ex iuſto enim errore titu.putatiuus ſufficit ad vſucapiendum l.non ſolum §.j.ff.de vſucapio.l. quod vulgo.ff.pro empto.l.pro legato ff.pro lega.gloſ.l.interdum, in princ.ff.de acquiren. poſſeſſ.Barto.& alij.in d.l.Celſus. Hæc autem reſtrictio ad illam l. tutius procedet in tertijs poſſeſſoribus qui cauſam habuiſſent ab inſtituto uel alio qui iuſto errore ſe hæredem putaret: talis enim poſſeſſor bene ſe tueretur aduerſus ſuum hæredem ex poſſeſſione cum titulo, quod comprobatur; Nam iura dicũt ius adeundi & immiſcendi non perimi vllo tempore, quod communis ſententia intelligit uſque, ad triginta annos, gl. recepta in l.iij.ff.de acquir.hæred.& l.licet C.de iur. deliber. Bar.in l.j.nume. 4.ff.de condic.ex lege: quod tenuit Paul. in l.ſi quis ſuus ff.de iur.delibe.& l.ſi.C.de repud. hæred. quamuis Iaſ.in d.l.iij.& in dicta licet male eum citet: tradit notanter Curti.in l. vna C.quand.non peten.par.num. 25.& ibi Deci.numero 8.Felin.in cap.de quarta, numero 21.de præſcrip.Sed quamuis filius vel alius hæres habeat ſpacium illud xxx. annorum, ſi quis tamen rem poſſideat, uſucapiet aduerſus filium, tempore ordinario, ſi titulum & bonam fidem habeat: ſine titulo autem ceſſante mala fide, uſucapiet tempore lõgiſſimo, ut tradit notãter Alex. d.l.una, nume.7.C.quand.non peten.part.Bald.de præſcr. part.iiij.quæſt.xix.Gozad. conſ..lvj.nu.4.qui citant. Bal. in l.fin. C. fini.regundo.vbi hoc non dixit, ego addo ita in terminis ſcripſiſſe Paul.in l.filio præterito, colum. ſecunda.ff.de iniuſ.rup.quem non percipiens inaduertentur repræhendebat Benedic.in cap. Raynutius, verbo. mortuo. in ſe-

in secundo numero 62. & sic uides aduersus suum hæredem usucapi posse res hæreditarias: pro quo adduco tex. notab.qui hoc manifestè probat in l.captũ.ix.C.de postlimit.reuers.ibi,suum hæredem, & ibi,si non tantum tem-
" pus effluxit.Ex quo tex.& iuris principijs est hoc intelli-
" gendum,data habilitate terminorum, putà post legitimã ætatem filij non antea,& cum restitutione ex iusta causa, ne usucapio noceat filio,quando ei non possit culpa imputari:& ita temperandum est,quòd indistinctè scribit gl.& Bal.in d.l.una nu.9.& quod tradit Bal.de Præfer. j. parte vj.nu.3.q.xxvij.dum scribunt contra existentiam sui hæredis nullo tempore usucapi posse:melius dicerent existentiam ipsam sui hæredis usucapi non posse,quia nullo tempore potest quis effici filius uel suus, si non erat:dominus autẽ rerum effici potest,& ita contra suum hęredem usucapione se tueri:quod potest colligi ex Pau.in d.l.licet C. de iur.delib.& ex Corn.ibi col.iij.uer.sed aduerte, & ista
43 conueniunt quæ Balb.adducit in d.loco. Intellige etiam dictam l.nihil,secundum prædictum uerum sensum,ut securius procedat,qñ alius sciret filium extare:statim.n.scit uel scire debet se ius non habere, nec posse aliquem suo præterito,hæredem esse ex testamento , quia uerius tunc est causa intestati l.j.in fi ff.si tab.testa.null.extab. secundum ueram & receptam sententiam. Idem facilius procederet ubi prorsus testamentum non esset factum,nemo.n. succedere potest,stãte suo,ut suprà in quibus terminis nõ posset usucapio procedere quamuis possessor errore iuris putaret se habere iustum titulum:obstat.n.regula in materia,ut iuris error non iuuet ad usucapiendum l.nunquam ff.de usucapio.l.fi. C. de usucap.pro dona. Quod utiliter amplio ultra Doct.ut procedat etiam lapsis xxx.annis licet id tempus etiam sine titulo ex errore iuris uel alio colore quo cesset mala fides,sufficiat ad usucapiendum, etiã de iure Canonico,secundum Pau.in d.l.Celsus nu. 4.ff.de usucap.ubi latè Bal.nu.15.& facit tex.in c.ꝑuenit,ubi notanter Burg.de Emp.& uendit.notat.Affli.Dec.xl.nu.21. ubi merito extollit resolutionẽ Pau.& ita Rube.cõs.lxxv. quod iuuat ex effectu lõgissimi tẽporis,in re prohibita a-

lienari:secundum traditionem Paul.videndam in l.fi.§.sed quia col.iii. C.commun. de lega.Ias.in l.filius fam.§.diui, in j.lectu.nu.114.in fi.Dico enim quòd in his terminis nó procedit illa resolutio Paul.quia vbi possidens bona, scit extare filiũ defuncti, magis est in mala fide,qnàm in errore iuris, ea retinendo: id enim suadet non solũ ius ciuile, sed ratio naturalis omnibus nota.d.l.cum ratio.ff.de bon. damnat. Et in his quæ natura ipsa docet, nemo excusari potest l.ii.& ibi Docto.C.de in ius vocan.Ias.in l.si quis id quod.n.32.ff. de iurisd. omni. iudic. quod maximè iuuari potest ex traditis à Feli.in d.c.de quarta.n.26.de pręscrip. & ab his quæ resoluit Bal.vbi sup.Nec illa doctrina Paul. prorsus tuta est,possetque multis cõtrouerti: variãt enim Docto. vt latè tradit Hispan. à Leuia in d. c. possessor. ii. par.§.vii.nu.5.char.lii.uersis secunda cõclusio. Et hæc nostra ampliatio iuuatur satis ex notabili decisio.Afflict.cclxxiiii. vbi loquitur de possidente longissimo tẽpore ex testamento irrito. Posset etiã exemplũ & ampliatio assignari ad d.l.nihil in spurio,q nullo tẽpore vsucapere posset,in relictis à patre,quatenus ius resistit,etiã si ex errore facti putaret se legitimũ:ut tradit Saly.in d.l.nihil,post antiquos,& voluit gl.memorabilis in l.nemo. ff.de vsuca. pro leg.Bal.in l.nullo.C. de rei vendic.notabiliter Alex. Consi.lxxiiii.lib.iii.latè Bal.iiii.par.q.xviii.& Ripa in l.j. nu.8.ff.quor.bono. qui videndi sunt, quia non est omnino sine dubio.Et ex illa l.nemo,cum gl.ff.prolega.vtiliter infertur ad personas numeratas à gl.in §.legari,institu.de legat.Sunt hæc utilia,pendentq; necessario ab intellectu d.l.nihil,ideò excessus hic nó culpabitur:vt alias inquit I. C.Marcellus,in l.iã dubitari,ff.de hæred.instit.Patet igitur ex su.deductis, non esse negandũ ius vsucapiendi pro hærede, suis hæredib.& consequenter non esse differentiam inter filios in potestate & emancipatos: contra gl.& Docto.Hinc etiam cessabit anxietas Paul. in d. l. secunda §.filium.ff.de usucap.pro hære. dum tractabat quo remedio succurreretur suis hæredibus.Vtilitas autem & verificatio huius articuli ad praxim est quando in bonis patris aliqua extarent,quæ patris non essent: sicut enim extra-

neis,

neis,tunc datur titulus & ius vſucapiendi pro hærede: ita & fortius dicendum eſt in ſuis, ex ſuprà deductis. Quam ſententiam libentius amplector, quia eam probauit olim conſummatiſſimus Iurecon. inſignis Doct. Antonius Soarius, ſupremi Regij prætorij Senator digniſſimus, quem Galmanticæ docentem, audiſſe nunquàm penitebit. Ex his infertur ad opinionem Bald. in Rubr. de præſcript. nu. 15. qui retinẽs cõem errorẽ, quem ſup. confutauimus, excogitauit pro ingenij uelocitate, poſſe filium non obſtante ſuitate vſucapere pro hærede, non ut filium, ſed tanquàm agnatum uel cognatum: Filijs enim ſucceſſio defertur ex tribus capitibus. l. primæ. §. ſed uidendum. ff. de ſucceſſo. edic. & ſic vult Bal. quòd filius licèt ex primo capite non poſſit vſucapere pro hærede, poterit ex ſequentibus: quod ſequitur Alexan. dicta l. in ſuis, numero 7. idem Alexand. in l. prima, numero 17. C. qui admit. Alexand. in l. licet, C. de iure deliber. Alexand. in l. ſi emancipati. C. de collatio. Deci. in d. l. j. in vtraque lectu. Bald. in dict. l. Celſus prima parte num. 49. ff. de uſucap. Soc. in l. ſi filius qui patri, nume. 16. ff. de vulga. Benedict. in c. Raynutius, in uerb. mortuo c. ii. nu. 185. Hiſpa. Couas Ru. dic. poſſeſſor, nouiſſimè Alcia. dicta l. in ſuis: quæ opinio inutilis ſi attendatur uerior ſententia quam ſup. probauimus: cũ enim poſſit filius uſucapere pro hærede ex primo capite, non oportet confugere ad iura agnatorum uel cognatorum. Sed retenta communi opinione, non uidetur probabilis hæc inuentio Bar. lex fundamento Iaſ. in dic. l. in ſuis, nu. 8. & eiuſdem in dic. l. j. nume. 25. quod prius tetigit Alex. d. l. ſi emancipati. ii. col. verſi. ſed poſſet: ex text. quem commendant in l. de bonis. §. j. ff. de Carbon. edic. ibi, tametſi ex inferioribus partibus petant, qua legitimi vocantur, quoniã ſui ſunt, uel ex illa quæ cognatis datur Et ſic vult textus quod ex quocunque capite ſuccedat filius, ſemper ei ineſt qualitas ſui hæredis: & conſequenter ſi ſuitas eſſet cauſa tollendæ vſucap. pro hęrede, non poſſet filius vſucapere ex capite agnatorum uel cognatorum. Sed tandẽ Alexand. dic. l. ſi emancipati, Iaſ. d. l. prima numero 25. & ibi Deci. numero 89. lectu. ſecunda & Alcia. d. l. in ſuis,

 & Soci.

& Soci.d.l.si filius qui patri, numero 16. respondent quod in alijs capitibus filius dicitur suus, quo ad ea quæ utilitatem ei adferunt cum glo.d.l.j per l.penu.§.fin.ff.quis ord. in bono.pos.seru.& ita intelligatur d.l.de bonis: quæ solutio periculosa est, ex his quę in simili tradit idem Deci.in l.una, nu.9.C.quando non pete.part.à quo transcribit Goz ad.consi.lvj.nu.3. Item secundum eam Bal. subtilitatem destrueretur communis opinio, & redderetur prorsus inanis regula, quam fingunt glo. & Docto.cum ad manum & nutum filij absque ullo labore esset usucapere pro hærede: quod dubitãs aduertit Cotta in memorab.uerb.filius, & lex tunc diceretur imposita uerbis non rebus, contra id quod in hac materia dicit glo.in l.pen.§. si pater. ff.pro suo. Ex hac etiam solutione Doctorum colligitur quàm parum sibi cõstet in hoc articulo: si enim suitas secundum eos non attenditur in filio, nisi quo ad utilia, iam sequitur eam non tollere ius usucapiendi pro hærede, & consequẽter esset hoc non contemnendum fundamentum pro uera sententia quam sup.probauimus, contra gl.& Doct. quicquid pro cõi scribat Huberti.in d.l.j.C. qui admit. ex nu. 114. Hinc etiam cessant quæ tradit nouissimè Anto. Gometius egregius Doct.Salmanticens.j.tomo c.ix.nu.9. Sed lõgius quàm uellem me progressum uideo: nec dubito coricæis & detractoribus ansam oblatam, ut saltem tanquã prolixa præludia hæc mordere possint qui non respiciant quot hic non uulgaria traduntur: nec moré nostrorum in rubricis prolixius scribentium, ac multa extranea adducẽtium. Omnia aũt quæ hic scribimus, pertinebãt ad tractatũ horum uerborũ (Bona est patria potestas:) sine quibus nulla inuenitur lex in his duobus titulis. Sed doctis & candidis laborem nostrum non ingratum fore speramus.

SVMMARIVM.

1 *Diuiditur hæc lex in tres partes separatim tractandas.*
2 *Emendatur traditio quædam Pauli Castr.*
3 *Explicatur tex.in §.secundum vulgarem l filiusfa.ff.de lega.i. in uerbo inæstimabilis.*

4 Circa idem uerbum explicatur l.fin.ff.de ijs qui de iece.vel effu-de.contra Alber.

5 Infertur ad ius patroni quatenus inestimabile appellatur.

6 Tractatur intellectus l.nemo prædo.§.i.ff.de reg.iur.

7 Consecutiuè explicatur l.Iulianus ff. si quis omissa causa testa. contra communem allegationem.

8 Agitur de vera litera d.§.secundum vulgarem.

9 Tractatur an Constantinus in bonis maternis, & Iustinianus generalius in aduentitijs nouum ius induxerint.

10 Reijcitur communis allegatio.l.placet ff.de acq. hæred.

11 Sustinetur contra Politum communis allegatio l. i. ff. si quis à par. fuer. ma.

12 Probatur multis iuribus communis opinio, quæ habet ante Iustin.aduentitia prorsus acquiri patribus.

13 Ponderantur ad hoc iura tractantia de collatione bonorum inter liberos,& alia iura.

14 Expenditur l.iij.§.hoc autem ff.de lega.præstan.

15 Tollitur obiectio profectitia ff.de iur.dot.

16 Agitur obiter de tex.in §.sed neque hæres Inst.de testa.contra gl. & Ang. ibi & contra aliquos alibi.

17 Ponitur, & impugnatur communis sententia quæ habet dari hodie efficacem conuentionem inter patrem & filiumfamil. in aduentitijs.

18 Agitur de patris scribentis legatum filio suo relictum.

19 Proponitur communis opinio, quòd ante Constantinum bona materna omnino acquirebantur patri.

20 Probatur eadem communis opinio iuribus, & ration. ultra Docto.contra Ricar. Polit.Alex.

21 Exactissimè & plenissimè examinatur sensus l. filius ff. de inoffic. testa.

22 Reiectis pluribus interpretationibus reijcitur etiam interpretatio Aret.& Dec.quæ fuit Cyni,& Albe.

23 Reijciuntur aliquæ interpretationes ad d.l.filius.

24 Probatur cum Maria.Soc.l. illam non obstare communi sententiæ & extenditur ibi verbum alij, non posse intelligi de filio.

25 Adducitur.& explicatur l.qui in aliena in fine princ.ff.de acquir.hæred.

26 Agitur ultra omnes de uerbis.d.l.filius, vers.quoniam.

27 Probatur vltra omnes ex prima parte illius l. communis senten tia, contra quam omnes adducunt secundam partem eiusdē l.
28 Ex eadem l. aliqua nouè & vtiliter deducuntur.
29 Agitur de intellectu. l. pen. ff. ad Senatus. cons. Tertul.
30 Explicatur litera l. i. C. qui admi. pro communi contra aliquot.
31 Tollitur obiectio Alc. contra communem, & nouè intelligitur l. cum oportet in princ. C. de bon. quæ libe.
32 Explicatur litera d. l. cum oportet dum refert ius antiquum.
33 Admonentur lectores vt caueant ab errore eorum qui indistinctè putant ius digestorum antiquius esse iure codicis.
34 Multipliciter ampliatur hæc l. & iura, quæ tractant acquisitionem quæ fit patri per filiumfa.
35 Ostenditur in hac materia ingens error Anton. Corse.
36 Lucrum à lege delatum sine aditione, vel agnitione transmitti, & ostenditur error Hispa. Segu.
37 Explicatur lex & consuetudo communicans bona inter coniuges.
38 Explicatur tex. in auth. hæ res. C. de secund. nupt.
39 Adducuntur aliqua notabilia pro effectu acquisitionis duraturæ penes patrem quàm diu uixerit.
40 Impugnatur limitatio quædam Pauli & Corn.
41 Probatur alia limitatio Pau. ad hanc legem & similes.
42 Ponitur alia ampliatio, quando filius ex dignitate exiret à potestate patris.
43 Ponitur alia de filiofam. clerico testante, contra Panor. & Benedictum.
44 Ponitur alia ampliatio de filio testante permittente statuto.
45 Ampliatio de filio ingrediente religionem.
46 Ingressu religionis cessare patriam potestatem.
47 Proponitur, & exactissimè discutitur quæstio patris ingredientis religionem.
48 Relatis varijs opinionibus scribentium, emendantur aliquæ allegationes eorum.
49 Ostenditur contra aliquos in hoc receptiorem esse gloss. opinionem, ut tunc usufructus maneat penes monasterium uiuente patre.
50 Eadem opinio ultra scrib. eleganter probatur.
51 Respondetur cuidam argum. Bar. & explicatur. §. cum autem l.

PRIMA PARS.

TOTA materia huius tituli & sequentis vtilissima est, quia nihil frequentius habetur in praxi. Hæc autem l. prima secundum Cin. Bartol. Alberic. Salice. Fulgo. tria continet, & ego eorum diuisionem se-

ſequor:quia licet textus alia etiã contineat, illa tria ſunt principalia. Primũ eſt quid acquirãt filijfa patribus, in bonis maternis. Secundum ꝙ pater debeat ea bona administrare. Tertium quòd pater non poſſit alienare talia bona: & hoc ordine legem hanc tractabimus tribus capitibus. Conſtantinus l. hanc condidit, cuius uerba in hac prima parte ſunt. *Res quæ ex matris ſucceſſione ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato fuerint ad filios deuolutæ: ita ſint in parentũ poteſtate, vt vtendi fruendi duntaxat in diem vitæ facultatẽ domino uidelicet earum ad liberos pertinente.* Deciditur ergo ut in his bonis filius dominũ, pater vſumfructum habeat: fit autem hæc acquiſitio uigore patriæ poteſtatis, ut in legibus ſequentib. & l. cum oportet. inf. titu. j. & in §. j. Insti-
2 tu. per quas perſon. nob. acquir. Ex quo ſcriptum reliquit inſignis Doctor. Paul. Caſtren. in l. fin. §. primo, numero 2. ff. de uerborum obligationibus, quod patria poteſtas inuenta fuit, ut filij patribus acquirerent: quod mihi nõ omnino congruere uidetur iudicio tanti iuris: licet enim acquiſitio ſit ex effectibus patriæ poteſtatis, non tamen dicendum eſt ob id tantum uel principaliter ob id fuiſſe inuentam patriam poteſtatem, ut colligitur ex glo. §. primo, Inſtitu. de patr. poteſ. Colligitur etiam ex eo quòd ipſa patria poteſtas aliquando magis conſideratur ad utilitatem filij. l. cum ratio, ff. de bon. dãna. l. in ſuis. ff. de libe. & poſthu. Colligitur etiam ex alijs effectibus magni momenti ultra acquiſitioné, ut latè deduxi ſuperius in ii. parte Ru-
3 br. Hinc infero ad text. vulgarem in l filiusfa. §. ſecundum vulgarem. ff. de legib. leg. j. ibi, *poteſtas enim patria ineſtimabilis eſt*: ſolet enim intelligi in ſcholis, ob effectum acquiſitionis, quæ patri fit per filios vel nepotes in poteſtate, tradit Riminal. in §. hoc quoque, nu. 3. Inſtitu. per quas perſon. notab. acquir. Sed ego melius intelligo ex Alberi. ibi: ut non ſolum, nec principaliter, effectus acquiſitionis faciat patriam poteſtatem appellari ineſtimabilem: ſed potiùs alia quæ in iure habentur de patria poteſtate, ut diximus ſup. in Rub. quale eſt illud. l. iii. C. de patr. pot. & illud de iure occidendi: & illud de iure vendẽdi: & alia quæ honorem & vitã reſpiciunt, quæ licèt rarò cõtingant, poſſunt tamen

tamen aliquando cõtingere,& tũc pretio ęstimari nõ possent: arg.tex.notab.in l.si pater.35.§.1.in fi.ff. de dona.ibi, *cõtemplatione salutis certo modo æstimari nõ placuit*: facit l.iusta ff.de manu.vind.ibi, *vitę uel infamię*:& l.etiam.eo.titu. ibi *in prelio*:& ibi *cõtra latrones*:& ibi, *sanauerit*:& ibi, *insidias*
4 *detexerit*. Sic etiam accipitur inestimabile,in.l.fi.ff.de ijs q deiece.uel effud.ibi, *cicatricum autem, aut deformitatis nulla fit ęstimatio : quia liberum corpus non recipit estimationem*: tradit Cagnol.in l.libertas.ff.de reg.iur.& illo tex.melius Rebuf.de senten.prouis.arti.j. gl.4. & quæ scribit Angel. de malefic.uerb.in facie: & Felin.in c.cum non liceat col. j.de præscrip.Quibus addendũ q Alberic. post antiquiores,in.l.ex hac.ff.si quadru.pau.fecis.dica.limitabat.d.l.fi. ne procedat in fœminis:in illis enim dicebat ęstimationẽ cicatricis esse admittendam.Sed debuisset aduertere q.d. l.fin.contrarium probat in principio, ibi, *liberi hominis*: & in fine ibi , *liberum corpus* : quæ uerba planè compræhendunt fœminas, ut masculos : nec potest hoc negari. Sic alias extra estimationem & diuersum à pretio censetur, quod respicit honorem uel digitatẽ. l. quod adipiscendæ.
5 ff.de dona.int.vir.& vxor.Sic dicitur inestimabile ius patronatus , & censetur remotum à commodo pecuniario, vt is cui seruus legatur & rogatur manumittere,non possit grauari in aliquo dando , ob ius patronatus quod consequitur in liberto: tex. vbi uide Cuma.in l.planè.ii.§.fin. est lex lxxxxvii.ff.de leg.j. de quo tex. agit Bartolus post glo.in l.naturalis.§.finali.ff.de præscrip.verb.Paulus in l. Titius.ff.de actio.emp.Rip.in l.cum filio,numero.15.ff.de lega.j.Fortuni.in l. iurisgentium.§.j. col.ix. nume.xxj. ff. de pact.non ergo dicitur quid inestimabile,tantùm ob nimium pretium pecuniarium . Sed ob alios effectus . Ex
6 d.l.planè.§.finalis,& ex his infertur ad intellectum tex.in l.nemo prædo.clxix.§.j.ff.de reg. iur.dum ubi Vlpian. inquit , *locupletiorem non censeri qui liberum acquirit*:glo. dicit posse legi dupliciter primo libertum , ut non dicatur quis locupletior eo quòd consecutus sit ius patronatus liberti : & ita intelligit gloss.in dict.l. planè.§. finali. & ibi Bartol.gloss.& Doctor.in l.maritus.C.de donat. inter uir. & uxo.

& uxo.gl.etiam in d.l.naturalis.§.fi.cum qua trãseunt Doctores,& Fortuni.in d.l.iurisgentium.§.j.n.xxii.ff.de pact. & Deci.in l.j.nu.j.C.de bono.posses. cont.tab. lib.Et hæc interpretatio uidetur receptior, quod non aduertunt nouiores statim citandi.Secundò legit gl.ut tex. habeat liberum:& intelligit pro filio, ut non dicatur locupletior qui filium suscepit: quo sensu accipit Alcia. in l. non est sine liberis.ff.de uerbo.signi.& Spiegel.in Lexico, uerbo liberi: quæ interpretatio mihi non placet, quia rarissimum est,ut nomen liberi, in singulari ponatur pro filio:nec legitur apud Iureconsultos nisi in l. ius agnationis.xxxv. ff. de pact. ubi Ias. notat: nec erat tam apta ratio dubitandi ad illum tex.an quis diceretur locupletior suscepto filio: si autem de filio Intelligatur, uidetur aptius intelligendum esse de arrogato, ob uerbum acquirere, quod non congruit naturali:& quia ex arrogato,uideri posset pater locupletior, ut Instit.de acquisitionibus per arrogationē Aliter & tertio intelligunt Cagnol.& Ferrar.ibi:quos uidetur sequi Riminal.in d.§.hoc quoque,nu.7. Institutionum,per quas perso.ut litera habeat liberum, & intelligatur de libero homine: quod ante eos ita scripsit Tiraq. l.si vnquàm,uerb.susceperit liberos,numero.201.Sed hæc interpretatio minus placet, tum quia sine substantiuo hominem, nō congruit intelligere de libero homine.nec est in vsu ea locutio: tum quia tex.ibi agit de re quæ ostendi possit,nō quæ occultari debeat:liber autem homo non potest retineri de iure,ne quis fateretur in iudicio se habere liberum hominem pro seruo,de occultis autē non iudicatur,cū potius merita causarū,partium assertione pādantur:ut dicit tex.in l.fi.C. si per uim uel alio mo.& uerbū illud, *acquirat*, magis cōgruit priꝗ interpretationi.Nec uidetur posse dici acqrere liberū,vt accipitur in alijs interpretationibus:fateor tñ ꝙ nec uisitatum est liberū pro liberto poni: ideoq; crediderim literā esse emendandam,vt legatur libertum,addita litera t,tunc enim erat elegans ratio dubitandi & decidendi. Sic ad propositum dictæ interpretationis.§.secundū vulgarem,ut ibi nō tam consideretur acquisitio,quā honor, alijq́ue effectus patriæ potestatis;

facit

facit quod dicũt ſcribentes per tex.in l.Iulianus. ff.ſi quis omiſ. cauſ. teſta. quòd honor præferri debet lucro: & ita colligiit Alberi.ibi:& ad hoc illum tex.dicebat meliorem de iure Ang.in l.repræhendenda.C.de inſtit.& ſubſti. Soci.in l.iii.n.4.ff. de li.& poſth.ſed hi patres nõ aduerterunt bene,ꝙ tex.in d.l.Iulianus, nõ loquiť de honore ad differentiã lucri,nec de differẽtia honeſti & vtilis,de qua alias agit Cicero de officijs:ſed potius loquiť de honore pro cõmodo,vt ibi exponit gl.quod euidenť cõperiet qui bene legerit illum tex.Nec eſt nouũ vt honor pro cõmodo ponať in iure.l.ab eo.C.de fideic. tex.cũ gl.j.in l.vj.ſi remunerãdi.ff.manda. quod melius videtur aduertiſſe Ferret.in l.ſi diuortio.ff.de verbo.oblig.Et ideò tex.ibi appellauit honorem inſtitutionem propriã, cui poſtea opponit inſtitutionem alienam:& ſic agit de differentia vnius cõmodi ad aliud, nõ autẽ de honore ad differentiã lucri,prout Doct. minus benè citare ſolent:facit. l.iii.§.hoc autem.ff. de legat.præſtan. ibi, *non cui acquiratur,ſed cui honor habitus ſit.*
8 Tandẽ ad d.§.ſecundũ vulgarem, aduertendum eſt ꝙ gl. & ueteres,& ferè omnes libri hucuſque habuerunt literã illius tex.vt §.incipere ab illis verbis, *ſecundum vulgarem*: vera autem litera incipit ab illis uerbis, *ſi liberos ſuos*: prima autem uerba, ſecundum uulgarem, ſunt.§. præcedentis,qui in illis finiri debet, ut nunc legitur in libris emendatis ex pandectis Florentinis:admonuitque Anton. Auguſti.lib.j.emenda.pag.70.vbi eleganter confutat expoſitionem gl.ad illa uerba,ſecundum vulgarem:& probat ea congruere.§. præcedenti, in quo ponitur caſus qui poteſt decidi ex regula vulgari:in caſu uero. d.§.ſi liberos, potius agitur de caſu ſubtili & minimè vulgari,vt colligi poteſt ex l.ſi cui legatũ.ff.de cõditio.& demonſ.quam notat & ampliat Alex. in l.utrum turpem. ff. de uerb. obligat. ex tollit Iaſ.in l.cũ filio,nu.132.ff.de lega.j.& ſecundũ ueram literam uel emendationem ab Anto.Auguſti.ſcriptã, rectè illum.§.citat Ferret.in l.j.nu.36.ff.de leg.j.& de caſu illius.§.agit Maria.Soci.in l.cum filio. n.46.ff.de leg.j.
9 Sed omiſſis his & alijs, quæ obiter ſe offerebant, venio ad ea quæ propria ſunt huius l. & materiæ, an Con-
ſtantinus

ſtantinus nouum ius introduxerit: qui articulus duplicẽ habet inſpectionẽ: prima eſt quo ad bona aduentitia genere: ſecunda quo ad materna in ſpecie. Ad primum, receptiſſima Doct. ſententia habet, quod ante Iuſtinianum in l. cum oportet, inf. tit. j. aduentitia prorſus acquirebãtur patri, tã quo ad dominium, quàm ad uſumfructum: & Iuſtinianus nouè ſtatuit in alijs aduentitijs, quod hic ſtatuerat Conſtantinus in maternis: idque colligitur planè ex litera illius l. & ex §. j. Inſtitutionũ p quas perſo. nob. acquir. & ita ſcripſerunt omnes in his titulis, & in l. placet. ff. de acquir. hære. & in l. j. C. qui admit. idque ut receptiſſimum & ſine ullo ſcrupulo tradit Coraſ. poſt alios in l. frater à fratre. §. j. 12. de cõdi. indeb. Cõmunis tamẽ omnium cõſenſus non deterruit Lancel. Polit. qui in contrarium nõ tẽtaret, ſed audacter aſſereret: is enim in tracta. de vulgari ſubſtitu. nu. 43. cõtendit non eſſe verum, quòd omnes indifferẽter aſſerunt, de iure Digeſtorum omnia aduentitia in ſolidum patri acquiri. Ipſe autem Polit. nõ adducit iura quibus probet opinionem communi cõtrariam: ſed oſtendit communem non probari iuribus quæ
10 Doct. citant: ſolẽt enim Doct. citare ad id. d. l. placet. ff. de acquirenda hæred. ut patet in innumeris locis, & colligitur ex Bartolo, ſæpius, & alijs in d. l. frater à fratre: & ita illam l. citãt Bart. Paulus, & omnes in d. l. j. C. qui admit. Bart. Imola, Alex. & alij in l. legatum. ff. de lega. j. Alex. in l. à filio. ff. eo. tit. Bart. in hac l. Alex. in l. ſtipulatio iſta. §. ſicut, nu. 7. ff. de verbo. obli. & vbique Doctores. Fateor autem uerum dicere Politum contra communem allegationem, quod illa l. nõ probat regulã ad quam citatur: nec enim dicit omnia patri per filium acquiri, ſed potius ꝙ ubi ſit ea acquiſitio, ſit ſine ullo interuallo: ut nec momẽto ius ſit penes filium: & ita ante Poli. melius ibi ad-
11 uertunt Bart. Albericus, & Cuman. Solet etiam à Doct. pro cõmuni ſententia adduci. l. j. ff. ſi quis à parent. vi. fuerit manum. quam audacter Polit. retorquet contra cõmunem, ex eo quòd tex. inquit filios acquirere emolumentum patribus: ipſe enim intelligit appellatione emolumẽti, nõ totã rem uel totum ius rei cõtineri. Sed fallitur

quia

quia commodi & emolumenti appellatione,comprehen di poteſt tota res, vt in l.patre furioſo ad fin.ff.de ijs,qui ſunt ſui,tex.in l.pater.lxxxxiii. §.i.ff de acquirēda hære. tex.in l.Papinianus.§.meminiſſe.ff. de inoffi. teſt.tex.qui id probat neceſſario in l. Antiſtius.lxii.§. finali.ff.de acquir.her.Sed alia iura adducunt ſcribentes,quibus Politus reſpondet d.loco, quæ proprius congruunt articulo
12 ſpeciali,circa bona materna ſtatim diſcutiendo. Cōmunis tamen ſententia,quæ vera eſt,probatur ex Iuſtiniano in d.l.cū oportet,& Inſtit.per quas perſonas nobis acquiritur, quibus violēter reſpondere nititur Politus probari etiam poteſt vltra omnes multis iuribus, ut ex l.ij.C.de patr.poteſtate.aduertendo ꝙ illa lex eſt Antonini longè ante Iuſtinianum: & dicit generaliter dominium ad patrē ſpectare omnium quæ filius acquirit,ſolumque excipit ea quæ non acquiruntur,id eſt quæ in nihilo ei acquiruntur:quod reſpicit caſtrēſia uel quaſi:ſecundum gl.ibi, nec poſſet intelligi de aduentitijs etiam poſt ius nouum, cum in eis non parum patri acquiratur,qui etiā dominus
13 cenſetur,ut in ſecunda parte huius d.legis. Hanc receptam ſententiā probo etiam ultra doctores ex lege.filiæ licet.C.de collationibus.in ii.parte:ubi ante Iuſtinianum nulla fit differentia inter profectitia & aduentitia, tantumq; excipiuntur caſtrenſia:quod magis corroboratur ex l.fi.eod.titulo, vbi nouè Iuſti. decidit, ut aduentitia nō conferantur:ergo ante eum non erat talis differentia. Quod etiam euidenter probatur ex l.j. per totā.ff.de colla.bon.ubi Prætor uocans emācipatos ad ſucceſſionē cum ſuis, iubebat vt emācipati cōferrent ea quæ poſt emācipationē quocunque modo acquiſita haberent: quia ſi in poteſtate patris fuiſſent,omnia patri acquirerent,ſolumque excipitur caſtrenſe peculium,ut in §.nec caſtrenſe,eiuſdē.l.Ad idem facit l.j.§.fi.cum l.ſeq.ff.ad Macedo. ſola caſtrēſia excipiuntur; ita etiā tex.in l.ſi quis vxori. 13.§.1.ff.de furt.& ſic nulla fiebat differentia inter profectitia & aduentitia.Eadē cōmunis ſententia probatur iudicio meo in l.quæritur xxxviii.ff.de bo.liber.ibi,*donec in poteſtate*: & ibi, *ne per alios*; vbi.I. C. æquiparat patrem

per se,vel per filium succedere : & utroque casu pariter dixit patri acquiri.Ergo in totũ patri acquirebatur quicquid filio obueniret:& ideò ibi deciditur,ut quãdo pater excluditur à successione , excludatur etiam filiusfa. ne per filium pater acquirat quid per se nõ posset: probat etiam tex.in l.post legatũ.§. si pater.ff.de ijs qui,ut indig.
14 de quo dicemus in titulo seq. Probatur eadem sententia in l.iii.§. hoc autem.ff. de lega. præstã. ibi uel subiectæ personæ.ubi quo ad effectum acquirendi I.C. æquiparat ꝙ quis per se uel filiumfamil.acquirit. Secundo æquiparat acquisitionem per seruum uel filium , ergo in totum acquirebat filius aduẽtitia ante Iustinianum: ꝙ etiã probatur in l.qui liberis.§. hæc uerba.ff.de vulg.ibi,*neque pater per filium:neque dominus per seruum:*& ibi,*hęres extiterit:* Sicut igitur seruus totum,ita filius acquirebat,& pater ꝑ filium hæres dicebatur, ꝙ denotat dominium: ut in §.fi. Instit.de hæred.quali.& differen.Hæc iura vltra scribentes uoluimus ponderare pro defensione cõis opinionis, quæ tutior manebit , cum inferius tractabimus de bonis maternis in specie:in quibus etiã ostẽditur ante Cõstan-
15 tin.& Iustinian.ea prorsus patribus acquiri.Nec obstabit si quis argumẽtetur ex l.profectitia , & l.Auus.ff.de iur. doti.ubi Iurecõsul. distinguebãt inter dotẽ profectitiã,& aduentitiã:id enim alios effectus respiciebat, ac speciale erat in dote,ut in l.ii.§.ꝙ si in patris , & ibi gl.notat: & l. quoties.ff.sol.matr. ideoque in illa specie non distinguebatur inter filiã in potestate uel emancipatã, quo ad effectum dotis profectitię uel aduẽtitię,ut in d.l.profectitia. §.penul.ff.de iur.dot.& sic patet ibi non offendi regulam & commun.sententiam quæ procedit ratione patriæ potestatis. Inde etiam inferri posset ad text. difficilem in l. viii.ff.de action.& obliga. cuius rationem Bart.ibi ingenuè fatetur se ignorare:de quo exactè tractabimus, Deo duce,in l.fi.§.necessitate, infra titul.seq.ubi est locus aptior.Hinc infertur ratio uera ad iura quę dicebãt patria esse regulariter patrẽ sibi stipulari uel filiofa. vt in l.dominus.xxxix.& l. quod dicitur.cxxx.ff.de verb.obliga.significant enim quòd quocunque modo aliquid filio obueniret,

6 ueniret, totum patri acquirebatur in effectu. Ex hac differentia iuris noui & antiqui dubitabat Angel. Areti. in §.sed nec hæres, Institu. de testament. an hodie procederet text. ibi, dum dicit patrem uel filium famil. uel fratrẽ instituti, existentem sub eiusdẽ patris potestate, non posse esse testis in testamento: & gl. ibi, uerbo adhiberi. assignat rationem acquisitionis, quia scilicet totum patri acquirebatur. Vnde posset dubitari secundum Ang. an hodie diuersum sit, cum filius institutus sibi acquirat dominium, concludit tamen adhuc hodie idem iuris esse eo casu: & ita Bauerius & nouiores ibi, quod uerum est: sed glos. & Angel. alijque debuerunt aduertere librum illum esse Iustiniani, qui scriptum proximè relinquebat hoc nouum ius, ut filius sibi dominium quærat in aduentitijs: & sic textus ille nõ poterat cẽseri iuxta antiqua iura, ideoque nec ratio gl. apta erat, nec dubitatio Angel. atttento nouo iure, cum ibi nouum ius non antiquum habeatur. Angel. autem non satis ibi aduertit ad literam text. dum dicit in fratre indistinctè locum habere regulam prohibitiuam. l. parentes. C. de testib. nam contrarium suadetur ex illo. §. dum non repellit fratrem, nisi quando ipse & institutus, sunt sub eiusdem patris potestate: & ita aduertit gloss. dicta l. parentes, quæ l. non loquitur de fratribus, ut Angelus malè citabat.

¶ Item ex dicto §. repellẽte fratrem à testimonio testamenti, eo casu cauendum est à generalibus uerbis Baldi. in dicta l. parentes, columna prima, uersicul. aut testamentarius, vel vt alij habent, instrumentarius: ubi indistinctè dicebat fratrem admittendum in testem instrumenti, uel testamẽti. licet simpliciter eum sequatur Felinus in capitu. literas, nume. 12. de præsumptio. & in capitu. cum oporteat, colum. iii. nu. 3. uersi. secundo, limita de accusatio. quibus in locis Felinus notabiliter agit, quando frater admittatur vel repellatur à testimonio, quo transcribit Bauer. in §. pater. nu. 23. Institutio. de testamen. & resolutionibus à Felino scriptis consonat apud Lusitanos lex Regia, libro tertio. titulo xlii. §. xv. Ex eadem differentia iuris noui & antiqui infertur ad opinio. gl. dicentis quòd hodie aduentitijs dabitur

bitur conuentio & obligatio inter patrem & filium,& inter fratres existentes sub potestate eiusdẽ patris,quod olim nõ erat: gl.l.frater a fratre in principio.ff.de cond.indebit.ubi Ias.in prima lectu.nume.37.cum Barto.hanc dicit commun.sententiam:& ultra eum ita tradit Paulus in l.dominus.ff.de uerborum obligationibus.& ita intelligitur tex.in l.iubemus.§.in supra dictis.C.ad Trebel. secundum Bal. Sali. Pau. Cor. ibi : & ad hoc eum extollit Cazial.in d.l.frater à fratre, nu.30.tradit Alex.consi.185.n.6.in vj.uolu.& ita securè scribit Crotus referens alios, in l.si constante.ii.repet.numero 120.Dicit tamen Ias.in dicto loco,quod contrarium sentit Bald.in l.à filio.ff de legatis j.& ibi Ioan.Imol.& opinionem Bal.dicit probabilẽ Coras.in d.l.frater à fratre.§.j. nu.6.ubi cum Ias. respondet ad d.lege iubemus: Bal.autem, in d.l.à filio,super glo. ibi , uult quod etiam hodie in aduentitijs non obligetur pater filio ciuiliter,per regulam d.l.frater à fratre , absq; alio fundamento.Vltra quos posset hæc opinio Bal.probari ex ii.par.huius legis,& ex l.cum oportet cum suis §§.dominiũ enim filijs est in aduentitijs,usus fructus plenissimè patris est:nihil ergo manet de quo inter eos contrahi possit.Nec filius potest donare patri suum dominium,qa hæc lex nullã potestatem alienandi filio concedit, dũ pater usumfructũ habet & bona ipsa administrat.Nec pater indiget aliqua donatione filij,quo ad fructus quos iure capit. Econuerso autem nec pater donare , uel se obligare potest filio , obstante regula.l.ii. C.de inoffic.donat. quò ad fructus verò aduentitiorum,an eos remittere filio possit, nõ oportet citare gl.uel Bal.quia id deciditur in l.cum oportet. §.sin autem,ubi plenè examinamus.Si qua autem obligatio tunc datur,ea est legis obligantis patrẽ,ne alienet , nec dissipet bona aduentitia , ut patet ex hac l. cum similibus. Et sic non uidetur inter patrem & filiũ posse dari efficacem contractũ,seu obligationem conuentionalẽ, etiã in aduentitijs , contra gl.& communem,facit tex.cũ glo.l.j.§.quæ onerande.ff.quar.rer.actio non det. daretur enim occasio ut pater facilè posset filijs nocere in his bonis, quod ius abborret,ut in l.ii.C.si aduers.don.& si ad re-

soluenda

18 solvenda. C. de prædi. min. Ex eadem differentia iuris antiqui & noui, infertur ad quæstionem patris scribentis legatum filio suo in testamento alicuius: cum enim dominium filio acquiratur, videretur relictum valere & patrem scribentē à pœna excusari, licet olim contrarium esset. Sed adhuc idem iuris est secundum glo. & Bar. in l. impuberem. §. primo. ff. ad leg. Cor. de fals. ubi Alexand. ad Barto. eam extollit: prius autem idem scripsit Azo. in Summa: C. de his qui sibi ascribunt, nume. 3. & ita tenendum est per. l. nostram, cum pater sibi acquirat vsumfructum quandiu uixerit, & censeatur dominus: ergo non poterit filio scribere in alieno testamento. Hinc etiam aliud infert Alexan. in l. stipulatio. §. sicut. nume. 4. in fine, & nu. 7. ff. de uerbo. obligationib. hinc infertur aliud per glo. & melius Bald. nu. 4. ad finem in l. si putas. C. de peti. hæred. infertur aliud quod tradit Alexand. in l. cum filio, nume.
19 17. ff. de lega. 1. Erat secundus articulus specialis & magis proprius huic l. circa bona materna, in quo cōmunis etiam sententia est, quòd ante Constantinum patri acquirebantur omnino nō solum quò ad vsumfructum, sed quò ad proprietatem: & sic quòd hæc lex induxerit nouum ius: ita Bart. Paul. & alij hic: Cynus in l. j. sup. qui admit. ita prius gl. j. in hac l. & ubique uoluit generaliter gl. tam in maternis, quam in aliis aduenititijs, vt hæc l. & sequentes nouum ius induxerint. ita gl. l. si filius, sup. de petitio. hæred. & glo. in dicta l. j. sup. qui admi. glo. in l. is qui hæres. §. fin. ff. de acquirend. hæredita. glo. in l. fin. ff. quis ordo in bon. poss. seru. gl. in l. cogi. §. si pater. ff. ad Trebellia. Ex quo patet minus rectè Ias. in dicta l. j. col. ii. ad fin. sup. qui admi. in contrarium allegare glo. dicta. l. is qui hæres. Fatentur omnes hanc esse receptissimam sententiam, vt ius rediges, & ante Constantinum bona materna per filios omnino patri acquirerentur, Contrarium tamen ex antiquis tenuit Ricar. Malum. & prius aliqui relati à gl. in dicta l. is qui hæres. §. fin. ut aduertit Bar. in l. j. C. qui admit. & ex recentioribus Polit. d. loco, & Alci. lib. iiii. parado. capitulo iii. Horum fundamentum fuit l. filius. xxii. ff. de inofficio. testamen. qua nimis torquentur omnes scri-

bentes, varieq; illam interpretantur. Contra communem etiam citat Alci.text.in l. penult. ff. ad Tertul. & d.l.j.C. qui admit.quam alij ponderant:nos communem ut uerissimam
20 amplectimur. Quæ probatur melius quàm putauerit Polit.in dicto tract. de vulga.numero 43. qui respondet non nullis iuribus & omittit alia principaliora:probatur igitur secundùm gl.in d.l.is qui hæres.§. fina. ex text. ibi,& melius ex l.seq.vbi I. C. considerat personam patris in omni hereditate delata filio,sine distinctione an sit profectitia uel aduentitia:& expressim d. l. sequens ibi de hæreditate legitima filio delata,quæ propriè intelligitur de materna:& ita apertè tex.in l.qui in aliena, post princ.eodem tit.Nec obstat uana replicatio Politi. & aliquorum dicentium quòd imò in illis iuribus etiam exigitur factũ filij in adeundo,nec solus pater potest repudiare uel adire:respondetur enim ꝙ id non tangit effectum acquisitionis post hæreditatem aditam.Sic enim & in seruo instituto,eius factum in adeundo requiritur,ut in l.iij.sup.de hęredi.instit.non tamen ideò aliquid seruo acquiritur.Item illa iura loquuntur tam ubi filius sui contemplatione instituitur,quàm si patris:& sic etiam ubi sit hæreditas profectitia,& tamen requiritur factum filij in adeundo: sed in profectitia omnes fatentur,nihil acquiri filio.Ergo factum filij circa aditionem,non minuit omnimodam acquisitionẽ patri.Probatur eadẽ opinio cõis,noua ratione eaque urgẽtissima:Ric.n.& Alci. fatentur ꝙ alia aduentitia omnino acquirebantur patri : diuersum aũt putabant in maternis.Sed in his magis erat idem dicẽdum, plusquàm in eis patri tribuendũ,quã in alijs aduentitijs:quia prouenerunt ab uxore ipsius patris, & pater cõstante matrimonio dñs dicebatur l.doce ancillã C.de rei uen.& unica fuerat fami.l.j.§.si uir.ff.ad Silla.& in terminis probatur hæc cõsideratio ex tex.in l.si uiua matre,infr.hoc tit.vbi in bonis maternis plus cõceditur patri quã in alijs aduentitijs: adeò vt etiam post emãcipationẽ aliquid patri tribuatur in successione maternorum. Pro cõi etiam facit text. non adductus à Doctoribus in d. locis, in l. iij.§. verbum potestatis.ff.de donat.inter vir.& vxor.ibi, *Si mater filio qui in*

potestate

potestate patris est donet, nullius momenti erit donatio, quia patri queritur. Apertè ergo in bonis maternis ibi deciditur, insolidum ea patri acquiri eo tempore: quod ibi aduertit Bald. & aliud agens, citat Tiraq. de retrac. ligna. §. j gl. ix. num. 72. Si autem patri solus ususfructus quæreretur, nõ diceret tex. donationẽ omnino nullam, sed pro parte quæ patri acquiri posset, arg. l. sancimus. C. de don. Iuuatur cõmunis opinio ex leg. quæ aliquando agunt de matre instituente filium, solicita ne bona ad maritum peruenirent, ut in l. mulier. ff. ad Trebellia. in l. tertia C. de institutionibus & substitutionibus: significant enim quòd planè patri acquirebãtur per filium bona materna. l. filijs matrem
21 C. de inofficio. testamen. Retenta itaq; communi ac vera sententia, non obstat tex. in dicta l. filius ff. de inofficio. testamento, cuius uerba sunt: *filius non impeditur quo minus inofficiosum testamentum matris accusaret. Si pater eius legatũ ex testamento matris accepisset, vel adisset hereditatem: quamuis in eius esset potestate. Nec prohiberi patrem dixi iure filij accusare: nam indignatio filij est. Et querebatur, si non obtinuisset in accusando an quod patri datum est, publicaretur? quoniam alij commodum uictorie parat. Et in hac causa nihil ex officioso patris, sed totum de meritis filij agitur: & iudicandum est non perdere patrem sibi datum, si secundum testamentum pronuntiatum fuisset.* Gloss. ibi & omnes ferè Doctor. intelligebant uerba illa, *alij commodum uictorie parat:* significare quòd pater agebat, & cõmodum uictoriæ parari filio: & sic esset casus in quo filius patri non acquireret, etiam illo tempore ante Constantinum & Iustinianum: & ita ibi transit glo. Bar. in d. l. j. C. qui admit. & in d. l. is qui hæres. §. fina. respondebat quòd in illa. l. querela, ut actio iniuriarum dicitur filij, sed rupto testamento & deuoluta successione ab intestato, cõmodum patris est. Quam solutionem impugnat benè Deci. in d. l. j. in j. lect. ad fi. & in ij. lectu. nu. 71. prius Are. in l. filiusfa. ff. de acq. hære. quia si concedimus ibi, uerbũ, *alij*, intelligi de filio, non potest stare solutio Bar. cum l. illa de ipso commodo loquatur: & ita contra Bar. tenent Iaco. de nigr. & nouiores, in d. l. j. licet ibi Curti. ex nu. 53. inuolutè conetur sustinere interpretationem Barto. quæ non

congruit uerbis illius. l. Aliter secundò, respondebat Iaſ. in d.l.j.numero 5.ut in illa l.dicatur commodum filio parari respectu iuris adeundi ab intestato, post testamentum ruptum, quia ius adeundi non datur patri: quam interpretationem probat Soci.Nepos, in lege cum filio. ff.de lega. j. nume. 2. Quæ tamen nullo modo congruit literæ, nec menti illius legis, meritoque Deci.& nouiores hanc solutionem reijciunt, quia ibi agitur de commodo, & sic de effectu acquisitionis: non de iure adeundi, quod diuersum est: vt lege pretia rerum.ff.ad leg.falcid. licet pro & cõtra Iaſ.multa effundat: nouiss. Hubert.ibi ex nu.77. Eadem ratione probari non põt tertia solutio & interpretatio Bal. in d.lege j.oppos.xxviij.dum dicit quòd primaria acquisitio dicatur filij, quia incipit à persona eius: sed effectum postea ad patrem spectare: & ita Fulgos.non relatus, in d. l.filius: sed obstat manifestè uerbũ illud, *commodum*: quod non potest accipi nisi pro effectu: nec enim diceretur commodum si ad alium peruenire deberet, ut in lege qui sic. ff.de solutio.& ferè in terminis probat lex Papinianus.§. meminisse.ff.de inoffi.testa.ibi, *cuius emolumentum*: & ibi, *cæterum si rogatus*: maximè quòd commodum nec momento in filio residebat, in his quæ patri quærenda erant d.lege placet.ff.de acquiren. hæred. licet respondere conetur Curti.in l.j.nume.17.sequens Bal.in alio articulo. Similiter iiij. non potest probari alia interpretatio uel solutio Pau.Castren.in d. l. filius: intelligẽtis commodum filij esse, quia non compellitur adire, & poterat differre quousque esset sui iuris, ut sic non patri, sed sibi acquirat. Quod est extraneum literæ illius l.tum quia l. ibi considerat cõmodum præsens: tum quia de iure spes illæ remotæ & casus aduentitij regulariter non considerantur.l.Iulianus ff. qui & à quib. Et ita reijcitur interpretatio Paul.licèt eandem probare uideatur Curti.num.55. in d.l.j.inuoluit ibi Sebastian.Sapia ex nu.48.qui non referunt Paul.in d.l.filius: maximè quia periculosum est dicere, quòd filius non posset cogi adire, cuius contrarium dicit receptus Sapia ubi supra ex eodem Pau.in l.is qui hæres.§.fi.numero 2. versic.in princ.ff.de acq.hæred. Aliter & ut intelligebant

non

non nulli, quos refert Deci. in d.l. prima, in secunda lectu. nu. 72. ut uerba illa, *alij parare, commodum*, intelligãtur pro aduersario supra instituto, contra quem pater nomine filij egerat querela: quia textus dicit pro testamento fuisse iudicatum. Quem intellectum ut suum scribit Iac. de nigr. in d.l.j.num.45. ubi audacter dicit errasse omnes qui hoc non aduerterunt: & forsan eum uoluit referre Deci. quia potuit scribere ante secundam lecturam Decij: quæ tamẽ interpretatio à Decio reijcitur: & ita nouissimè reijcit ibi Huberti.nume.77. Verè enim non congruit literæ. Nec I. C. potuit dicere, quod pater agens querela, parabat cõmodum instituto: cum alia esset mens patris eo casu, dubiusq; litis euẽtus non patitur, vt ex initio litis dicatur parari certus effectus. Item cum ibi agatur an pater admittat relictum, non congruebant ullo modo uerba illa, *alij commodum victoriæ parat:* intelligẽdo pro aduersario, quia nõ facerent ad excusandum uel puniendum ipsum patrẽ, ut patet ad sensum. At I. C. illis uerbis sentit dari causam
22 excusandi uel puniendi patris, ut inferius. Aliter & sexto intelligebat Are. in l. filiusfa. ff. de acq. hære. quem sequitur Dec. in d.l.j. in utraq; lectura. in j. nu. 13. & in ij. nu. 72. dicit enim Aret. illam l. continere casum specialem in querela inofficiosi testamenti & commodi quod ex ea resultat: ut etiam ante ius nouum esset filii non patris: quia iniuria tãtum filii est, & eiusdem indignatio, ut tex. ibi dicit: & l. Papinianus, eo. titul. & posset comprobari ex eo quod notat glo. recepta, in l. fin. in princip. uerbo recusante, in fi. infrà tit. primo. Sed hæc interpretatio reiicitur à Curt. in d.l.i. nume. 55. & à Iacob. de nigr. ex numero 44. bonis argumentis: & ita contra Areti. concludit Huberti. ibi, d. nu. 77. & Soci. d.l. cum filio, col. i. Nec mihi placere potest, quia longè diuersum est commodum pecuniarum ab ipsa iniuria, ut Bartol. bene scripsit in d.l.i. & in l. is qui hæres, §. fin. & in l. filius primus. ff. de act. & obli. licet igitur iniuria filii sit, effectus tñ actionis, quo ad acquisitionem patris est: ut probat tex. in l. si longius. §. si filiusfa. ff. de iudic. ibi, *furtum vel iniuriam:* & ibi *nedum pater expectatur:* Displicet etiam hæc interpretatio Areti. quia non est lex

quæ declaret tunc non acquiri bona patri per filium:& regula multarum legum suadet contrarium,à quibus facilè recedendum non erat:argumentum textus in l.item apud Labeonem §.ait Prætor,ibi,*ea enim quę notabilia sunt.* ff.de iniuri. Est etiam vrgens ratio contra Areti. quia siue per querelam siue alio modo bona ad filium uenirent,semper materna erant, in quibus pater totum habebat ante ius nouum:hodie vsum fructũ:& in legitima ẽt inuita matre, vt videbimus.in Authen.excipitur, infrà tit. primo , ergo non erat minus dandum patri ante ius nouum , cum plus habeat iure antiquo,eo casu:quod ipsi non aduertunt,nec alij nouiores. Item illa interpretatio Areti. offendit hanc l. & l. seq.quæ indistinctè æquiparant omnes modo & casus,quibus qualibet uia ad filium venirẽt bona materna: per querelam autem rescisso testamento manebat successio ab intestato:& consequenter patri erant acquiréda bona secundũ leges superius adductas. Non tñ omitto quod illa interpretatio Are.fuit Cyni in d.l.j.col.ij. nu.7.in vlt. oppos.& Alb.ibi,col.iij.vers.Ego teneo:quos nec Are.nec Dec.nec repetent in d.l.j.referunt:meminit autem Cynus Soci.d.loco,& ita contra Cyn.Alber.Areti. Decium, resoluo. Septimo aliter nouissimè interpretatur Bellon.lib. iiij.supputa.c.iiij.non citans Soci.qui idem prius scripsit: concordat cum cæteris. vt in d.l.verba illa , *alij commodum parat.*intelligantur de filio: Dicit tamen non esse negandũ effectum acquisitionis patri:sed ibi appellari commodum filij respectu honoris & existimationis:quia exhæredatio erat nota,quam diluit querela:adducitq; aliqua ad colorandam suam interpretationem,quæ sustineri non potest, si literam illius l.respicias . Nihil enim magis alienum est à mente I.C.in illis verbis,*commodum parat:*quàm hęc cura honoris & existimationis:.otaq; quæstio erat de bonis: in totum quo ad hæreditatem in filio:vel particulariter quo ad legatum patri relictum:& repugnat significatio cõmodi,secundum ea quæ adduxi suprà in princ.huius l.facilius enim honor pro commodo accipitur quàm commodũ pro
23 honore. Aliter & variè octauo interpretatur doctissimus Marian. Socin. in d.l. cum filio , numero 2.vbi triplicitur

inquit

inquit posse intelligi. Primoq; explicat commodum filio parari eo modo, vt postea scripsit Bellon. & ita reijcienda est sua prima interpretatio, vt proximè ostendimus. nec opus est repetere. Explicat & aliter cum Ias. in d. l. j. quæ interpretatio in effectu est Bar. & utranque superius reiecimus, quia verè non congruunt verbis illius. l. Aliter etiã interpretatur, vt l. illa intelligatur scripta ex intentione noui iuris: quod planè reijciendum est, vt diuinatorium: & contra literam illius l. quæ tota est Triphonij, vel Pauli secundum alios libros: nec lex antiqua potuit diuinare po
24 steriorem, vt in l. iubemus C. de testam. Tandem. ix. aliter intelligit Soci. d. loco ibi, vel etiam fortè, vt textus d. l. filius, magis probet communem sententiã, & nouè declarat contra gl. & omnes, vt illa verba *alij commodum parat:* non intelligantur de filio sed potius de patre: quod breuissimè comprobat ex litera illius l. Eãdemq; interpretationem latius probat Hubertin. in d. l. j. nu. 78. ipse tamen nõ refert Soci. nec Socinus eum; nescio quis eorum prius scripserit. Ego autem cum anno. 1543. articulum hunc tractarem, mirabar gl. & tot Doct. eximios, semper existimasse, quod in illa l. verbum, *alij.* referebatur ad filium, quasi ei commodum acquisitionis pararetur, existente patre: repugnant enim omnia iura, nec verba dictæ l. vrgent vt commodum ad filium referatur. Aduertebamque verbum illud, *alij*, de filio non posse intelligi: quod postea vidi à Socino & Huberto scriptũ. Patet hæc uera interpretatio, quia glo. & Docto. intelligebant illa uerba, cum pater agebat pro filio, & ideò exponebant, *alij parat:* scilicet ipsi filio, vnde resultabat difficultas. Sed litera in eo uers. manifestè loquitur quãdo filius agit petito principio l. quod magis ostenditur ex uerbis proximis ibi, *an quod patri datum est, publicaretur?* si enim textus in eo uers. loqueretur de casu. in quo pater ageret querela, non congruebat dicere, *an quod patri datum:* sed diceret, quod ei datum. Similiter ex hoc patet, uerbum *obtinuisset* ibi præcedens, debere necessario referri ad filium agentem non ad patrem: est enim continua clausula.

Nec obstat quod l. illa etiam tractat de patre agente

nomine filij, in uersicu. *nec prohiberi:* id enim fuit, obiter dictum: principiũ verò & principalis pars loquitur de filio agente. Et semper attendi debet quod principalius est, secundum vulgaria iura. Quod etiam nouè comprobo, ex l. qui in aliena, in princ. ff. de acquiren. hæred. vbi primo ponitur unum dictum in hæreditate: deinde ponitur aliud diuersum, in bonorum possessione: postremo ponitur aliud in hęreditate delata ex senatusconsulto Orficiano: & dicit textus *idem erit probandum*: & ex uerbis posset fieri relatio ad magis proximum, scilicet ad bonorum possessioné: tamen uere non fit relatio nisi ad primum casum hæreditatis, secundum gloss. & omnes ibi. nec aliud posset teneri ex iuris regulis. Sic dicta l. filius, prius loquitur de filio agente, deinde in uersic. *nec prohiberi:* obiter dicit patrem agere posse nomine filij. tertio in uersi. *& quęrebatur*: redit ad primum casum de filio agente. ideoque subdit, *an quod* patri datum esset, & sic apertè resultant, quòd ibi uerbum, alij, non potest intelligi de filio, cùm textus loquatur de filio agente, aliquod commodum victoriæ parante. Probatur ergo ex uerbis illius l. commodum uictoriæ ibi filio non parari contra id quod glos. & Docto. putabant: & consequenter cessat difficultas, qua Docto. tam anxiè torquebantur: ob quam tot interpretationes excogitarunt: & plures, difficultati succumbentes, à communi ueraque sententia recesserunt, ut constat ex sup. deductis. Licèt autem necessariò ex litera illius l. v. verè colligatur, ibi uerbum, alij, non intelligi de filio, non ita necessario intelligitur de patre: aptè tamen de eo intelligi potest, ut Socynus & Hubertus intelligunt. Sed ad tollendam difficultatem, satis est ostendere quod commodum ibi, & verbum, alij, non referuntur ad filium. Pro maiori autem elucidatione illius textus, est aduertendum, quòd illa uerba *quoniam alij cõmoduum uictoriæ parat:* scripta sunt in uim rationis: sed adhuc nemo explicauit an sit ratio dubitandi uel decidendi: seu ratio excusandi patris. Ad unum enim uel alterum effectum ibi ponuntur ea uerba: & sine hoc non potest perfectè intelligi litera illius l. Ego aduertò quòd secundum interpretatio-

nem

nem glo. & omnium qui intelligebant ibi patrem agere, & alij commodum parari : non poterant stare uerba illa : *quoniam alij*:in uim rationis dubitandi contra patrem : vt Doctor.non sat maturè sentiebant. Si enim pater alij parabat commodum, non sibi : id iuuaret patrem ne legatum amitteret, iuxta tex.in l.tutorem.ff.de ijs qui.ut indig.ibi *cùm non suæ personæ iure, sed pupilli accusauerit, propriam pœnam mereri non debet.* Et ex tex.in l.aduersus. xxx. §.j.ff.de inoffic.testa.quod etiam urget, ut reijciatur communis intelligendi modus ad uerba illius. l. vtq; constet, in eo uersic.non patrem, sed filium agere querela. Melius stant illa uerba pro ratione dubitãdi(supposita uera interpretatione, ꝙ in eo uersi.filius agebat)& tũc quærebatur an patri auferatur relictum: quoniam filios agens non sibi, sed alij.s.patri parabat commodum:& sic erat ratio dubitandi, qua uideretur legatum patri auferendum, quia cessabat excusandi ratio.d.l.tutorem. Et uere rectius staret litera si pro alij legeretur, illi:vt pungebant aliqui, secundum quòd refert Alcia.d. c.iii.in fine. Cùm autem ibi sit quæstio an pater legatum amittat, nullo modo illa verba possunt intelligi in vim rationis decidendi:quia decisio est, ne patri relictum auferatur:cui non congruit talis ratio, maximè cũ decisio inferius ponatur à Iureconsult.unde cùm adhuc non esset scripta, non potuit ratio pręcedere. Aduerto etiã ꝙ primæ decisioni illius l. sentit.I. C.rationẽ dubitandi fuisse, quia filius erat in potestate patris, & pater acceperat relictũ in testamento, unde videbatur filium non posse agere querela, ac si filius sibi relictũ accipiens, approbasset testamentũ : iuxta regulã l.post legatũ, in princip.ff.de ijs q̀ ut indig.l.nihil interest.xii.ff.de inofficio.testamen.l.si proponas.xxiii.§.j.ff. eodem. Quo non obstante decidit I.C.filium agere posse querela, licet pater legatum accepisset. Sicut igitur factum patris accipientis relictum, adducitur pro ratione dubitandi contra filium, in j.par. illius l. ita factum filij agentis querela præstabat causam dubitandi contra partẽ in ii. parte tex. quod uidetur ex mente I.C.licet nullibi ita explicetur.
27 Ex qua uera interpretatione iudicio meo nouè colligi

potest,

poteſt, ibi eſſe tex. in prima parte, pro communi ſentẽtia quam defendimus, quòd ante ius nouum bona materna per filium omnino patri acquirebantur: nam quia I.C.d. præſupponebat, ideò dubitabatur an filius in poteſtate agere poſſet, contra teſtamentum ex quo pater relictum acceperat. nec uideatur curãdum de perſona filij. Sic enim in multis habetur in iure non attendi perſonã mediã, per quã res alij acquiritur, ſed eam tãtùm cui vltimò acquiritur: ut in l. cùm ei. ff. de lega. ii. l. cogi. §. ii. qui ſolidum. ff. ad Trebell. l. cùm pater. §. donationis. ff. de lega. ii. unde quia pater legatum acceperat, quo iudicium teſtãtis agnouerat, & patri erant acquirẽda bona rupto teſtamẽto: videbatur impediẽdus filius, ne querela ageret aduerſus teſtamẽtum à patre approbatũ ex acceptione relicti: quod cõprobari poſſet ex uerbis tex. in l. ſi poſt mortẽ decimo, §. liberi. ff. de bonorum poſſeſſione contra tabul. ibi *quid enim bonum eſt eis fauere, ut partem faciãt nihil habituri?* Tacitè ergo in ratione dubitandi ſignificat Iureconſul. in prima parte illius. l. bona illa materna acquiri patri: alias enim non eſſet dubitandi ratio I.C. digna, quod dici non debet, iuxta l. quòd Labeo. ff. de Carbo. edict. quia ſi bona acquirẽda patri non fuiſſent, nullo colore dubitari poſſet, an patris factum accipiẽtis relictum, impediret filium in querela: cuius effectus ad patrem non ſpectaret. Quod ſuadetur ex regula d. l. qui poteſt inuitis. ff. de regulis iuris. Et quia audiri non debet perſona cuius non intereſt, ut in l. ille à quo. §. primo. ubi Barto. & latè Alex. ff. ad Trebellia. & ita pro communi ſententia damus ibi textum, quo in præſentem diem omnium Doctor. ingenia mirè torquebantur.

28 Ex communi tamen ſentẽtia quæ concludit, etiã in caſu illius l. acquiſitionem bonorum patri cedere: infertur neceſſario (quod ſcribentes non aduertunt) ibi eſſe aliquid ſpeciale in querela inofficioſi teſtamenti: ut ſcilicet pater agens nomine filij, uel permittens filium agere, non amittat ſibi relictum: & ita elegãter limitatur textus in l. poſt legatum, §. ſi pater, & §. ſi filiusfam. ibi *ſi inuito patre.* ff. de iis quibus, ut indig. quibus habetur patri auferri relictũ,

ſi eo

si eo permittēte filius accuset testamētum. Inde etiam secundum Pau. notabiliter limitatur §.meminisse, l.Papinianus,ff.de inofficio.testam.ubi filius agens querela cōtra testamentum,si non obtineat,amittit relictum sibi in eodem testamento:ut sic mitius agatur cum patre agente pro filio, uel permittēte filium agere,quàm ageretur cum ipso filio:quod notatu dignū est.Necessariò etiam sequitur uerum dixisse Barto.in dicta l.prima C.qui admi. & l.is qui hæres.§.fin. ut pater non amittat relictum eò casu ob querelam filij,licet commodum acquisitionis ad patrem spectaret: & idem sentiunt communiter scribentes,quod non percepit Deci. cōtrarium incautè dicens, in d. l.j.in j.lectu.num.13.& in ii.lectur.numero 72.ubi Curtius inuoluit,numero 53.in fin.& numero 54.cum seq.& Hubert.n.76.ad fi. Cùm autem specialitas necessario colligatur ex dictis iuribus, & communi sententia,ratio forsan eius specialitatis fuit, quia in casu.l.filius,concurrebat, legatum fuisse relictum ab uxore viro: cui aliquid plus debetur, ob transactum matrimonium.l. unum ex familia.§.fina.ff.de legat.secundo & infra dicemus circa. l.iii.infr.eod.Concurrebat etiam quòd filius agebat uel pater eum agere permittebat ad vitandam notam exhæredationis. Atque ad obtinenda bona matris,quæ naturaliter filio debebātur l.nam & si parentibus.ff.de inoffi. testam.l.scripto.§.fi.unde liber. ideò alias datur minori. restitutio in querela inofficiosi testa.l.j.C.de in inte.rest. nō in alia accusatione.l. auxilium.ff.de min.Vnde magis excusandus erat pater, magisque ei fauendum hoc casu, ut ita limitetur regula illorum iurium.Ex regula autem dicti §.si pater & §.si filius l.post legatum,& dicto §.meminisse.l.Papinianus, magna ratio dubitandi resultabat ad decisionē d.l.filius, quatenus patri relictum cōseruat.

29 Hæc sunt quę ad l.illā afferre potuimus.Cōtra cōem,citabat Alc.d.loco,l.pen.ff. ad senatuscons.Tertulli,quam dicit ab alio nō adduci, eamq; sufficere ad confutandam communē sententiam : Verba legis sunt hæc. *Sacratissimi principis nostro oratione cauetur, vt matris intestatæ hæreditas ad liberos,tametsi in aliena potestate sint, pertineat.*

Quæ

Quæ verba Alc. variè ponderat: sed ei satisfacit Socin. in d. l. cum filio: & melius Huberti. in d. l. j. C. qui admit. nu. 79. ex quibus præcipua responsio colligitur, ut l. illa intelligatur de iure succedendi, non de effectu acquisitionis: nec enim ibi agitur cui ueniat acquirenda hæreditas post successionẽ filij. Quod colligitur ex l. qui in aliena, in fin. principij. ff. de acquir. hæredita. & l. filiusfa. xcj. ff. eodem. Quod vltra eos videmus alibi, vt res dicatur ad aliquẽ pertinere, quæ tamẽ posteà est alij restituenda, vt in fructibus, quos lex dicit indistinctè pertinere ad bonefidei possessorẽ l. bonefidei. ff. de acquir. rer. domi. & tamẽ aliquando tenetur restituere vel soluere quatenus fit locupletior: ex gl. l. qui scit. ff. de vsur. Bart. in l. si eius, ff. de rei vendic. ꝙ alibi plenè tradimus. Sic in l. codicillis §. matre, ff. de leg. ii. hæreditas sororis intestatæ dicitur peruenire ad fratrẽ qui filiũ sororis occiderat, & tñ id nõ potest intelligi cũ affectu, qa fiscus aufert, secundũ Bart. & Imo. per l. Lucius, ff. de iure fisc. Hæc interpretatio ad illam l. magis cõprobatur ex verbis eiusdem l. ibi, *tametsi in aliena potestate*, ostendit enim tex. eam successionẽ filio iuris planè cõpetere: magisq́ue potuisse dubitari an ei negetur si sub potestate alterius fuisset, idq́; tantũ ibi tollit admittendo filiũ: non autẽ vt tollat acquisitionẽ patri, sicut nec eam tollit Iustinianus in princip. Institut. ad Orfician. Sic ècõuerso, mater existens sub potestate alterius admittebatur ex Senatusconsulto, ad hęreditatẽ filij l. vi. eo. ti. ff. ad Tertul. Quæ dubitationes ibi tollũtur, quia eo tempore non erat omnino expedita successio adinuicem matris & liberorum, vt patet ex illis iuribus. Et secundum hanc solutionem cessat obiecto quam Alcia. insolubilem putabat contra communem. Nec difficultati satisfaciebat Sebastia. Sapia. dicta l. j. nume. 53. in fin. C. qui admit. vbi nescio quid comminiscitur. Aliter nouissimè respondebat & intelligebat Bellon. lib. iiii. supputa c. v. qui con-
30 stanter hanc receptam opinionem defendit. Non obstat aliud argumentum Alci. ex dicta l. prima. C. qui admit. in verbo, etiam: quod Richardus ponderabat, vt ibi refert Bald. xxviii. opposi. colligitq́ue ex Cyn. Alber. & Barto.

ibi. Quod verbum innuere videtur, vt non soli patri commodum acquireretur, & sic quòd pars filij esset: sed Bal. & communiter Docto. respondent, vt uerbum, etiam implicet facta, non personas: sitque sensus l. vt non solum filius patre ignorante posset agnoscere bonorum possessioné, sed etiam ita agnita commodum patri afferret: & potest sufficere hæc communis solutio, vt per Alex. ibi in quarto notabi. & Curt. numero. 17. licet aliter & ingeniosè explicet Bellon. quem vide libro tertio, supputa. cap. primo. Nec valet quicquam argumentatio Politi à verbo emolumentum vel commodum, quod ipse dicit significare vsumfructum, non plenum dominium: quia supra ostendi contrarium ex text. in l. Papinianus §. meminisse. ff. de inofficio. testam. & alijs iuribus. Probat etiam tex. in l. si
31 putas. C. de petitione hæreditatis. Minus obstat argu. Alc. dicta l. cùm oportet, infra titulo seq. inducendo illa verba: *in veteris iuris obseruatione:* iunctis verbis sequentibus, *quemadmodum in maternis:* Videtur enim ibi significare Iustinia. ꝙ iure antiquo bona materna nõ omnino patri acquirebantur, sed tantum vsusfructus: & consequenter quòd Constantinus hic non induxerit nouum ius. Et licet possemus reseruare respōsionem ad tractatũ illius l. vbi latè alia scribimus: oportunum fuit hoc loco respondere statim, ne scindantur hic articulus proprius huius l. qui continenter tractatus, melius intelligetur. Ad argumen. Alci. uidetur quòd gl. in dicta l. cùm oportet, verbo, in veteris, illud senserit: respõdet. n. exponẽdo ibi ius antiquum dici pro eo quod erat ante Iusti. non pro eo ꝙ erat iure pandecta. & ita Hube. in d. l. j. n. 80. in fi. melius Bellon. d. l. iiii. c. v. ad fin. Post iura autẽ digesto. aliqui Imperatores statuerunt ea quæ Iustinia. ibi refert, vt patet ex hac l. & l. prima. C. illo titulo. Sed hæc solutio mihi non placet, possetque Alc. merito replicare contra talẽ interpretationem: quia improprium videtur intelligere ius vetus, pro decisione huius l. & l. primæ. l. infra titulo primo, quas sæpissimè scribentes appellant nouum ius, vt supra deduximus: & manifestè repugnãt verba illa, *veteris iuris*, quę magis ꝓpriè ad antiquius ius, quã huius l. referri debent.

debent. Vnde aliter explico, vt in d.l.cum oportet, ita tenent Bart.Bald.& Salic.quorum opinionem sequitur Ias. & post eum Alex.de Imol.& volēs Iustini. statuere, quod generaliter statuit in aduentitijs: Vt non omnino patri acquirantur, incipit à rebus incertis, quæ iure ueteri obseruabātur, in quibus filius nō acquirebat patri: deinde refert casus certos decisos à præcedentibus Imperato. vt erat casus huius l.& d.l.j.infr.ti.j.& ita sit sensus, q̃ sicut iure antiquo aliqui erant casus, in q̃bus filius patri nō acquirebat. Et postea aliqui Imperatores alios casus deciderunt, in q̃bus dominium patri non quęreretur, ita Iustinianus ibi iustū putauit, idē generaliter statuere in omnibus aduertentijs, & uerbū, *quemadmodum*, ibi nō refertur, ad præcedentia (iuris ueteris): ut gl. Alcia. alijq́; accipiebant, sed potius refertur ad sequentia, quod necessario euincitur ex illa l. quia in vllo uersi. *quemadmodum*: simul ponit casum huius l.de bonis maternis, & casum lucri dotalis uel nuptialis: sicut igitur secundus ille casus, secundum omnes, fuit nouè decisus ab imperatorib. & cōtrariū erat iure antiquo: ita dicendū est in casu nostro, q̃ ibi ponitur sub eadē determinatione, iuxta regulā l.iam hoc iure. ff. de uulgar. l. fi. C. de sententijs & inter locutio. Et hoc modo ex dicta l.cùm oportet, cōprobatur cōis opinio, ut hæc l. nouū ius induxerit in bonis maternis. Hinc patet rectè Doctor cōiter intelligere tex.in §.j.Instit.per quas personas.nob.acquiritur.ut ibi verbum *olim* intelligatur pro iure digestorum, quod Iustinia. nouè emendat, statuens vt dominiū aduentitiorum filio acquiratur: ut merito reijciatur uiolenta interpretatio Politi, contra communem dicto tracta.de vulga.numero 43.
32 Sed posset lector instare, quid significet Iustinia.in d.l.cum oportet, dum refert ius antiquum, secundum interpretationem nostram: videtur enim, cùm de iure antiquo filius omnia patri acquireret, non posse uerificari illam obseruationem rerum, quæ iure ueteri non quærerentur patri. Sed huic obiectioni seu inuestigationi satisfacio dupliciter. Primò, quia etiam iure antiquo castrensia, & quasi castrensia patri non quærebantur lege secunda. ff. ad Macedoni.
cum

cum multis alijs.secundò & melius respondeo,quòd apud Ireconsultos diligens lector inueniet in aliquibus rebus concessam acquisitionem filio, non obstante patria potestate: vt in exercitio querelæ d.l.filius,& d.l.Papiniauus, ff.de inofficio.testamen.vt etiam in l.tertia,§ si quid minori,ff.de mino.facit quod notat Soci. in l.filio,ff.de condit. & demon.facit ad idem casus l.cùm hæres,ff.de acquiren. hæred. ibi,*quasi pater familias*: & casus l. Imperator,ff.ad Treb.vt etiam de iure digest.aduertit Bart.in l.placet,vlt. oppos. ff.de acqui.hęre.Manet itaque defensata communis sententia,contra Richard.Polit. & Alci.vt lex hæc nouum ius induxerit: nec immeritò,quia Constanti.in aliis etiam nouas constitutiones edidit: vt in l.fin.C.famil.ercisc.l.his solis.C.de reuoc.dona.& in l.cum vir.C.ad leg. Iuli.de adult.& in l.j.C.de natur.liber. obseruat Alcia.libro quarto parerg.capitulo quinto,col.ij.Facit pro communi,nam in hac materia Iustinian.refert l. Constantinianam.vt in d.l.cum oportet,§.cùm autem: & sic innuit, quod Constantin.nouè aliqua induxerit,quæ ob id appellantur Constantiniana: iuuatur hoc,quia successiuè ex hac l.vsque ad l.cum oportet,& sequentes,semper aliquid pro filijs statuitur, minuendo antiquam acquisitionem,quæ in totum patri dabatur, sicq; videtur nouum ius his legibus induci. Cauendum tamen est ab errore imperitorum,qui indistinctè putant responsa Iureconsultor.esse antiquiora legibus Imperator. & consequenter dicunt ius digestor. esse antiquius iure.C.quod verum non est:quia plures Iureconsulti,quorum responsa habemus in pandectis,vixerunt sub Imperatoribus, quorum sunt constitutiones in hoc libro. C. vt patet ex l. quarta, C. de contrahen. stipula. patet ex l. prima. C. de lega. iuncta l. Caio, §. Imperator. ff. de alimen.lega. & ex l. Antoninus.ff.de fideicommis. libert.quod colligi potest ex innumeris alijs iuribus, tradit Alcia. libro sexto Parerg.capit.xiiii. & ante eum admonuit Fulgos.in l.fructus, col.iii.nu.8.de rei vendicat. patet etiam ex tit.ff.de constitut.princ.Ex quo cum iudicio legendus cum Bart. in l.finali.in fin.ff.de reg.Caton.Ex his datur lumen & fundamentum legibus præsen-

tis tituli,& sequentis. Quibus sic expeditis,ampliatur decisio hæc Constantini, & illa Iustiniani in dicta l. cum oportet,vt cum hæc acquisitio patris fiat ex patria potestate,necessario procedat etiam si filius longè à patre degat: distantia enim locorum non tollit ius patriæ potestatis.l. Pomponius xl.ff.de procurato.in princ.& l.cum filius ff. si cert.petat.l. si longius §. si filius ff. de iudicijs.quod aliàs inuoluit Hispa.Segura,in repetitio.l.unum ex familia.§. sed si fundum,col.vij.probatur hoc etiam ex l.si pater.C. de institu.& ex l.fin.ff.de cond.instit.vbi distantia & absentia nõ tollit effectus potestatis,etiam contra patrem.Ampliatur secũdò in patre arrogatore secundum Albericum in dicta l.cum oportet,per textus in princ.Institu. de acq. per arroga.facit l.si arrogator ff.de adoptio.l.sed si plures §.in arrogato.ff.de vulga.intelligendo per textum.in l.nõ enim,cum l.sequen.ff.de adop.& ita ampliat Bar.in l.cum filio numero 10. ff. de legatis primo. Ampliatur tertio etiam si filius senex sit,durat enim semper ius patriæ potestatis,secundum gl.receptam in l.fi.§.pupillus.ff. de verbo.oblig.quam ibi extollunt Angel.& Imol. & Baueri.in princ.Institu.quibus non est permiss.facere testamentum. num.19.Ex qua glo. confirmabis quod inquit Bal. in l.fi. §.filijs autem,infra titulum primum ampliando,& textũ ibi sequũtur Pau.& Corn.ibi. Ampliatur quarto,hæc acquisitio secundum ius commune,etiam si filius uel filia sit coniugatus uel cõiugata,durat enim patria potestas & effectus acquirendi patri,vt in l.j. & ij. infra titulo sequen. & l.si uxor.C.de conditio.insert.latè Boer.decisio. cxlvij. & probatur ex innumeris iuribus ut tradit Tiraq. de iure mari.in prin.quod vt memorabile commendat Ioã. Crot. in l.frater à fratre,quæstio.xvj.nu.53.Hodie autem in Lusitania & Hispania aliud est dicendum ex legibus Regijs eximẽtibus liberos à potestate patris per matrimonium,
35 de quo plenissimè agemus in tit.seq.Ex hoc autem infertur, quòd cum patria potestas de iure durabat etiam post nuptias liberorum:si pater donaret filiæ coniugatæ, non ualeret donatio indistinctè,siue filia esset in domo patris, siue in domo uiri seorsum à patre: militat enim uinculum

patriæ

patriæ potestatis, quę donationem irritat, iuxta l. secundā in C. de inoffi. donatio. & consequenter patet contrarium sine iudicio scriptum à Corset. in notabil. verbo, donatio, qui malè ad id citat Bald. in c. iurauit, de probatio. ubi nu me. 12. aliud diuersum dicit, quod non tangit effectum acquisitionis, nec respicit hunc articulum: & contra se citat Corset. inaduertenter textus in l. nec inter iiij. C. de donatio. int. vir. & uxor. Quinto ampliatur, etiam si pater ex crimine relegetur, quia adhuc durat patria potestas, quæ ex deportatione cessaret. §. cum autem, Institutionū quibus modis ius patriæ potestat. soluit. primò & l. relegati. ff. de interdictis & relegatis facit l. quidam ff. de pœnis. Sexto ampliatur ut eadem patria potestas & eius effectus procedat inter libertos: his enim non negatur hoc ius ciuium Romanorum l. libertos. C. de patr. potesta. Septimo ampliatur etiam in patre qui ignorabat se habere filium, uel illum mortuū putabat. l. uxorem. ff. de manumis. testa. ibi, *in potestate ignorantis*, effectus enim & acquisitio legis, absentibus & ignorantibus non negatur, ut colligitur ex l. ij. & ibi Docto. C. de pactis. consuluerunt Ang. & Anch.
36 quos citat Aymon. in rubri. ff. de legatis primo num. 77. Sic lucrum à lege delatum, transmittitur sine agnitione: ut contra Ang. resoluit Alex. in l. si uir. ff. ad leg. falci. notat Bal. in l. hac edictali. C. de secun. nup. Socin. cons. cxvj. nume. 19. libro primo latè & utiliter Ias. in l. si arrogator. nume. 1. ff. eodem titulo ad leg. falc. ex quorum dictis hoc uidetur receptum in omni lucro uel commodo delato à lege, extra nomen hæreditatis: & ita Chas. in consuetu. Burg. in rubr. iiij. §. xiiij. ad fi. folio mihi 179. col. iiij. & in specie ad casum authenticæ bona damnatorum, tradit Ias. d. loco, referens plures: ut reseruatio quam textus ibi tribuit descendentibus & ascendentibus in bonis damnatorum, transmittatur sine agnitione: quod plenè tradit doctus Hispa. Xuarez, in l. quoniā in prioribus, fol. mihi. 77. C. de inoff. test. & in praxi iudicauit in casu pulchro, Cōsilium Neapol. ut tradit Matthæ. de Affl. decis. cccxiiij. Sed in hoc cauendum est ab Hispan. Segura, in l. unum ex familia §. sed si fundum, ff. ad leg. falcid. folio mihi 56. colu.

tertia, qui hæc applicabat legi & consuetudini huius Regni, qua inter coniuges omnia bona communicantur: & ipse inaduertenter id appellat lucrum, & cum eo Hispa. Castell.l.xiiii. Tauri columna tertia, & tunc inferunt ex proximè dictis, quod transmittatur, licet acceptatum non
37 fuerit. Sed debuerunt aduertere talē legem uel consuetudinē non agere de lucro, sed de cōmunicatione mutua: arg.l.de fideicommiss.C.de transac. colligitur ex Paul.in l.si pater puellæ ad fi.C.de inoffi.testam. ex Hispa.Io.Lupo de Palac.rub.in repet.Rubr.de dona.inter vir. & vxo. §.l.col.fi.& §.lxvii.nume. 17.uers.ex quo: & vers. sed ne vera: colligitur ex Rip.in l.fœminæ, numero 43.C.de secund.nupt.ex Bertrand.in l.hac edictali, num.31.C.eod. Imo non solum ubi omnia communia fiunt, sed ubi ex lege, vel consuetudine communicantur quæsita constante matrimonio, ibi nō potest dici ꝙ agitur de lucro, nec applicantur authoritates loquentes de lucro nuptiali: quod non dicitur ubi æqualiter utrique coniugi consulitur. ut melius expendit Hisp.à Couas Ruu. dignissimus nunc Archiepiscopus, in Epiro.sponsal.secunda par.c.vii.§.j.nu.
38 8.ad fi. Nō omitto quòd ad supradictam doctrinam citāt Doct.textus in Authen.hæres. C.de secund.nupt. ubi Alex.ad Bal.& tradit Ias.in d.l.si arrogator, num.15.& alij alibi: sed licet doctrina sit uera, non tamē probatur ex illo textu: ibi enim tantum disponitur ut liberi, quibus lex certum lucrum defert ex bonis parentis, possint illud accipere: etiam si hæres parentis esse nolint: quia non defertur iure hæreditario, nec offenditur regula l.primæ, ff.de acqui.hæred. vt melius aduertit Bal.in l.generaliter.§.in his.C.de secund.nupt. nō verò tex.ibi de lucro nō agnito transmittendo, vt Ias.& alij minus benè citant, si autē filius ab hæreditate excludatur ob ingratitudinē: excludetur ét ab eo lucro.l.hac edictali, uersi.nisi ex his, & l.fi.C.
39 de secun.nup. Octauo ampliatur hæc acquisitio in maternis & alijs aduentitijs ex verbis huius l.ibi, *in diē vitę*, vt vsusfructus patri acquisitus viuo filio, duret post mortē filij: attēditur enim vita patris secūdū verba huius.l.ꝙ probatur melius ex textu in l.fi.vers. *sin vero*: sup.ad senatusconsf.

tusconf. Tertul. & ibi extollũt Bart. Bal. Paul. & reliqui & Palac. ruu. in repe. rubr. §. xlii. ad fi. & idem notant gloss. Cyn. Bart. in l. iii. suprà de vsufr. glos. recepta contra Palac. in l. ij. infrà eo. probatur etiam in l. sancimus, ad fi. sup. titulo primo, & est omnium communis sententia. Ex qua verissima sententia deciditur casus, de quo agit Chassa. in consuetud. Burg. rub. vj. §. v. fol. 219. col. ij. cum sequen. Infertur etiam vtiliter ad multa, quæ non solent aduerti, & sunt magni momenti, maximè vbi ius commune non est correctum, vt copiosè & vtiliter tradit Hispa. Anton. Gomet. omnibus videndus l. vj. Tauri. nu. 11. & num. 12. Nam si fingas filium defunctum, qui habebat bona aduentitia, superstite patre & matre, tunc licèt mater in successione æquetur patri, non tamen minuetur vsufructus patris: quod vtilissimum est in regnis & prouincijs, in quibus bona non communicantur inter coniuges. Imò etiam vtile est in nostra Lusitania, quando ex forma contractus dotalis, receditur à consuetudine Regni, & manent sub dispositione iuris cõis, quod rarò contingit: facit d. l. fi. & d. l. sancimus, iuncta regula l. commodissimè, ff. de liber. & posthu. l. si cum dotem, ff. sol. mat. Sed vbi filius decederet cum filio & patre, licèt de iure pater adhuc deberet habere vsumfructum, per dicta iura: tamen hodie apud Hispanos & Lusitanos, contrariũ est dicendum, quia agimus de filio coniugato, qui per matrimoniũ exit à potestate, secundum legem Regiam Tauri. xlvii. & secundum legem Lusitanię, vt dicemus in tit. sequen. Vndè cessat patria potestas & vsufructus, quia leges regni statim iubẽt omnia bona filijs coniugatis tradi, vt l. xlviii. Tauri: atque apud nos libr. iiii. tit. lxxviii. dicemus latius in l. cum oportet. §. cum autem, infrà tit. j. Nec in hoc pacta, vel cõuentiones possunt mutare leges regias, quò ad ius publicum patriæ potestatis: nec coniuges auferre ius filijs à lege delatum: argum. l. si arrogator, ibi, *principali prouidentia*: ff. de adoptio. facit regula, quod l. dat non aufert: textus & Bal. in authen. homo locum. C. de secund. nupt. facit l. iura sanguinis, ff. de reg. iur.
40 Hãc conclusionem limitat Paul. in d. l. fi. sup. ad Tertul. vt non procedat quando filius defuncti

succedens non esset sub potestate Aui,sed alterius:ut si de cedat filia habens aduentitia, in quibus pater habebat usumfructum:tunc enim filius illius filiæ, excludet Auum ab usufructu:quod sequitur Cornelius ibi, citant l. tertiã §.fin.secundum unam lectu.infra titulo primo, quæ non probat.Sed hæc limitatio mihi non uidetur tuta,quia refragatur dic.l.fin.supra ad Tertullianum & dicta l.sancimus,supra tit.j.semper enim militant uerba illarum legũ & earum ratio, ut patri uiuo non auferatur usufructus ¶ semel ei quæsitus,militant etiam uerba huius.l. indistinctè dicentis,ut in diem uitæ patris usufructus ei maneat: stat ét ratio iuris,ut effectus acquisitionis consumatæ nõ cesset,licet res ueniat ad casum à quo incipere nõ posset: Bar.in l.plurib.§. & si placeat.ad fi.ff.de uerb.obli. melius in l.Titia.§.Imperator,nu.10.vers.*in contrarium*.ff.de leg. ij.tex.in l.fi.ff.unde libe.latè Tiraq.in suo tract. de causa: pro hoc stat etiam regula text. in l.iij. supra de usufruct.
41 Hanc cõclusionem eleganter limitat Pau.in l.fi.ad fi. per illũ tex.sup.de usufr.ut non procedat qñ usufructus consistebat in persona filij,licet pater haberet commoditatẽ: tunc enim mortuo filio cessat illa cõmoditas patris: quod prius scripsit utiliter Bal.in l.cum oportet,ad fi.princ.infr. tit.j.uers.& si diceres: quod est notandũ ad casus in quibus pater non habet usum fructum quamuis habeat commoditatem:dicemus in Authen.idem est,infrà tit.j.facit l.necessario.§ fi.ff.de peric.& commo.rei uéd.& Bal. sequitur Hispa.Fernan. Arias.l.xlvj.nu.5.ad fi.Anto.l.xlviij.nu.4.
42 in fine. Nono ampliatur, & infertur ex præcedente ampliatione, ut quamuis filius efficiatur sui iuris ob aliquã qualitatem,non cesset usufructus quem pater habebat in maternis & aduẽtitiis:ut si filius efficiatur Episcopus. Authen.sed episcopalis.C.de episcop.audien. uel Patricius. §.filiusfam.Insti.quib.mod.ius patr.potest.sol.quod ultimum hodie nullibi est in usu : ita inferendo neminem citans,dicit Hispan.Anton.Gomet.l.xlviij.Tauri, nume.6. ad fi.Hoc uoluisse uidetur Palaci.in repeti.Rubr.§.xlij.ex num.13.cum sequen. licet non omnino explicet:id autem exprimit Pala.in filio facto Clerico.Et latè Hispan. Soares,

res,in q.maioratus,folio ulti.Faciunt quæ tradit Deci.in capitu.in præsentia,ex nume.62. de probatio. facit ratio superius adducta ad l. fin.suprà ad Tertul. nec tunc militat dispositio.l.cum oportet autē, infra titulo primo, ubi
43 de hoc latius agetur. Decimò ex eadē conclusione & uerbis huius l.ampliatur hęc acquisitio:licet filiusfa.effectus Clericus,testetur,(ut potest secundum cōmunem sententiam)& cum testamento decedat:non tamē potest aliquo modo disponere de usufructu, quem pater habebat ante clericatum filij,ut colligitur ex Docto. in l. sacrosanctæ, sup.de Episcop. & cler. & probatur ex litera illius l.ibi,*in eodem gradu clericatus viuētes:*& hoc uti receptius & uerius tradit Hispa.Ant.Gome.d.l.xlviii.nu.7 ubi plures refert, & hoc uoluit Hispan.Soares.d.q.de maioratu,fol.ulti. & ita resoluit Deci.ab eis non relatus in d.ca.in præsentia, nume. 64. de probat. & ex Fabro & aliis resoluit Couas Ruu.in cap.quia nos,nume.2.de testamen. Vnde cauendū est à Panor.contrarium malè sentiente,in dicto capitu. in præsentia,num.56.quod alibi non deciderat,idem Panor. in capitu.constitutus,numer.7.de in integ.restitut.Magis cauendum à Bened.errante in c.Raynutius,uerbo matrē, nume. 20. repugnat enim iuris ratio, ut priuilegium filij clerici,auferat patri usumfructum quem ante clericatum habebat.Nec contrarium uoluit Paul.Castren. in dicta l. sacrosanctæ:nec Ias.in l.filiæ licet C.de collatio. licet minus bene eos referre uideatur Ant. Gomet.ubi supra qui etiam minus diligenter ibi citat Barto.in nonnullis locis ad hanc conclusionem : sic pro contraria aliquos malè ci-
44 tat Benedict.d.loco. Hinc infertur undecima ampliatio, ut si statutum permittat filiumfami. testari, intelligatur sine præiudicio usus fructus,quem pater habet in aduentitijs,secundum Bald. in l.si quæramus in finalibus uerbis ff.de testamen.tradit Angel.Aretin.in tracta de testa. folio ii.colum.iiii.& latè Anton.Gomet.l. vi. Tauri, nume. 13.quorum sententia probatur ex doctrina.l.si quādo. C. de inofficio.testam.Duodecimò ampliatur & ita infertur
45 ex proximè dictis, ut pater non amittat usumfructum quē habebat,licet filius efficiatur monachus,& ex religio

ne cesset patria potestas: quia adhuc militāt uerba huius l.& iurium, quæ supra adduximus, & militat regula dicta l.tertia, supra de usufruct. tradit Palac. in rubri.dic. §.xlii.in fine:& receptū est, ut tradit Deci.in d.c.in præsentia nu.62.& ex Salyc.& Anton.tradit Soares.d.q.maior.col.pen. Nec enim patitur iuris ratio, ut factum filij, licet laudabile, auferat patri suū: secūdū regulā, l.id ꝙ nostrū, ff.de reg.iur.facit tex.notab.in l.impuberi.xli.ff.de admi.tuto. ibi, *nam ad alienam iniuriā priuilegium militum prorogare non oportet*, quē tex.alias notabat Polit.de vul-
46 ga.nume.89. Volunt autem Docto.in his locis & alijs citandi, in seq.ampliatione, vt ingressus religionis tollat patriā potestatem: & Bald.in l.patre furioso.ff.de ijs qui sunt sui.notat.gl.l.si ex causa.§.Papinianus.ff.de minoribus notabilis & recepta. ut per Ias.in l.ii.nu.22.ff.de vulgar.Areti.in l.is potest, colum.iiii.ad fin.ff.de acquir.hæredi.Boeri.decisi.cxxi.ad fin.vltra quos id pulchrè declarat Bal.in l.ii.C.de liber. exhibend.sed contra illam glo. & cōmunem, ꝙ religionis ingressus tā patris, quā filij, nō tollat patriam potestatē.contendit Mathes.de success.ab
47 intest.in princi.nu.7. Decimo tertio ampliatur hæc acquisitio, inferturq; ex prædictis ad quæstionem, in qua scribentes mirè uariant, quando pater ingreditur religionem: gl.enim in Authen.idē est, infra titulo j.indistinctè inquit usumfructum manere, scilicet penes monasteriū uiuente patre: & in omni vsufructuario ingrediente religionē, idem dixit gl.ad fin.in Authenti.ingressi.C.de sacrosanct.eccl. hancq; opinionem sequūtur quā plures vt infra. Contrariū tenere prorsus voluit antiquus Doctor Martin.Sil.quē refert Cyn. in d.Authenti.asserens ꝙ totus vsusfructus redit ad proprietatē, & sic manet insolidū penes filium: & hanc opinionem sequitur Salic.in d.Authen.ingressi, nu.10.ad fin.& in dicta Authenti.idem est: ubi subdit ita tenere communiter Doctor. & hanc uidetur sequi Ias.in d.Authen.ingressi, nume.48.Et nouissimè eam probat Riminald.§.j.nu.18.Insti. per quas person.& Couas ruu.in ca.ii.numero 8.de testam. ubi cum Salice. eam dicit communem. cui addit nouum fundamentum

ex materia.c.cum ſcimus, de regu.& refert Hipp.ſingu. cccccclxviii.ubi hanc ſequitur. Tertiam opinionẽ eamq; mediam vult Bart.in d.Anthenti.idem eſt,& ibi Ange.vt dimidia maneat penes monaſterium,alterã ad filium ſpe ctet ſicut quãdo pater eum emancipat, iuxta d.l.cum oportet,§.cum autẽ,& ita Panor.in dicto capitulo in præſentia.n.57.& in d.c.cùm ſimus de reg.Et cum Bart.tranſit Hiſpa.Alias l.xlvi.colum.ii. & Silueſt.in ſumma,verbo religio.vi.& nouiſſimus Riminal. ſibi contrarius in §.
48 ii.numero 19.inſtit.per quas perſo. Aduerto quòd Cyn. in d.Authenti.idem eſt, remittit ſe ad ea quæ dixerat in Authenti.ingreſſi: & idem facit Alberi.& ambo in d.Authẽ.ingreſſi, ſequuntur gl.ibi, vt patet ex Cyn.nu.12. ex Albe.nu.22.cùm ſeq.& ſic malè citantur contra gl.à Iaſ. ibi à Couas Ruu.d.c.à Riminal.d.loco:à quibus hac allegatione cauendum eſt.Sic etiam Hiſpa.Anton. Gome.l. Tauri.xlviii.nu.8.ad fin.non bene citat Salic. & Martin. Sil.Alberi.Iaſ.ad prædictam opinionem Barto. diuidẽtis uſumfructum inter filium & monaſteriũ : cùm hi Doctores longè aliud ſcripſerint,ut fidelius retuli: labitur etiã Hipp.d.ſingu.confundens allegationem Bart.& aliorum.
49 Hanc quæſtionem tangit,ſed non reſoluit Boerius deciſio.cxcvii.in fi.Ego curioſius aduertendo dico, ꝙ opinio gloſſ.receptior eſt:quia eam probant Cyn.Alberi.in dic. Authen.ingreſſi, & ibi expreſſim Bart.nu.42.& nu.49.& Roſellus num.18. & ita Bal.Pau.Rapha.Corn. in d.Authẽ.idem eſt: & Guido Pap.deciſi.cccclxxvii.nu.4.& expreſſius deciſi.ccccxcv. ubi dicit ita fuiſſe iudicatum. Et idem tenuit Specu. quem Guido & alij referunt: & ita Deci.in dicto cap.in præſentia,nume.66.ubi etiam citat Imol.in l.cùm filio.ff.de lega.j.& ita Cępol.conſilio xxii. nu.4.colligitur ex Innocẽ.in dicto capit.in præſentia, & alijs,quos citat Soci.conſilio x.num.20.lib.j.vbi hanc dicit communem ſeutentiam : & eandem probat Alexand. conſilio.cxxxix.nume.5. libro 2. vbi eam videtur dicere communem, nec aliquam contra citat: & hanc ſequitur Hiſpan.Anton.Gome.dicta l.xlviii.numero 8.ad fi.hanc dicit communem Crot. in l.Gallus §. & quid ſi tantum, nu-

50 num.30.Probatur hæc opinio gl.ex regula huius l.& ex
iuribus sup.citatis: pater enim licet monachus,naturali-
ter viuit & sic durat vsusfructus: monasterio autem,qua-
tenus capax est,omnia deferuntur quæ monachus habe-
bat,dicta authen.ingressi. Nec obstat argumen. Martin.
Sil.relatum à Cyno & Alber. in dicta Authen. idem est,
dũ arguit à cessante ratione,ꝙ vsusfructus datur patri ob
custodiam & administrationem,quæ cessat in monacho.
Respondeo enim ꝙ non cessat in monasterio habente mi
nistros & officiales qui sua gubernant,ut docet experien
tia : & forsan diligentius sua tuentur quam laici, vt alibi
dicit Pratic.Papien.seu ferrarien. Nec obstat argu.quod
pungit Couas Ruu.ex materia c.cum simus,de regu.quia
non est tutum,vt patre ingresso religionem, statim legiti
ma debeatur filio, quod alibi examinamus:nec si esset ve
51 rũ,valebat cõsequẽtia ad vsum de quo agemus.Non ob-
stat etiam argumentatio Bart.ex d.§. cum autem, *l.cùm*
oportet.omissa enim friuola responsione Bal.& aliorum,
dico quòd in d.§ agitur de emãcipatione facto patris, im
mediatè id agentis:sed pater ingrediens religionem lon-
gè aliud intendit.licet igitur accessoriè resultet filium e-
xire à patria potestate, non potest dici emãcipatio ex fa
cto voluntario patris,quod nõ dirigebatur ad talem effe
ctũ,secundum regulam l.si quis nec causam.ff.si cer.pe.&
quod probat text.& Bart.ibi,in l.socium qui in eo.xvi.§.
j.ff.pro socio,cũ alijs quę omitto.Ex his ergo resoluo opi
nionẽ gl.veriorẽ esse,& magis cõem, quicquid cõtra di-
52 xerint Saly.& reliqui sup.relati.Ampliatur xiiii. hæc ac
quisitio ex resolutione Ias.cõs.cxcviii.li.ii.ubi concludit,
ꝙ si ex statuto acquiritur viro quicquid vxori obuenit,
vel defertur constãte matrimonio: idẽ erit in viro filiofa.
vt sibi proprietas , patri vsusfructus quæratur, interpre-
tando statutũ secundũ ius cõmune , quod sequitur Boeri.
decisi.cxcix.in fine:sed non seruit in ijs prouincijs,in qui-
bus lege vel consuetudine filius per nuptias exit de po-
53 testate patris . Ampliatur.xvi. vt vltra acquisitionem
possit pater,ratione patriæ potestatis, compellere filium
ne viuat extra domum & familiam patris,secundum An

gel.

gel. consilio lxxxv. numero 3. quem corruptè sequitur Boeri. decisio. cxcv. num. 5. vbi non rectè citat numerum consilij: & ita asserit Bal. Nouel. de dote. vii. parte. priuileg. xxxiiii. nu. 5. versic. & sicut: vbi concludit ita teneri filium simul cum patre habitare, sicut vxor cum viro: citat Bal. in Authen. ex testamento. C. de collatio. ubi hoc non inuenio. Ego aduerto quòd Doctor. omnes hoc tradunt, quando agitur de retinenda dote aduentitia filij coniugati, de iure enim debebat esse penes patrem, & pater debebat alere ex ea filium & nurum, & fructus dotis percipere: ut resoluunt communiter doctor. secundũ Crotum, in ii. repeti. l. si constante, nu. 117. in fine: Ang. Imol. Pau. in l. si cũ dotem. §. transgrediamus, vbi Alex. n. 9. ita resoluit. Ita etiã loquuntur Doc. citati à Nouel. & Boer.
54 Similiter hoc procedit quãdo filius uellet alimenta à patre, debet enim cum eo habitare, nec alias pater tenetur eũ alere extra domum. facit gl. c. significasti, de diuor. cõis vt tradit Palac. in rub. §. lxiiii. nu. 6. & nu. 10. Et idem e-conuerso si parens velit alimenta à filio: nec etiam pater posset filiũ è domo eijcere, licet ei extra domũ alimenta prȩstare vellet, secundũ Bart. & Doct. cõiter: vt resoluunt Paul. & Ias. nu. 6. in l. quidam cùm filium, ff. de verborum obl. per tex. ibi post princip. in illis verbis: *domo eum propu lerit*. Ex quibus cauendum à generalibus verbis Bartol. in tracta. de alimen. nu. 25. sed limitatur, nisi ex iusta causa, puta ob sæuitiam vel malos mores, quia tunc potest filius vel pater alendus recedere à domo alere debentis, secudũ Bart. Paul. Imo. Alex. Boer. & Noue. & alios vbi
55 sup. & Ias. in l. j. n. 1. cũ seq. C. de leg. Sed nõ placet ꝙ indistinctè asserũt Noue. & Boer. dũ dicunt ꝙ filius præcisè teneatur habitare cum patre, sicut vxor cũ viro, imo crediderim ꝙ si filius nolit à patre alimenta, velitque quærere honestũ vitæ genus, non possit impediri à patre qui filij opera non egeret: contrarium enim esset hominé liberum seruilis cõditionis reddere, contra l. secundã. ff. si quis à paren. fuer. manu. Quod iuuatur, quia videmus filiumfamil. ex promissione regulariter sine patre obligari. l. filiusfami. ii. ff. de actioni. & obliga. l. tam ex contracti-

tractibus.ff.de indic.Videmus præterea filiumfam.inuito etiam patre eoque ad expensas obligato, posse dare operam literis, gl.recepta l. sed Iulianus. §.proinde.ff.ad Macedon.Bald.in l.Macedoniani.C.ad Macedon.Fely. in ca. ij.de magist.Nouel.de dote.vj.part.priuileg.xlvj. in prin. notanter Rebufus de priuileg.Schol.priuileg. liij. Sic temperare illam vēdicationem quæ iure datur patri pro filijs
¶ in potestate l.j.§.per hāc ff.de rei vendica. de qua latè egimus sup.in ij.parte Rubr.Filio enim in hoc datur voluntas & libertas, vt probat l.fi.ff.de liber. exhib. quod in supradictis terminis vtile esse in filio qui vellet Africam vel Indiam petere, ne à patre absq; causa retrahi possit : facit tex.in c.cū simus, de regu.ibi *liberum sibi*, quē notat pla. in l.ne diutius C.de agric.& cens. speciale enim est cā correctionis vt pater eū possit certo loco retinere Bart. in l. ex facto, in fine.ff.de hæred.instit.Fely.in c.cùm cōtingat, ad
56 finem de for.cōp.Alci.reg.j. præsum. iij. Ampliatur xvj. hæc omnia iura loquentia de acquisitio. quæ fit patri, ut procedāt etiam si ob sæuitiam uel nequitiam patris filius degat extra eius domū: durat enim adhuc effectus patriæ potestatis, ut habet textus notab. qui ad hoc expendi non solet, in l.iij.§.pen.incip.etiam ff.de liber. exhib. ibi, *obtinuit mater ob nequitiā patris, vt sine diminutione patriæ potestatis apud eam filius moraretur*. quem textum ad aliud commendat Angel.Areti.in §.summa, ad fin.Institu.de interd. ponderanda sunt illa verba *sine diminutione patriæ potesta-*
¶ *tis* : significant enim, quòd nec pater excusabitur ab ijs ad quæ aliàs tenetur : nec amittit id quod habet ratione patriæ potestatis.Facit quod alibi dicit Iustinia. in Authen. de incest.nupt.§.primo versic.si uerò, ibi, *licet impius & le-*
57 *gum contemptor pater est*. Sed hoc intelligi debet quando solum agitur contra patrem ut filius apud eum non moretur: secus si tanta sit patris nequitia, vt etiam cogatur filiū emancipare, quod fieri potest, per l. fin. ff. si quis à paren. fuer.manu.sic in l.si lenones.C.de Episc. audien. in fin. C. de specta.libro xj.declaratur etiam ut aliquando ex maxima patris culpa, filij ipso iure liberentur à patria potestate l.ij.C.de infant.expo.Limitatur etiam nisi pater iniq; negauerit

negauerit filio alimenta, quia amittit hos effectus patriæ potestatis, glo. l. penult. uerbo pœna, ad fin. C. de patr. potestat. quam extollit Panorm. in c. fin. nume 5. de conuers. infidel. Brunus de statutis excludent. fœmi. artic. j. nu. 26. facit l. prima, §. sed scimus, C. de lati. liber. toll. uers. quem enim, ibi, *quem à domo repulit, maneat ab eo eiusque substantia, penitus segregatus*. & vulgaris l. necare uidetur. ff. de liber. agnoscen. Limitatur etiam ille tex. & minuitur ius patriæ potestatis eo casu in filio coniugato habente dotem, vt patri auferatur & priuetur eius fructibus, filioque tradatur pro oneribus matrimonij extra domũ patris, vt resoluunt Doct. communiter, in l. si cùm dotẽ §. transgrediamur, ubi Alex. num. 9. ff. solut. matr. Pau. in l. ij. ad fi. C. famil. ercis. Boeri. d. decis. cxcv. Crot. in l. frater à fratre, nu. 56. Nouel.
58 de dote. vij. parte. priuileg. xxxiiij. Declaratur etiam ille tex. vt quod ibi dicit de filio erga patrem, non procedat inter coniuges: quia si vxor ob culpam viri ab eo separetur, uel eius cohabitationem uitauerit, nihil ei acquirit nec cõicat. Bal. in l. si uxor, nu. 6. in fi. C. de conditio. insert. idẽ Bal. in l. non sine. C. de bon. quæ liber. & Palac. in rubri. §. lxiiij. nu. 11. Deci. l. j. nu. 10. C. vnde uir. & ux. tradit Couas Ruu. de sponsa. ij. par. c. vij. §. j. nu. 6. Nec mirum si maioris potentiæ sit causa naturalis inter patrem & filium, quam causa coniugum secundùm Pan. in c. literas, nu. 27. de restit. spolia. facit tex. qui notari nõ solet, in l. non ut à patre.
59 viij. ff. de captiu. Ampliatur. xvij. hæc lex & similes, dũ loquuntur de acquisitione & patria potestate, ut procedat non solum in liberis procreatis ex iustis nuptijs: sed etiã in ijs qui illegitimè nati, postea legitimantur: Hi enim incidunt in potestatem, & efficiuntur legitimi, tex. in §. fi. Insti. de nupti. facit textus in l. sed si hac §. ij. ibi, *Princeps ingenuum fecit*. ff. de in ius uocan. facit textus in l. quæris & fin. ff de nata restitu. ibi, *omnem ingenuitatis statum:* & ibi, *perinde habetur*: tradunt latè Bart. & Ias. ex nu. 226. in l. si is qui pro emptore, & ibi nouiores: tradit Deci. in l. liberos. C. de colla. & consil. clv. Tiraq. in l. si vnquam, verbo, susceperit liberos, ex nu. 63. Quibus omnibus addo tex. nõ solitum notari, in l. si senatori, ibi, *iustam vxorem*. ff. de ritu nupt.

nupt. Ampliatur xviii. hæc lex & similes, etiam si paterfu riosus exter, vel mēte captus: adhuc enim durat patria potestas, & effectus acquisitionis: vt est text. apertus in l. patre furioso, in fi. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. vbi ponitur regula secundum oēs eam limitātes specialiter per l. cum hæres, ff. de acqu. hæred. & ideò cauendū est à Chass. qui regulā in cōtrarium citat, in cōsuet. Burg. rub. vj. §. v. fol. 219. col. j. nu. 3. & in quo etiam grauiter errat Boer. in consuet. Bitur. tit. j. §. iii. post princip. vbi facit regulam, vt filius nihil patri acquirat furioso & malè citat iura & Doctо. Sed hæc ampliatio restringitur cōiter à scribētibus, per textū in d. l. cum hæres, ff. de acquir. hæred. cuius sunt verba: *Cum hæres institutus erat filius, & habebat patrem furiosum, in cuius erat potestate: interponere se suam beneuolentiam diuus Pius rescripsit: vt si filiusfam. adierit, perinde habeatur ac si paterfam. adijsset: permisit itaque ei & seruos hereditatis manumittere*. Ex quo textu. Bart. ibi, & in l. placet, vlti. oppos. eo. tit. cōcludit esse speciale in hæreditate delata filio furiosi, ut filius ipse adire possit, & sibi non patri acqrat. Idē vult Bartol. in d. l. cùm hæres, & ibi Paul. Castren. dicens rationē specialitatis esse qa in hæreditate datur lucrum & damnū ob onera hereditaria: & ita prius Alberic. ibi, & in dict. l. patre furioso, in fi. Et idē probāt Angel. in d. l. cùm hæres, & Imol. & Ro. ibi, & Areti. dicentes textus singularē idē Areti. in l. cùm ex filio, in fi. ff. de vulg. & Ias. dicens illū tex. solennē, in l. qui in aliena. §. interdū, num. 13. ff. de acqui. hæred. Idem nudè uidetur sequi Mantua libro tertio locorum, c. lj. & hoc probat per illum tex. Aimon. Crauet. in l. cum filio, secunda parte, n. 13. ff. de lega. j. Et sic patet hanc esse communem sententiam: in hoc autē variauit gl. in d. l. cum hæres: ubi Roma. & Areti. referunt Petrum de Bexuci, qui à communi opinione recessit. Et mirū est Aret. Ias. & nouiores nō aduertisse, q subtilis Cuman. in d. l. cum hæres, ad fi. cōtrarium magis probare uidetur, dicens se non uidere cur filiusfam. non acquirat patri furioso etiam in casu illius l. Et eo tacito, idem uno uerbo dicit uariando, Socy. in l. cum filio, n. 14. uersi. uel fortè melius. ff. de lega. j. quod ego nouè multipliciter

pro-

62 probabo. Sed contra hanc communem adducunt glo. & Doctor.textum in l.Antistius.lxii.§.fin. ff.de acqui. hæred. & ita habent ferè omnes libri antiqui: hodie autem legitur ad exemplar Florentinum.l.lxiii. incipit furiosus, & sunt uerba: *furiosus acquirere sibi commodum hæreditatis ex testamento non potest: nisi necessarius patri aut domino hæres existat: per aliũ autem acquiri ei potest veluti per seruum, uel eum quem in potestate habet.* Bartol.post antiquos respõdet, tam in dicta l.cum hæres,quàm in l.Antistius: q̃ est differentia an filius adeat sponte & tunc sibi acquirat, atq; ita procedat dicta l.cum hæres: aut iussu curatoris patris furiosi,& tunc patri acquirat,& ita procedat. d.l. Antistius. Quod etiã resoluunt Alberi.Bal.Imo.Paul.& alii cõmuniter ibi:& Alber.in dicta l. patre furioso,in fi.& Crauet, dicto loco:subdit Paul.in d.l. cum hæres,nume.2. quòd si postea pater redierit ad sanam mentem,& ratam habue-
63 rit aditionem filij,acquireretur sibi hæreditas. Ego nõ uiso Cumano,nec Socino(qui nihil adducunt)contra cõmunem tenendum putabã,atque ita teneo.primò per tex ¶ tum in dicta l.patre furioso:dum indistinctè infert,q̃ cùm duret patria potestas in patre furioso, durabit etiam effectus acquisitionis.Et ratio illationis.l.C.ita militat in hæreditatibus sicut in aljis acquisitionibus, maximè hodie stante remedio inuentarij. l.fi. C.de iur.delib.ideoq; textus in dicta l.patre, nõ admittit restrictionẽ Docto. quod magis astringit,attenta regula.l.de prætio.ff. de publica. l.j.§.& generaliter. ff.de legatis præstan. Secundo contra cõem facit textus in l.penul.ff.de curat. furio. ubi si pater prodigus sit,curatorẽq; habeat.adhuc in hęreditate filius in potestate ei acquirit:ideoq; oportet emancipari filium ne ei acquirat.Igĩt idẽ dicendũ in patre furioso,maiori ratione q̃a mitius agendũ erat cũ patre habente curatorẽ ex casu & fato infęlici, quàm ex culpa & prodigalitate: secundũ gl.dictæ l.Antistius,quã Bal.ibi dicit aureã:facit l. diuus,ff.de offic.præsid. & facit l.prima, ff.de cura.furiosi
64 ibi, *ad exemplum*: Tertio contra communem stat textus in d.l. Antistius.§. fin.seu in l.furiosus, secundum aliam literam quam superius retuli: apertè enim inquit textus patri

patri furioso acquiri hæreditatem per filium, quem in potestate habet: nec ibi fit mẽtio de curatore iubente, ideoque talis diuinatio admittenda non est: immò si cum iudicio attendatur, constabit nullo colore sustineri posse illam cõem resolutionem & differentiam inter illa duo iura. Si enim filius non patri furioso, sed sibi poterat acqrere, id non erat mutandũ ex eo ꝙ pater haberet curatorẽ: nec faciebat ad rem curator patris, cùm Bartolus & Doctores dicebant, ꝙ filius per se poterat adire, nec erat iuridicum hanc acquisitionem tam incertam reddere, maximè quòd filius regulariter est ipse curator parentis furiosi, uel prodigi. l. j. in fi. & l. quart. ff. de curat. furio. Nec obstat alia solutio Areti. in d. l. cùm hęres, distiuguentis an hæreditas deferatur ipsi filio, & tunc procedat ea lex, aut deferatur patri, & tunc procedat. l. Antistius. Replicatur enim quod Barto. & Docto. communiter contra sentiunt, intelligentes l. Antistius, quocunque modo hæreditas filio deferatur: itẽ dicta l. Antistius, generaliter loquitur, & planè cõprẹhendit casum, quo filius esset institutus, & ei principaliter delata hæreditas: qa concludit tex. ut patri furioso acquiratur, quemadmodũ alias de iure acqri ei solet. Et cõtra Areti. facit in hoc quod ad illum textus tradit Ias. alios referẽs in l. ex facto, n. 36. ff. de vulga. & manifestè contra Areti. facit ille textus in exemplo serui, quo ostẽditur, ipsum filium uel seruum fuisse institutum.
65 Quarto contra communẽ vrget litera d. l. cùm hæres, ibi, *permisit que ei seruos hæreditatis manumittere*: si enim filius omnino sibi acquireret hæreditatem ob furorem patris, fieretque dominus, ut Doct. dicunt, non congruebat uerbũ illud, *permisit*: qa dominus non egebat permissione, nec oportebat exprimi specialiter illum casum manumissionis: immò posset decipere ea specificatio, cũ manumissio facilius esset admittenda, & sic expressio deberet fieri de alijs minus fauorabilibus: item si filius ibi esset dominus, satis fuisset id significare, ut omnia sibi licere constaret, ineptũque foret unum specialiter exprimere, iuxtà l. in re mandata. C. manda. Quinto contra cõmunem, facit, quod superius tradidimus, secundum iura & Docto. acquisitionẽ legalem

galem fieri ignorãti & absenti:nec exigere acceptationẽ. Cum igitur hæc acquisitio sit legalis,ut d.l.placet,cum similibus:negari nõ debet patri furioso, qui absenti & ignoranti æquiparatur.l.ij.§.furiosus.ff.de iur.codic. præsupposito ꝙ hic non requiritur iussus, sed tantum agimus de commodo acquisitionis ex aditione : stringit magis argumentum,quia ubi non requiritur consensus, & ignoranti acquiri potest,ibi furioso acquiritur l.si à furioso. xxiij.ff.
66 de act.& obl.Sexto,contra communem stat tex. in l.fin.§. quæri potest.ff.quis ordo in bono.poss.serue.vbi textus apertè dicit quod patre furente,nihil potest filius obtinere ex bonorum possessione.ideoq; eum nõ agnoscentem excusat:nec aliquid ualet responsio Aretin.in d.l.cùm hæres ad fi.dicentis,ꝙ est differentia inter hęreditatem & bonorum possessionem, quia cum patria potestas sit de iure Ciuil.secundùm quod patri erat acquirendum, non potuit Prætor in bonorum possessione tollere acquisitionem patri. Aliud agens Curt.in l.i.nume. 14. C.qui admit.reiicit hoc dictum Areti.ego aduerto ingenium Are. in hoc contra se loqui:nam si qua esset differentia inter Prætorem & ius ciuile,ea magis deberet prodesse filio, ut facilius sibi acquireret commodum bonor.poss.quàm hæreditatis, cũ Prætor minus curet patriam potestatem,& filiis magis faueat,ut in §.emancipatos,Instit.de exhæred.lib. & §.emãcipati,Instit.de hære.quę ab intes.defer.Itẽ fallitur Aret. quia cum ipse & Doct.communiter asserunt de iure ciuili eo casu filium non acquirere patri,per d.l. cum hæres. igitur Prætor planè idem dicere potuit, immò debuit, quia non poterat tollere ius filio à lege concessum §.quos aũt, Institu.de bono. poss. Et regulariter hæreditas & bonorũ possessio,seu hæres & bonorum possessor æquiparantur l. ij.ff.de bono.poss.& in hac materia.l.fi.§.ij.C.de cura. fu-
67 rio.ibi, *hæreditatem vel bonorum possess.* Ex quibus iuribus & rationibus necessario tenenda uidetur hæc opinio contra communem,nec obstabit tex.in d.l.cũ hæres,quia specialiter exprimit casum manumissionis,cui sępissimè iura fauent, & potest intelligi ꝙ manumittebat seruum patris ob iustã causam magisq; arguitur inde , quod in aliis re-

bus nihil poterat filius disponere:nec erat mirum, vt cùm filius hæreditatem acquireret,& patre furente bona admi nistraret, permitteretur ei seruũ manumittere licèt alijs curatoribus non permittatur, vt in patre legitimo admini stratore dicunt Doct. vt videbitur in iij. parte huius l. Nec obstat verbum d.l. cùm hæres, ibi, *perinde ac si. si paterfam. adijsset*: id enim est quo ad facultatem adeundi, sed non cõ-
¶ cludit ad tollẽdum cõmodum patri, post hæreditatem adi tam: vt aliqñ Bar. in alijs arti. considerabat, in l. is qui hæres. §. fi. ff. de acq. hæred. Notabilis autẽ est d.l. Antistius. §. fi. dum habet, ꝙ potest quis per alium acquirere, quod per se nõ posset: extollit ad hoc Ias. in l. ex facto nu. 36. ff. de vulg. Ias. in l. iij. ad fi. C. qui admit. Sic aliàs inquit tex. in l. Aristo, in fi. ff. quæ res pign. obl. poss. latè Ias. in l. si emancipati, ex nu. 5. C. de collat. Fely. in c. j. de præscr. De hæreditate autem delata furioso quid agendum? habetur in l. fi. §. tali itaq; C. de cura. furio. per Alex. in l. cum hæres. j. ff. ad Treb. Areti. in d.l. Antistius §. fi. gl. & Docto. in l. iij. C. qui admit. tex. & Doct. in l. sancimus C. ad Trebel.
68 Ampliatur xix. hęc lex per l. ii. infra eodem vbi dispositio huius l. loquentis de bonis maternis extenditur ad bona auita: ut idem iuris sit, quando bona procedũt ab auo uel auia maternis, sicut qñ à matre: & illa l. non fuit superflua, imò erat necessaria secundum Bal. Salyc. Fulg. Paul. Corne. ibi, & Corn. in l. iij. infra eod. nu. 4. qui resoluunt ꝙ ante illam l. non permitteretur extensio in hac materia, de bonis maternis ad auita: Idem tradit ut receptum Mãtua. lib. j. locor. c. xviii. ita Curt. iunior consi. xxxv. num. 3. licet solus Corne. in l. cum oportet, ante num. 1. infra tit. j. contra dicat: & ratio est secundum Bal. & alios ibi, quia hæ leges nouum ius inducebant corrigẽdo ius antiquum, quo l in totũ applicabat bona illa patri, & sic erat ius correctorium cum præiudicio patris: ideò nec ab identitate rationis ualeret argumentum faciunt tradita in Authen. quas actiones. C. de sacrosanc. eccles. vbi Barto. nume. 9. ita resoluit, & ibi latè Ias. ex num. 21. ubi hanc dicit communem resolutionem, & nonnulla cum iudicio cumulat: ita etiam resoluit Deci. in c. translato, in j. lectu. num. 9. de constitu.

constitu.latissimè Gamara,in tracta.extensionum, ex nu.
135.cum multis sequent.& Alcia.lib.ij.de verbor.signifi.
¶ Ex d.l.ii.colligo euidens argumentum pro communi sententia,quòd hæc lex nouum ius induxerit: quia aliàs frustratorium erat extendere eam ad bona auita, quod Po-
69 lit.& Alci.non aduerterunt ut dixi sup. latissimè. Ex his iuribus & communi sententia distinguēte inter donata à matre,& donata ab Auo uel Auia, & inter successionem filiorum & nepotū, posset inferri ad articulum utilissimū & in multis difficilem: an appellatione filiorum ueniant nepotes? Nam secundum communem resolutionem uides quod hæc l.loquens de filijs,non extēdebatur ad nepotes, ob rationem proximè traditam. quod addendum est scriptis Bar.& Alcia.in l.liberorum.ff.de uerbo.sign.Sic ultra casus ab Alcia.ibi notatos,addi potest alius ex Roma.cōsil. ccccxxxviij.ad fi.de commissione eligendi ex filiis, ut non extendatur ad nepotes,per l.cum pater.§. hæreditatem j. in fi.ibi,*de alijs eligendi potestas non fuit*.ff.de leg.ii.ubi Alb. non relatus ita intelligit:& Socin.in l.Gallus §.instituens, ad finem.ff.de lib.& posthum. sensit gl.ult.l.unic.C.de iis qui ante aper. quod posset controuerti ex traditionibus Doct.in locis proximè citandis. Tamē ex illa declaratione Alb.Ro.Soci.infertur ad legē Lusitanorum lib.iiij.tit. lxii.§. iii. dū in emphyteosi semper præfert filium uel filiā nepotibus, exclusa ēt repræsentatione filii maioris defuncti uiuo patre,contra Corn.consi.xxiiii.col.fi. uersi.tamē his,libr.ii.contra plures,ut per Tiraq. de primogen.q.xl. Couas Ruu.in q.pract.fol.ult.col.i.De quo articulo plura adduci possent ex Bar.& Alcia.in d.l.liberorum,Alcia.in l.iusta interpretatione,eod.titu.ex Ias. in d. §. instituens, ubi pro & contra multa adducit:& Alexan. consi.v.lib.iii. idem Alex.consi.xxxvii.libro vi.& ibi Molyn. Deci.consi. j.& consil.xcv.nume. v. & alibi sæpe Docto. ut colligitur ex nouissimè congestis à Couas libr. practi. quæstio. cap.
71 ultimo:Cozadin.consi.iiii. Quod tamen diximus ex Roman.Alberic.à d.§.hæreditatem,intelligi debet stantibus
¶ filiis, aliàs posset eligi nepos: ex Socin. in dicto §. instituens,ad fi.& ex Decio.d.consi.i.ad fi.quem sequitur Al-

cia.in d.l. iusta. nume. 3. & in dicta l.liberorum,nu.28.Et ita disponit lex Regia Lusitanorum lib.iiij.tit.lxiij.§. antepen.quod æquius est quàm id quod colligitur ex Alex. in l.sed si hac §.liberos,col.j. ver. ubi similiter.ff.de in ius vocan.vbi indistinctè dicebat nepotes excludi, secundum
72 aliquos ibi citatos.Ex d.l.ii.& recepta declaratione, quæ habet,vt diximus,necessariam fuisse extẽsionem d.l. infertur ad l.filiũ,xvj.ff.ad Maced.quæ decidit,senatusconsultũ illud loquẽs de filijs,intelligi ẽt de nepotibus.in quo aliàs dixit Gome.in prin.Insti.de act.nu.47.ꝙ nisi l.ita exprimeret,non posset id admitti ex iuris regulis:possetq; Gome. urgenter probare quod dicit,ex hac l.j.& ij.iuncta cõi resolutione. Sed non aduertit contrarium dixisse Doct. qui pro ratione illius l.adducunt regulam d.l. iusta interpretatione ff.de verb.sign.ut tradit Ias.in l.si constante, num. 82.ff.solut.matrimo.prius Alex.in l.j.nu. 24. ff.de iurisd. omni.iudi.Felyn.in c.ij.colum.j.de officio. iud. Sed illud simpliciter non esset verum,quia sine causa non fieret talis extensio:unde melius resoluit Deci.in d.l.j.nu.27.ff.de iurisd.omnium iudic.quòd in d.l.filium, extensio fit de filio ad nepotem, quia militabat ratio senatusconsulti: & ita Ias.in l.j.§.hoc autem,in ij.lectu.nu.9.ff.ad Trebel.Gozadin.consil.ciij.nume.17.& consilio xxxv.nume.14.versicu.ad sextam:& ante eos Alex.in l.si prius,nume. 27. ff. de noutia.oper.nume.& in l.si finita.§.si de uectigalibus, colum.iij.post princip.ff.de damn.infect. Aliter intellexit Bal.in l.penultima C. eod. quem refert & sequitur Pau. in d.l.filium:vt ibi ueniat nepos,quia senatusconsul.loquebatur de filiofam.& nepos in potestate censetur filiusfami.ob nomen famil.licet non ob nomen filij, quod in effectu comprobat intellectum Decij. Et sic ex his Doctor. & ex Bart.in l.liberorum,nu.6.ff.de verb.sign.colligitur, quòd d.l.filium procedit ex regulis & rationibus iuris. vt ita ueniret iudicandum licet illa lex scripta non fuisset: contra Gome.horum immemorem. Quod confirmo,quia illo casu est magna culpa mutuantis,filio uel nepoti alterius: vt in l. j. ff. eodem, & ideò tunc casus non expressus censetur tacitè decisus à lege, concurrente eadem ratio-

ne argumen.text.in l.libertum, versic. *cum ideo*. ff. de ritu nupt.tex.celebris in l.his solis,ad fin.C.de reuoc.don. ibi, *satis tacitè cautum putamus*: quem extollit.Ias.in l.fin.num. 4.ff.de in ius uoc.Fely.in c.aduersario,col.j. de exceptio. & alibi sæpe Docto. Aduerto etiam q in d.l. filium, licet materia sit exorbitãs (vt Doct.dicunt)est tamen iusta decisio & vtilis Reipub.vnde potuit iustè admitti ea extẽsio, quod multis comprobare possent ex traditis sup. in Rub. ad l.ij.C.de patri.qui fili.& ex Bart.in d.l.si constante,nume.42.ff.sol. matr.à quo tamen cauendum est in eo quod
72 scribit ibi circa d.l.ij.attentis quæ ad eam dixi.In eadem l.ii.infra eodem,sunt expendenda cum solo Alberi. verba tex.*vel intestati successione cõtulerint*. quibus probatur quòd decedẽs ab intestato,uidetur uocare legitimos hæredes; eisq; conferre bona sua:quod probat tex.in l.conficiuntur ff.de iur.codici.ibi,*quoniam creditur paterfamil.sponte sua his relinquere legitimam hæreditatem*: quod solet restringi per gl.l.non iustam C. ad Treb. quam dicit mirabilem Ias. in Authen.ex causa,col.fin.C.de liber.præteri extollit Bar. in l.licet Imperator,& ibi Ias.nume.40. ff. de lega. j. Sed non est tutum indistinctè quod gloss.voluit, ut per Salyc.
¶ & Corne.ibi nu.6. Qua in re ego aduerto rectè dici posse cum glo.vt defunctus censeatur uocasse proximiores,non sequentes:ita enim lex ipsa uocat, quam defunctus sequi præsumitur,ut in l.peto.§. fratre, ibi, *proximus quisque*. ff.
73 de legat.ij. Sed ubi contingeret succedere eos qui à principio proximiores non erant dicerem in his eandem tacitam uel præsumptam uoluntatem concurrere, attento effectu successionis:argu.l.si quis cum nullum ff.de iur.codicil.vers. *Sed & si post*: aditio enim & realis successio tribuit nomen hæredis:ut per Deci.in l.hæredem.ff. de reg. iur.Et proximus censetur quis à tempore successionis,licet alius præcesserit tempore mortis eius cui succeditur l. secunda §.interdum,uersi.proximum ff.de suis & legit.hæred.uel proximus,quem in effectu successionis nemo antecedit.l.i.§.proximus.ff.unde cog.Nec potest in hoc non
¶ uideri durissimum quod ex rescripto Imperatoris tradit. I.C.in l.i.§.fina.ff. de legat.iii.qui enim grauauit proxi-

 miorem.

miorem, multo magis sequentem grauare uidetur d. l. licet Imperator. l. Publius xxxvi. §. fin. ff. de condi. & demonstra. de qua materia, ultra ordinarios, agit Alcia. regul. ii.
74 præsump. xxxv. Ampliatur xx. hæc lex, & l. cum oportet per l. iii. infrà eod. vbi contra regulã iuris acquiritur certa pars ususfructus per filium uel nepotem emancipatũ, & (quod plus est) per nepotem ex filia in casu speciali illius l. quæ uulgo malè intelligitur: ut ibi explicamus. Ampliatur. xxi. per l. ultimam, infra eod. ubi plenè tradimus, ut hic usus fructus patri maneat etiã si transeat ad secundas nuptias. Ampliatur xxii. hæc acquisitio ex notabili cõsideratione Pauli de monte pico. in repet. § Titia cùm nuberet, nu. 79. ff. de leg. ii. Quem sequor. & inde nouè declaratur. §. cùm aũt. l. cùm oportet. Aliis modis uariè ampliatur acquisitio quæ fit per liberos: ut colligi potest ex statim adducendis in ij. parte huius l. & latius ex iis quæ scribo in l. cùm oportet, cum suis §§. & Auth. excipitur, & authenti. idem est. Sed iam finiatur hæc prima pars, quam aliæ utilitate non inferiores sequuntur.

SVMMARIA.

Secundæ partis huius l.

1 *Colligitur ex tex. differentia inter proprietatem & vsumfructũ poniturque diffinitio Barto.*
2 *Impugnatur diffinitio dominij à Barto. tradita, ostenditurque Doctor. varietas.*
3 *Explicatur ad propositum l. generaliter §. vlti. ff. de fideicommiss. liber.*
4 *Resoluuntur aliqua circa verba plenum dominium & plenum ius, & explicatur l. si ita stipulatus. §. i. ff. de verb. obl.*
5 *Tractatur an possidens maioratum vel bona familiæ relinquenda dicatur dominus dum viuit.*
6 *Agitur an sit differentia inter dominium & proprietatem.*
7 *Explicantur uerba l. i. ij. C. de probati. contra gl. Pau. & plures.*
8 *Tractatur quæstio: an agens rei vendicatione uel dicens se proprietarium obtineat probando vtile dominium.*

Tractatur

56 Osten-

56 Ostenditur in illis iuribus, non permitti vsufructuario ædificare etiam si aliter vsufructus esset inutilis, contra nonnullos.

57 Circa eadem iura non leuis difficultas ostenditur ex l. diuus, ff. de vsu & hab.

58 Circa d. l. diuus, aliqua contra scriptas traditiones explicantur.

59 An pater habeat prærogatiuam fructuarijs negatam in cędendis lignis & arboribus, & nu. 60.

61 Ostenditur alia patris prærogatiua, in accipienda possessione propria authoritate, & agitur de alijs fructuarijs: cum numero 62.

63 Patrem agere & defendere in aduentitijs etiam nomine proprio contra plures, & qualiter compromittere vel transigere possit, nu. 64.

65 Posse patrem sine filio quocunque tempore procuratorem constituere, secundum receptam sententiam, contra gl. & aliquos.

66 Agitur de intellectu l. fin. §. vbi autem, infra titu. sequen.

67 Ostenditur non esse bonam argumentationem glossæ, & aliquorum de tutore ad patrem legitimum administratorem.

68 Traditur differentia inter patrem & alios vsufructuarios, circa expensas litis.

69 De alijs expensis à patre factis in aduentitijs filiorum ad quæstionem collationum.

70 De expensis in rebus maioratus inter fratres & inter coniuges, & nu. 71.

72 De oneribus & tributis an, à proprietario an à vsufructuario solui debeant.

73 Posse patrem acquirere seruitutem in aduentitijs filiorum, & de alijs vsufructuarijs.

74 Agitur de intellectu. l. sed & si quid. §. vlt. cum l. sequen. ff. de vsufruct.

75 Tractatur materia cautionis præstandæ ab vsufructuario, & aliqua vtilia vsque ad nu. 79.

80 De donante bona sua, reseruato vsufructu, an ad eam cautionem teneatur, contra So. Dec. & plures nouiores.

SECVN-

SECVNDA PARS.

SECVNDA pars huius l. eſt in uerſ. *paren*
tes : in hæc verba, *Parentes autem penes quos*
maternarum rerum utendi fruendique tantum
poteſtas eſt , omnem debent tuendæ rei diligen
tiam adhibere. & quod iure filijs debetur, in exi
mine per ſe uel per procuratorem poſcere. & ſumptus ex fructi.
bus impigrè facere, & litem inferentibus reſiſtere: atque ita om
nia agere tanquã ſolidum perfectumq; dominiũ eorum eis acqui.
ſitum fuiſſet. & perſonam gerant legitimam. Verba tex. ſæpe re
petentis dominium & vſumfructum, exigunt ut aliqua de
dominio & de vſufructu diſcutiamus : nec enim aliter l.
1 percipi poterit, quod maximè conſtabit ex infra dicendis.
Dominiũ hic ponitur ut diuerſum, ab uſufructu, idque fi-
lio datur patri vſufructus : De domino tradit Corraſ. in l.
pro parte, nu. 7. ff. de ſeruitu. viros aliquot doctos ſcriptũ
reliquiſſe, nõ eſſe uocẽ ſatis latinam : ſed his ſufficere de-
buit authoritas Iureconſultorũ vbiq; loquẽtium de domi
nio. Vnde uerò dictum fuerit, tradit Cõnan. lib. iii. c. iii. in
princip. Diuiditur & diffinitur dominiũ à Bart. in l. ſi quis,
vi. §. differentia ff. de acqui. poſſ. diuiſionẽ damnabant ali-
qui ex antiquis: magis damnat nouiores , aſſerentes vnicũ
dari dominium, quod Bar. directũ appellat: ſed hoc omit-
to. Dominium diffinit Bartol. ut dicatur ius de re corpo-
rali perfectè diſponendi: eamque diffinitionem nouiſſimè
ibi defendit Alcia. eam probat Duare. lib. j. diſpu. c. xvii.
Connan. in dicto loco cautè Bartol. adiecit illa verba, *niſi*
lege prohibeatur : quia plures ſunt domini qui alienare non
poſſunt: quæ declaratio tollit plures obiectiones ſecundũ
Alex. & latius Alcia. ibi. & ita ceſſat fragilis obiectio Co
raſ in §. nihil cõe qui non aduertens ad uerba hæc Bar.
ſcribit non poſſe teneri eius diffinitionem cum plures do-
mini alienare nequant. ſic enim filius hic dominus eſt ad-
uen citiorem, ſed non alienat l. fi. §. filijs autẽ, infr. tit. j. Sed
2 iudicio meo diffinitio Bar. cum ſua adiectione (*niſi lege*
prohibeatur) parum explicat, diffinitum, pluresque patitur

difficul-

difficultates, ut ibi tradit Alex. melius Areti. quibus non bene satisfit, maximè cum & iuris in corporalis dicatur dominium l.qui vsufructum.ff.si vsufruct.peta. idem Bart. cũ gl.in d.§.nihil cõe. Bart. in l.qui usumfructũ,ff.de verb. obli.Molin.de mater.feud.in cõsuet. Parisien.§.j.gl.j.n.5. Nec sibi constant Doct.in hoc, cùm sæpe alibi scribunt do minium nõ exigere potestaté alienandi, quod unum Bar. in sua diffinitione ponit: ꝙ autem facultas alienandi non sit de substantia dominij, tradit Bald.in l.uoluntas,nu.12. C.de fideicom.quem refert & dubitat Ias. in l. si ita quis. §.ea lege.ad finé.ff.de uerb.obli.Dubitari autem non po- test,nec dictum Bal.contradicit diffinitioni Bartol.atten- ra illa adiectione *nisi lege prohibeatur.* & illud Bal. refert Ias.in l.si ita stipulatus fuero.§.j.numero 7. ff. de verb. o- blig.probaturque ex l.fi. ff.de usufr.ear. rer.quæ usu con- sum.& l.species.ff.de aur.& arg. leg.ubi quis dominus est dum uixerit,& tamen alienare non potest rem, saltim vt alienatio effectum habeat post eius mortem, sicut in l.fi. C.communia de lega.l.nõ ideò minus,ff.de rei uend. Sed

3 cauendum est à Bal.in dicto loco,dum dicit,plene domi- num appellari etiam eum qui alienare non potest, citat textũ in l.generaliter.ff.de fideico.liber.debet intelligi de §.si.illius l.in uersi.latius quem prius citauit glos.in l. si is cui §.fi.ff.qué admod.seru.amit.na in dic. §.nõ est uerbũ il

¶ lud.:*plene dominus*:nec *pleno iure*:item tex.ille nihil aliud di cit,nisi quòd hæres potest uendere seruum cui relicta fuit libertas sub conditione,quia ea pendente,secundum iuris regulas tota res integrè hæredis est, ut dicit tex.in l.gene ralite ibi, *pleno iure*.ff.qui,& à quib.cõsonat vulgare illud l.si quis sub conditione.ff.si quis omi.cau.est.& l.plerum- que fit,vbi gl.& Decius.ff.de reg.iur.nec satis aduertebat Bal.d.loco dũ adiecit uerbũ illud *pleno iure*,satisq; erat do minium dicere (non autem pleno iure)contrarium enim notat idem Bal.in l.feminæ,§.illud,C. de secun.nupt. per textum ibi, quem extollit colligens dominium plenum di ci cum potestate alienandi, & cum eo Ias. in l. traditioni- bus nu.11.in fin.C.de pact.& hoc putat uerius Felyn. in c. conquestus,numero 2. in fine, de for. compe. ubi aliqua cumu-

cumulat, de uerbis pleno dominio, & pleno iure:& Alex. cons.ccviii.li.ii.Sed hoc omnino tutum non est: iura enim in hoc certam diffinitionem non ponunt, & scribentes variant, ut congerit Fely.in c.auditis, nu.6. cnm sequen.de præscript.Alex.autẽ in d.§.differentia,nu.6.in fine.refert Bal.in dicto §.illud & uidetur eum sequi.pro quo facit nã adiectio illa,plene uel plenum,nõ potest addi otiose, arg.
4 eorũ quæ notat Decius in c.fi.nu.4.de confir.util. Id certum est ex dicto §. illud, & l.fi.§. similiq́ue modo inf.titulo sequen.vt plenum dominium intelligatur,quando concurrit usus fructus cum proprietate : seu quando usus fructus non separatur à proprietate : & ultra illa iura. C.id probat.I.C. Apertè in l.si ita stipulatus fuero.cxxvj.x.j.ff. de uerborum obligationibus ibi, *pleno iure*, & textus in l.Sempronius.xxvj.ff.de vsufr.leg.ibi,*plenus fundus*, & ibi, *solidam proprietatem*: & sic resoluo longè plus significari ex uerbis pleni dominij, quàm ex dominio simpliciter prolato:non tamẽ assero necessariam esse consequentiam,vt ex verbis pleno iure,uel pleno dominio,semper detur potestas alienãdi, magisq; attendedã esse puto subiectam materiam.Id etiam patet ex supra dictis, dictam l.generaliter,nõ bene citari à Bal.& alijs. Nec omitto quòd in dic. §.j.l.si ita stipulatus fuero,verbum illud,*pleno iure*,est Iureconsulti non stipulantis:nec ponitur quasi necessärium, ut in stipulatione fundi cõtineatur proprietas & vsusfructus simul,nã etiam nõ expressis uerbis, *pleno iure*, totum id continetur,& satis est rem simpliciter stipulari, ut ueniat proprietas cũ vsufructu. idq́ue colligitur ex I. C. ibi, & in l.qui vsumfructũ.lviii.ff. eodẽ.& in l.& per iusiurandũ.§.illud.ff.de acceptila. probat textus bene intuenti, & ibi notat Bartol.in l.si alij. ff.de vsufr.lega. Iureconsultus autem in dicto §.j.l.si ita stipulatus,ideò addit uerbũ *pleno iure*:q̃a superius dixerat de stipulationibus quibus separatim agebatur de proprietate & usufructu.diuersumq́ue subdit quando stipulatio est de tota re:quod ex alijs iuribus intelligitur, etiam vbi simpliciter contrahitur stipulatio.Et ita cessant quæ ibi pungit Ias.nu.8.& 9.parum sibi constans, nec percipiens mentem. I. C. à quo cauendum

est,

eſt,quia uidetur concludere diuerſum eſſe ius,an res ſim pliciter veniat in ſtipulationem, an cum adiectione illa *pleno iure*;ad effectum textus ibi,quod eſt contra dicta iura.Et hinc eleganter confirmatur quod ſcribit cordatus
¶ doctor Franciſ. à Ripa in l. re coniuncti, nume.40. ff. de leg.tertiò,& tex.in d.§.primo dixit meliorem de iure Ma
5 ria.Soc.in §.Cato, numero 4. Ex his autem aptè infertur, ad poſſeſſores uel ſucceſſores maioratum(quod uerbum peculiare eſt Hiſpanorum, & Luſitanorum) utrum dicantur domini dum viuunt: dubitatio eſt ex eo quòd bona alienari nequeunt, quia familiæ perpetuo relinquuntur l.peto.§.fratre.l.cum ita.§.in fidei commiſſo.ff.de leg. ii. & vulgo eos vſufructuarios nō dominos appellari frequens eſt: idque colligitur ex Hiſpano.Xuar. alle.ix.pag. ulti.ibi, *quodāmodo uſufructuarius*: quod etiam colligi poteſt ex eodem in q.maioratus, poſt l.quoniā in prioribus, fol. mihi clxxxix. col.ii. & ſeq.& ita clarius Hiſpanus Arias l.Tauri.xlvj.n.5.ibi, *ſolum uſumfructum*: ſed contrariū uerius dicendū patet ex ſupra traditis:quibus habetur, verè quē dici dominum abſque facultate alienandi,etiam ſi bona alteri ſint reſtituēda, vt d.l. non ideo minus.ff.de rei vend.l.fi.C. cominu.de legat.& in ſimili probat l.fi. ff. de vſufr.ear.rer.& l.ſpecies.ff.de auro & arg.leg.vbi onus reſtituendi poſt mortē nō tollit nomen domini in vita, etiā ſi res concedatur nomine vſusfructus:explicat Paul. in l. Titia cū teſtamento.§. fi ff.de leg ii. Alcia.in l. rectè dicimus.ff.deuerb.ſig.& Claudius Marme.in §. nihil cōe,col. xii.& in terminis in habente maioratum,ut dicatur dominus, non tantū vſufructuarius,bene reſoluit Hiſpanus An
6 ton.Gomet.l.Tauri.xl.nu.75. Solent Doct. noſtri diſtinguere inter dominiū & proprietatem,dicentes dari dominium directum & vtile,per l.j.ff ſi ager vectigal.proprietatem dicunt ſemper ſtare pro dominio directo, vt notat Coraſ.in dicta l.pro parte,numero 5.cum Bald. quem citat in l ſi de proprietate.C.ſi à non compe.iudi.ubi dicit, numero 13.uerſic.& nota: idem notat Bald.in l.proprietatis,numero.1.C.de probatio.Deci.in c.cæterum num.16. de iudic.Iaſ.in d.§.nihil cōmune,col.ii.nu.13.& ibi nouiores:

res:idē Iaſ.in l.traditionibus, col.ii.C.de pact. & tanquā receptum tradit Molin.in conſuetu.Pariſ.folio cccv.col. iii.Alex.conſil.clix.num.9.lib.v.Ad hanc differentiam citat Iaſ.tex. in l. ſi procurator.xiii.ff. de acqui.rer. domi. ibi, *dominium & proprietas*:& illum citant nouiores,in d.§. nihil commune,& alibi.Sed tex.ille non probat,vt manifeſtè videri poteſt: & verius eſt quòd ſæpiſſimè proprietas & dominium pro eodem ponuntur, vt dicit Faber.in §.omnium,num.21. Inſtit. de Actio.& patet in illo tit.ff. de acqui.rer.domi. & in l.ſi. ff. de ſuperficieb. & alijs iurib.vt tradit Duaren.d.c.xvii. ad fin. Qua in re eſt aduertendum, ꝙ aliquando inuenitur in iure vtrumq; nomen proprietas & dominium ſimul. vt in l.iiii.C. de probat. ibi *proprietatis dominium*:vbi gl.& Doctor.explicant,ut nomē dominij ſtet expoſitiuè.quaſi d.proprietas,quæ eſt dominium,vel ecōtra dominiū,ꝙ ex proprietas.Similia verba ponit I.C.in l.ſi tibi xvi. ibi, *proprietatis dominium*.ff.q-bus mod.vſusfr.amitta.Pau. Caſtren.in d.l. proprietatis, num.1. obſcurè exponit aliter: ut dominium ibi ponatur ut diuerſum à proprietate,& intelligatur de dominio nu-
7 dæ proprietatis,quod magis inuoluit quàm exponit.Ego ex mente Saly.ibi.intelligo in d.l. accipi proprietatē pro ipſa re,in qua dominium quis habet:quod mihi probatur ex tex.in d.l.ſi tibi,(quā ita intelligo vltra Doctor.) dicit enim I. C. ꝙ habens uſumfructum emit dominium proprietatis:ꝙ planè refertur ad rē ipſam, ut indè dicamus ꝙ nomē proprietatis(vt uulgariter dici ſolet) ponit̄ pro ipſa re.Sicut ex vulgari locutione nomē poſſeſſionis,accipitur pro rebus & proprietatibus, l. interdum.lxxviii.ff. de uerborum ſigni.quæ malè citatur ab Alex.in d.§.differentia,col.fin. & ab alijs ſæpiſſimè. Ea autem differentia proprietatis & dominij adducitur in praxi ad quæſtionē agētis actione reali: an ſi dicat ſe proprietariū,uel ad ſe ſpectare proprietatē,obtineat probādo utile dominium?ſi enim de dominio tātum mentionē habeat,ſufficere utile,receptiſſimum eſt:Iaſ.in §.ſed iſte,nu.141.inſtit. de actio. & in l.ſi domus.§.ſi fundus,nu.5.ff.delega.j.Panor. Felyn.in c.cæterum, de iudic.in Libello autem uel

peti-

petitione proprietatis,id negare uidetur Bal.dum nimis insistit in illa differentia: & ita apertè resoluit idem Bal. in l.ii.ff.de condi.institu.quem sequitur Pau.ibi:& Ias.du bius in d.§.nihil commune nu.16 cum sequen.& ibidem Areti.& Fabius.nume.17.& Deci.in d.c.cæterum,nume. 16.de iudic.Alex.Consil.clxxxiii. numero 2.lib.iii. Dubitat tamen Alex. in d.l. si quis vi.§.differentia, col.fi.in princi.dubitat Iacobin. à S.Georg.in rub.ff.de rei vẽdic. nu.7.dicens ꝙ nõ ausus fuit in praxi recedere à Bal.quia non inueniebat contra dicentẽ. Contra Bald. in hoc tenet Ias.sibi contrarius,in l.sed & si possessori.§.item si iurauero,n.27. ff.de iureiur.& hoc dicit uerius Rip.in d. §. nihil cõmune, nu.7.& ibi Hormanot.num.9.& Rubeus nu.97. Berengari.nu.48. citantes Alex. in l.si finita.§.si de vectig.col.j.ad fi.ff.de dam.infe.qui non loquitur indistinctè,sed tantũ ubi ex narratis constat: licet agens se dixerit proprietariũ, proponebat causam utilis dominij. Mihi placet hæc opinio contra Bald. ex regula l. si quis intentione ambigua.ff.de iudic.ex doctrina Bar.in d.§.itẽ si iurauero:& in l.j.C.de usuf.& ex iuribus supra citatis, quibus probatur proprietatem & dominium pro eodem accipi solere. Addo pro hac parte Fabr.in §.omnium,nu. 21.uersi.satis:instit. de actio. facit regula iuris reijciens verborũ captiones: maximè quia opinio Bal.esset inutilis,attẽtis clausulis quæ in libellis ponũtur:omni meliori modo,& similibus:quæ maiores defectus supplẽt ut tradit Ias.in §.omniũ, ad finẽ,insti.de actio.Soci.in d.§.nihil cõe.nu.3.Deci.in l.petens.n.5.C. de pact.Ias. & Alc.in l. certi cõdictio.§.si numos.nu.17.ff. si cert.pet.His præhabitis circa dominiũ & proprietatẽ, necessarium est de u-
9 fructu.agere, cũ in ius uersetur tota hæc l. & l.cùm oportet, aliaq; iura noua, diuidentia acquisitionẽ inter patrẽ & filium.Et de usufructu ante alia notandum est,ꝙ glo. & Doct.communiter eum diuidunt,ut alter formalis:alter uerò causalis appelletur: gl.ordinaria,in prin.Inst.de vsuf.Bar.in l.j.col.ii.n.4.ff.de cõd.ex leg.Appellantq; formalẽ qui separatus est à dominio,& dicitur seruitus personalis,l.j.ff.de serui.hic est de quo agitur C.& ff.de usu fruct.

fruct.& sæpissimè fit mentio in iure:nouè explicat Rip.in l.re coniuncti.nu.38.vers.considera. Vsumfructum causalem appellat glo. quem habet dominus rei,quasi pendeat ab eadem causa dominij: & est recepta traditio gl.vt per Ias.in §. æque si agat. num.4.Institu.de actio. Alex.in l.si ita stipulatus,§.j.num.2.ff.de verb.oblig. Maran.in l.is potest,nu.172.ff.de acquiren.hæred.Contra glo.& communem illam resolutionē est Duaren. in d.l. si ita stipulatus. 126. Coras.lib.v.miscella.cap.iii. & ff.de seruit.Connan. lib.iiii.c.iii.chart.ccxxxj. qui non debuerunt inuehi contra gl. & Doct. ob illam diuisionem vsusfructus,quæ non videtur tam obsurda : multa enim vocabula in vnaquaq; disciplina finguntur docendi gratia,maximè quia ipsi admittunt vocem illam vsusfructus *formalis*, quæ non magis inuenitur apud Iureconsultos,quàm altera *causalis*.Itē præcipuum eorum fundamentum contra gl.& Doct.adducitur, quòd in iure non inuenitur nomen vsusfructus in domino rei, sed tantum in eo qui habet illud ius fruendi rebus alienis. l.j.ff.de vsufruc.dominus autem facultatem vtendi,& commoditatem habet,non vsumfructum, secundum eos : quod prius dixit Bart.in d.l.j.num.4.ff. de condict.ex leg.& in l.qui vsumfructum,ante fi.ff.de verb.obl. Idemque ante illos nouiores scripsit Alcia.in l.rectè dici-
10 mus. ff.de verb.signifi.At contra eos pro gl.& communi, vrget text. in l.si cum testamento.xxj.§.si fundū,ff.de except.rei iudic.quem gl.adduxit,vbi vsusfructus dicitur apud dominum rei: nec obstat responsio Coras.in l.j.nu.3. pag.xxxj. ff.de seruit. dicentis, quòd I.C. ibi refert verba agentis in iudicio.Contrarium enim verius apparet ex litera text. vbi I.C. ea verba vt sua scribit : quod magis patet ex text. in fi.ibi, *ex noua causa meus esse cęperit*. ibi text. loquens de fructuario, qui emit proprietatem: dicit nouū vsumfructum vel ex noua causa dari : & sic in domino rei appellat vsumfructum : probat etiam tex.in d.l.cxxvj.§.j. ff.de verb.oblig.ibi,*de vsufructu qui proprietatem comitatur.* Idem probat text.in l.iiij.ff.si vsusfruct. peta.ibi, *cum proprietate vsumfructum esse*. Idem probatur in l. Sempronius xxv.ff.de vsufruct. leg.ibi, *de eo vsufructu,qui coniunctus est*

hæredis

hæredis personæ. facit l.qui vsumfructum,ff.de verb.oblig. dum vsumfructum partem rei appellat.sic tex.in l.si à reo lxxj.§.reo,ff.de fideiusso.nec enim ibi de vsufructu formali agitur,sed de eo quod cum dominio est,& tamẽ vsusfructus appellatur: fatemur tamen proprius & frequentius vsumfructum de primo dici: & pro nouioribus est melior text.quem ipsi non adduxerunt, in l.quod nostrum.lxx.ff. de vsufruct. vbi I.C.apertè negat vsumfructum in eo, qui rei dominus est.Pro notitia & vtilitate terminorum illud
11 est notandum,ꝙ vt sit vsusfructus non exigitur necessariò vt relinquatur vel donetur per verbũ vsusfructus:sed sufficit relinqui vel dari fructus ad vitam,vel in singulos annos,vt ita vsusfructus dicatur,vt habet text.in l.si quis ita xxiiij.ff.de vsufr. & l.cum ita,ff.de vsufru.lega.& ita docet gl.recepta in d.l si quis ita: Bart.in l. fundi Trebatiani,n.1.ff.de vsufru leg.Bart.n.10.& Pau.col.ij.in l.cotem. §.qui maximos. ff de publica. Idem probat text.quem gl. Bart. & alij non adducunt in l.per seruum,§.j. ff.de vsu.& habita.ibi,*Si vsusfructus an fructus legetur nihil interest*: effectus est maximus & vtilissimus,quia si ex dipositione loquente de fructibus, nõ resultaret vsusfructus,quatenus seruitus est, daretur tãtum actio personalis sine iure possidendi rem: possetq; res alienari,nec actio daretur contra tertium possessorem,vt probat tex.in d.l.fundi Trebatiani: & regula l.fi.§.fi.ff.de contrah.empt. Suntq; plures alij effectus, vt colligitur ex Pau.in l.vt pomũ,ff.de serui. tradit Cæpol. de seruit.vrba.c.ij.Tiraq.de retrac.ligna.§. viii.gl.v.n.7.Hispa.Ant.Gomet.de cõtract.c.de seruit.fol.
¶ cxvij. col.ij. Ex illis iuribus comperies lapsos aliqñ fuisse Doct.magni nominis,putantes non dari vsumfructũ, cum legatũ vel donatio eum non exprimit: nec sufficere ꝙ fructus rei annui dentur: ita contra illa iura scriptũ reliquit Fely.in c. auditis,ad fi.de præscri.Ias.in l.cum hi.§.j.ff.de transac.Cæpol.de seruit.vrba.c.iiij.nu.7.decepti per tex. in d.l.fundi Trebatiani:vbi relicti fuerunt fructus,nec resultauit vsusfructus,sed actio tm̃ ad eos petendos.At tex. ille secundũ gl.Bar.Albe.& Doc.cõiter procedit,ex eo ꝙ verba relicti, obliqua erãt,quibus testator voluit fructus

illos dari legatario: & sic non directo eos legauit, significans vt à manu hæredis acciperet, vsufructuarius autem possidet & percipit per se, secũdum iuris principia: ideoq; ex qualitate dispositionis significatur mens disponentis l. non codicillum, C. de test. & ita ad d. l. fundi Trebatiani, notat glo. magistra. in d. l. si quis ita, & ibi Alber. Angel. & alij: Paul. in l. inter omnes, num. 5. ff. qui satisdar. cog. Matthæ. Afflic. decisio. cclij. num. 1. & nu. 3. Alex. consi. ccxiiij.
13 nu. 1. lib. vj. glo. & Bar. in l. Caius. ff. de annu. leg. Nec obstat tex. in l. defuncta. 65. §. Sempronio. ff. de vsufru. vbi per illa verba, *ex reditu fructuum oleris & porrinæ partem sextam do, lego* non resultat vsusfructus: Alber. enim ibi, cum glo. recepta in d. l. si quis ita, intelligit non esse vsumfructum, quia non omnes fructus legabantur, sed pars quędam eorum: quę interpretatio tuta nõ uidetur: cum enim relictũ, vel donatio fructuum, inducat vsumfructum, per iura sup. adducta: idem uideretur in relicto partis, iuxta regulam. l. quæ de tota. ff. de rei vend. Contra communem magis urget doctrina l. v. ff. de vsufr. dum. I. C. ibi inquit, vsumfructũ pro parte diuisa vel indiuisa constitui posse facit l. j. §. si vsusfructus ff. ad leg. falcidiam. Videtur igitur ꝙ eodé modo in parte fructuum dicatur vsusfructus: & ita tenendo, responderi posset ad d. §. Sempronio, ꝙ ibi fuit relictũ *ex reditu*, vt habet litera Florentina & alij plures libri: quod verbũ longè differt à fructibus, vt in d. l. fundi Treba. Item licet litera stet (vt alij libri habent) *ex reditu fructuum* diuersum adhuc erat à fructibus, *vt* sic ex qualitate verborũ ibi testator nõ fructus, nec vsumfructum, sed quod ex illis redigeretur, legasse videatur. Et licet reditus & fructus æquiparari videãtur, ex l. vij. ff. de vsufr. non tñ negari pót differétia inter fructus, & reditus ex fructibus: vt omittã alia quæ differentia inter ea verba tradunt aliquando Docto. & gl. c. generali, verbo reditus, de electio. in vj. Tiraq. de retract. ligna. §. j. glo. vj. in princ. & hoc videtur probare Fulgo. in d. l. si quis ita ff. de vsufruc. arguens contra gl. & communem. Sed minus recedendo à recepta interpretatione d. §. Sempronio, resoluẽdum videtur, posse vsumfructum dari in parte fructuum alicuius rei: sicut in parte

te eiusdem rei:iuxta d. l. v. iunctis dictis iuribus l. si quis ita,& l. cùm ita:nec hoc in specie negarent gloss. & Doct. Sed differentia sit,vt quamuis relictis vel concessis fructi- ¶ bus totius rei,videatur dari vsusfructus:non ita præsuma tur,relicta vel concessa parte fructuum:idq; in dubio, ne ex communione possessionis discordia detur, iuxta l. cùm pater §.dulcissimis ff.de leg.ij.Simul etiam vt cùm donata rius vel legatarius totos fructus rei nõ habet, possessio sit penes hæredem vel personam principalem : argum. l.v.ff. famil. ercifcund. Quæ interpretatio rationem habet, & maximè confirmatur ex traditione Paul. Castren. in d.l. 15 contem.§.j.in fin.ff.de publica.& vectiga.Ante alia colligendum est ex litera huius l. verè scribentes appellare solitos patrem legitimum administratorem. quo nomine vbiq; in hac materia vtuntur omnes . Ex supra deductis autem,circa vsumfructum videtur confirmari, quod scribentes indifferenter sentiunt,vsumfructum patris, in hac materia dici formalem, cum dominium rerum sit penes filium:licet enim in hoc titulo & sequenti,specificè id non tradatur : ita tamen Docto. sentire, satis ex eorum dictis colligitur:& ita tradit Nouellus in l.cum filio, nume. 42. ff.de lega.j. ita Hispan.à Castello.l.Tauri.xlviij.colum.ij. ita apertè notat Ba.quem illi non referunt in l. fi. in fine, supra ad Tertul.& ibi Corn.numero.2.idem colligitur ex gloss.& Docto. in l.tertia sup. de vsufruct. notat Palac.in repeti. Rubr.§.xlij.numero 13. Sic in parente transeunte ad secundas nuptias,dicitur hodie vsufructus formalis, in bonis quæ habuit ex lucro nuptiali, vel ex successione filij prioris matrimonij:vt resoluit Rip.in l.fœminę,nu.68. C.de secund.nup.Arelatan.in l.generaliter,nu.92. eo. tit. 16 Picus in §.Titia cum nuberet,num.36. ff.de lega.ij. Non tamen est tuta argumentatio (qua vtuntur nostri in dictis ¶ locis, & alibi sæpe) de alio vsufructu ad hunc quem pater habet in aduentitijs : quod ostenditur ex verbis huius lege supra relatis, dum inquit, patrem esse legitimum administratorem, & omnia posse gerere ac si perfectè dominus esset:sic l.cum oportet. §. non autem ibi, *plenissimam potestatem*.infrà titu.j. quæ potestas nullibi tam ampla da-

tur vsufructuarijs: & hanc differentiam apertè constituit tex.in l.fi.§.sin autem ęs alienum,in fi.eo.ti.ibi, *& alijs omnibus quæ ab vsufructuarijs extraneis exigi solent*. Alij autem vsufructuarij dicuntur habere rei custodiam,quod longè minus est, vt in l.j.§.fi.cum l.seq.ff.vsufructua.quemad. caue. nec ea verba tantum tribuunt, quantum ex illis ¶ colligunt scribent.nam Bal.ibi colligit quod vsufructuarius potest agere nomine proprietarij. Bart. in l. de die. §.quidem.ff.qui satisda.cog.colligit ex illo tex.vsumfructuariũ habere mandatũ generale, & cẽseri procuratorẽ in rẽ suã:& Paul.in l.cum apud quem.C.de vsufruc.Bal. extollens in c.quoniam frequenter, col.fi.n.11.vt lite nõ contes.tradit Ias.in l.j.§.vsufructuar.nu.3.ff.de nou.oper. nũtia.Molin. in cõsuet.Paris.tit.§.j.gl.j.nu.10.sed melius aduertit in hoc,ad illũ tex.Rubeus in l.non solũ.§.morte, nu.12.ff. de noui.ope.nunt.Crotus in l.j.nuntiatio,nu.9. ff.eod.titu. & prius contra communem allegationem illius tex.aduertit Fulgo.ibi.Hinc inferò primò,quòd ubicunque alius vsufructuarius dicitur dominus,multo magis dicetur pater legitimus administrator habens vsumfructum aduẽtitiorum:& eandẽ ratione infertur,in multis posse deficere ius alterius vsufructuarij, nõ patris hoc casu: cũ ei amplior potestas à lege concedatur:ꝙ addendum est eis quę notat gl.in l.iii.ff.de vsufr.gl.& omnes in l.naturaliter.§.nihil cõe, dũ agunt de vsufructuario,an &
28 quomodo dicatur dominus,de quo inferius.Inde ii.infertur ad quæstionẽ agentis rei vendicatione vel dicentis se dominũ rei, scribit enim Bal.in l.quis vsumfr.ff.si vsusfr. peta.quod is probãdo sibi cõpetere vsumfructũ in re,non obtinebit: secus si simpliciter diceret se dominum, nec exprimeret rei vendicationẽ: quia secundum eum censeretur se referre ad dominiũ iuris vsufructus,& tunc obtineret:quã resolutionẽ ibi probat Fulgos.& ita Bal.in l.ii. ff.de cond.inst.probat Alex.in d § nihil cõe.nu.6.Ripa.n. 27.Claudius Marm. nu.46.Fabius.nu.34.Dec.nu.19.Rubeus,n.119.Alc.in l.rectè dicimus.ff.de verb.sig. & concordãt omnes in hoc,vt succũbat vsufructuarius quando dixit se dominũ expressa rei vẽdicatione: quia secundum

cos non datur vſufructuario, ſed tantũ confeſſoria,& ita cum Bal.Iacobi.à S.Georg.in Rubr.ff.de rei véd.nu.8.Igneus in l.j.§.domini,j.col.antepe.ff ad Syllan.Sed Soci. in d.§.nihil cõe: & prius Aret.col.j.& Alex. in l. ſed & ſi poſſeſſori.§.itẽ ſi iurauero , & ibi Iaſ.n.11.ff.de iureiur. cõcludunt q tunc ſufficiet vſusfructus. Idque iudicatũ in praxi colligitur ex Capitio deciſ.xcvi. in fi.licèt ex nu.3. variè argumentetur. Et hæc opinio mihi placet ex verbis d.l.qui vſumfructũ, in fine,ibi,*dominium*:& ex traditis à Iaſ.in d. §.itẽ ſi iurauero : & ex verbis Bar.in Rub.C.de vſufr.& ex cõi ſentẽtia,quæ habet ſufficere tunc emphiteoſim,ſecundũ Bar.in l.ſi mater eandé.nu.4.ff.de excep. Imò dicunt ſufficere tunc conductioné ad longũ tempus: per tex.in l.j.§.qui in perpetuum,cum l.ſeq.ff.ſi ager vectig.ubi Ang.notat:& Bar.in l.codicillis.§.inſtituto ff.de legatis ſecundo.quod multis confirmari poſſet, ex traditis à Boer.deciſ.ccxxxiiii. melius à Tiraquello de retractu ligna.§.j.glo.xiiii.nu.79. Nec placere poteſt verbalis differentia Bal.Alex.& aliorum, diſtinguẽtium an agens dicat ſe dominum ſimpliciter : an dominum rei. credoq; eã doctorum controuerſiam inanem:quia in praxi,vel in primis articulis, vel in reliquis ſemper exprimitur cauſa agendi & dominij : vt ſic probatio vſusfructus deducta & probata ſufficiat: nec erat falſum concedere fructuario vendicationé,ex Bar. in d.Rub.C.de vſufr.bonus tex. in l.vti frui.§.j.ibi , *in rem actio fructuario*.ff.ſi vſusfr.peta. In patre autẽ legitimo adminiſtratore (cui lex hæc amplius ius concedit) videretur ceſſare controuerſia ſcribẽ. vt dicamus nouè,procedere libellum,quo pater proponeret ſe dominum, & ageret rei vendicatione,quia hæc lex & l.cum oportet:pleniſſimum ius ad agendum patri concedunt,ac ſi perfectè dominus eſſet:& talis petitio patris ſuſtineretur omnino ex ſuo iure & filij , ac ſi dominium & vſusfructus in patre concurrerent.nec patri negarent, quod alij fructuario negant Crotus & Rubeus citati ſupra proximè nu.16.in fin.

19 Ex eadẽ differẽtia vſusfructus paterni ad alios , infero. iii.ad quæſtionẽ gl.in l.cũ oportet.§.non autẽ,infr.tit.de

seq.verb.mobiles: ubi cōcludit vſumfructū patris nō cessare mutata forma rei,cū alias ex ea causa usufructus cessare soleat,iuxta tex.in l.v.uerſ.*rei mutatione*:& uerſ. Si *areæ*: ff.quib. mod.vſufr.amit.& ſententiā gl.probāt ſcribēt.ſpecificè Salyc.& Paul.probat,etiā Bal.in Authen.excipitur, n.2.eo.tit.& ratio manifeſta eſt , q̃a durat patria poteſtas, cū qua vſufructus continuatur,& ſi nouus eſſet, nouè etiā acq̃reretur: quod ex Floria. tradit Firmia.de Gabellis vj.
20 par. n.12. Ex eadē prærogatiua vſusfructus paterni.iiii. reſultat alia differētia,ut pater ſatiſdare nō teneat̄,nec de vtendo arbitrio boni uiri,nec de reſtituendo,nec rationē reddere,nec alijs oneribus grauari,ut in d.l.cum oportet. §.non autē:& in l.fi.§.ſin autē, in fi.infr.tit.j.quod lex tribuit paternæ reuerentiæ:C. ita limitatur generalis regula l.j.ff.vſufruct. quemad.cauea.dū iubet vſumfructuariū ex quacunq; cauſa,ſatisdare,ab illis enim uerbis geminatis & uniuerſalibus excipitur pater. per hæc noua iura, quorū deciſio cōfirmatur ex eo quod in ſimili docebat I.C.in l.filio.vii.ff.ut lega.ſeu fideic. nom. caue.ubi aliquid remittitur patri circa onus ſatiſdandi:idq; iuuatur ex maxima cōfidentia quam lex habet de patre erga liberos:vt multis probat Tiraq. in l.ſi unquàm,in princ.ex nu.25. & quod in ſimili notat Iaſ.in l.nemo poteſt.ii.lect.nume.68.
21 ff.de leg.j. Eeodē reſpectu,& ſic.v.pater legitimus adminiſtrator ſecundum ſcrib.cōiter non tenetur inuentarium cōficere, ut notat Bal.& Corn.d.l.cum oportet.§.non autem per tex.ibi , verbo , *ratiocinia* : dicunt enim ſcribent. in locis ſup. citatis , quod confectio inuentarij eos tangit, qui rationē reddere tenentur, & ita Alber.hic n.2.dicens quod ita vidit ſeruari:& C.in d.l.cū oportet.iiii.q.ad fi.Ex quo limitat̄.l.tutor qui repertoriū.ff.de admin.tuto.quod etiā colligitur ex Bal.in l.Orphanotrophos.n.7.C.de Epiſco.& cler. & hoc ut receptum tradit Boer.deciſio.lxj.nu. 5.& nouiſſimus in patrocinio pupillor.pag.xx.De quo tamen dubitauit Specul.in titu.de inſtru.edit.§.uiſo , num. 14. Cuma.conſil.lxxxix.num.3.ubi ſubdit honeſtius factu
22 rum parentem , ſi inuentarium conficiat. In alijs autem uſufructuarij, dicit alias tex.in l.pri.§.rectè.ff.uſufr.quē-

ad.

ad.caue.rectè dominum & usufructuarium facturos, si in scriptis redigăt,quæ bona sint fruenda vbi gl. verb.fauēt, ¶ id intelligit de consilio. Ego autē intelligo posse dominū id iure petere & obtinere,ut usufructuarius inuentarium conficiat, ne bona occultari possint:nec id negaret I.C.si casus proponeretur. quod dominus id peteret à fructuario:& ita uidetur sentire Angel.in §.constituitur,col. secunda uersi.ex quo,ibi, *inuentarium*: Instit.de vsufru.facit pro hoc iuris regula, ne fraudi occasio detur.l.in fundo, sup.de rei uendica. & alia regula ad multa utilis, de qua per Bartol.& alios, in l.secunda, ff.solu. matri. quod tibi non nocet &c.Facit item notabilis doctrina I.C.in l. prima,ff.si quis cautio.ibi, *neutri parti onerosa*.& ibi notant ad multa Pau.& Ias.facit etiam, nam regulariter obligatus est restituere:tenetur inuentariū conficere: ut colligitur ex Guido.in tracta.de forma inuenta.& in cons.xlij.& latè Vitalis in tract.clausula.pag.mihi.cxc.& quod notabiliter tradit Pau. in l.cum tale.§.j. ff. de condit. & demons. facit etiam quod in pulchro casu tradit Alberi.in l.fi. nu. primo.ff.de bon.auto.iud.possid.De inuentario conficiendo ab uxore post mortem viri retinente bona pro dote: facit.l.cum domini.lviii.ff.loca.ibi,*& ea quæ ibi sunt de scribere*: facit itē nam hoc casu non est minor ratio obligandi usufructuarium,ad conficiendū inuentarium,quam est in alijs personis, de quibus per Rebuf.de consti.Gall.primo tomo,tracta.de senten.prouis.arti.tertio gl.iii.num.8.ubi in specie hoc tradit de usufructuario:& in terminis tradit Alexand.consi.lviii. num.8. libr. quod ibi prudenter probat & in terminis, ita illum textum citat & intelligit Picus in §.Titia cum nuberet.num.142.ff.de leg.ii.& Iacobin.à Sācto Georg.in l.fi.§. primo in fi. C.de iur. deliber. & ita Bellon. consil.liiii.numero 1. & in fortioribus terminis, ita intelligit Mathæ.de Afflict.decisio.cccxlii.& dicit ita fuisse iudicatum.Sed nec ipse nec alij aduertunt ad gl.sup.citatam,quæ id de consilio intelligebat, quasi non de necessitate, sed in hoc reijcienda est glos. Quo enim colore negare posset usufructuarius inuentarij confectionem?maximè cū uulgare sit illud:qui malè agit,lucē odit.

23 Imò contra supra citatos, scriben. crediderim uerius esse,
¶ ut etiam pater legitimus administrator, compelli possit à liberis uel à iudice, ut inuentarium conficiat: id enim longè differt ab onere cautionis, uel satisdationis, uel rationis reddendæ, alijsve oneribus quæ extraneis imponi solent, à quibus pater excusatur, in dicto §. sin autem ęs alienum, in fi. Imò nec onus rectè appellabitur hoc casu inuentarij confectio. quia tantũ respicit probationẽ ueritatis, ne tempore bona illa occultari possint: ut prudenrer deduxit Alexand. dicto consil. lviii. cuius rationes hic militant. Nec est contra fiduciam quam lex de patre habet, quia hoc respicit restitutionem faciendam post mortẽ patris, & sic ne ab aliquo postea fraus liberis fiat. Quod iuuatur ex Bar. l. prima, §. penul. ff. de vent. in possess. mit. & ibi Ale. ad eũ: ubi licet prohibeatur sequestratio regulariter, admittenda tamen sit inuentarij cõfectio, tanquã res nullius præiudicij, ut sic cõuentus teneatur bona describere: quod etiã probat Bal. l. vna, ad fi. C. prohib. sequest. & ibi Curt. nu. 16. Et in accusato notat Bartol. in l. mandatis. ff. de requiren. reis: quẽ sequitur Plat. in l. defensionis. C. de iur. fisci. Boer. referens alios in decisio lxj. nu. 21. in fi. & Guido Pap. decisi. ccclj. vbi Ioa. de gradib. in additione, nullo fundamento, in patre legitimo administratore, secundum hanc opinionẽ se iudicasse refert: quod etiã probat Francis. de Porcel. in tract. de inuenta. c. ii. nu. 14. & Bertran. consi. cccxiii. nu. 6. lib. j. iuuaturq; hæc opinio, ex l. iubemus §. j. sup. ad Trebel. & ita sæpissimè usu obseruatũ vidi: moriente enim uxore, pater legitimus administrator, inuẽtarium cõficit, in quo describuntur omnia bona, tã patris quàm liberorum. Idque cõsonum est l. Regni, lib. j. titu. lxvii. §. iiii. & §. vii. & ita cõprobo, quod dubitarunt Specul. & Cuma. in locis sup. citatis. Sed q. a adduxi
24 Bart. in dictis locis uolentẽ quod cõuentus uel accusatus, à quo bona petuntur, posit compelli, inuẽtarium facere, idq; receptum uidetur ex su. relatis. Ego non puto indistinctè uerum, ex uerbis. d. l. defensionis facultas, ibi *cũ facultates eorundem controuersia pendente, inquietari describiq; fas non sit:* & ibi: *cum rei exitus probauerit, tunc demùm res per se*

qui

qui liceat,& ſuper modo facultatum interrogationem haberi. vanaque eſt reſponſio Bar. in d.l.mandatis:& Ioa.Plat.in d. l.defenſionis : & aliorum dicentium ibi prohiberi deſcriptionem ad ſequeſtrum, vel occupationem,non ad inuentarium. Hoc enim eſt apertè contra verba illius l.& mera cauillatio,quæ à iure improbatur : verbum enim *deſcribi.* inuentarium ſignificat. Item verba illa, *tunc demum interrogationem haberi* : manifeſtè indicāt, ante ſententiam non compelli reum , ad inuentarium faciendum , arguendo à verbo, tunc iuxta l.iiij.§.fi. ff.de condit.& demonſt.Et de alio inuentario occupationis poſt ſententiam , loquitur tex. Bal.& alij, in l.ſi quis intra,C.de bon. damna. Facit, nam & eo caſu inuentarium non leuis eſſet inquietatio reo : vt patet ad ſenſum,& colligitur ex l.ij.verſ.*quid enim tam durum*. C.quando & quib.quar.pars:ideò de opinione Bart.& communi rectè dubitaſſe videtur Picus , in l.poſt contractum,nu.96.ff.de donat.vbi tamen inquit,eſſet no-
25 tabile ad praxim,quod Bar.tradit, & ita practicari. Qua
¶ in re ego probarē opin.Bart.& aliorū,vbi aliqualiter conſtaret de maleficio ex quo bona veniunt publicanda , ne forte bona occultantur : vel vbi eſſet timor fugæ: non aūt ſimpliciter ob ſolam accuſationē,vt incautè doct.ſcripſerunt. Quod confirmo ex traditis à Bal. in l.executorem, nu.16.& nu.18.C.quor.appe.non recip.aliqua enim ſummariè ante ſententiā pronuntiantur,ſed nō omnino abſq; cauſæ cognitione , vt colligi pōt ex multis quæ omitto. Facit tamen ꝙ ſcribit Alb.in l.iubemus.C.de proba.& reſoluit Dec. conſ.175.nu.5. & Alex.conſ.205.nu.7.& ſeq. lib.vj.quibus concordat l.Regia,lib.iij. tit.xlvj.§.antepe.
26 ibi,*per qualquer*.Aduerto etiā ꝙ Bart.in d.l.mandatis:Platea & Rebuf.in d.l.defenſionis:Picus in d.l.poſt cōtractū: loquuntur de accuſato,& videntur id tradere,vbi bona fiſco eſſent applicāda.Barr.aūt in d.l.j.§.fi.ff.de vēt. in poſſ. mit.Bal.& Curt.in d.l.vna,limitando text.ibi, generalius loquuntur, & ſic in qualibet cauſa ciuili:& ita indiſtinctè Guido,& Boer.dictis deciſionibus. Quod poteſt dici receptum attento numero ſcribentium:maximè cum hucuſq; nemo videatur contra dixiſſe. Sed ego id indiſtinctè non admit-

admitterem, nec crederem, conuentum à quo bona petuntur compellendum esse ad conficiendum inuentarium ad petitionem agentis, qui de iure suo nihil ostendisset:ne fiat nouatio lite pendente contra iuris regulā:& ex ratione dictæ l.ii.C.quan.& qui.cū sup.adductis.Quæ
27 omnia iudicantis arbitrio committenda sunt. Quòd auté uolunt hæc iura nō teneri patrem rationem reddere, nec cauere, nec bona tacitè obligari: procedit specialiter in patre legitimo administratore, scilicet habēte liberos in potestate. Diuersum enim est ubi pater tutor fuerit, vt notarunt Bal.Paul.Corn.in l.cùm oportet.§.sed cùm tacitas, infra titulo seq.Bal.in d.l.Orphanotrophos, nu.7. C.de Epis.& cleri.Bald.Paul.Areti.in l.si superstite.C.de dol.per tex.ibi facit: tex.in l.licet, & ibi notāt Docto.C. ad leg.Falc.notat Ias.in l.præses,n.3.C. de transact.Cro. in l.frater à fratre,nu.56.Firmia.de Episco.nu.63.Hispa. Xuar.q. de maior. ad fin.col.vlti.per tex.in l.litis contestatæ.§.pater.ff.de nego.gest. Chass.in cōsuetu. Burg.fo. ccxxiiii.col.iii.in fin.cum seq. Ratio differentiæ manifesta est: quia pater legitimus administrator, totum commodum habet,solaq; proprietas est filiorum,qui sub eius potestate sunt:pater autem tutor est, non filiorum in potestate,sed emancipatorum,d.l.si superstite:& alibi sæpe. ut per Ias.in l.si infanti,nu.8.C.de iur.deliber.& probat
28 Institu. de legit.paren.tute.Ex quo sequitur matrem tutricem non excusari reddenda ratione, & alijs oneribus tutorum.gl.l.fin.§.sinautem,verbo,reuerentia.& ibi Bal. & alij,infr.titu.j.Bal.Pau.Corn. in d.l.cùm oportet.§.sed cùm tacitas:gl.notabilis in l.si quis prioris.§.fin. in fin.C. de secund.nup.Alex.consi.cv. ad fi.lib.iii. Gozadin.consi. lxxx.in fin.& eius bona tacitè liberis obligantur.l.si mater C.in quibus caus.pign.taci.cont.notanter Deci.cons.
29 591.cui addo Bal. in l.cùm pater.ff.de neg.gest.Inde etiā sequitur, ꝙ pater tenebitur rationem reddere bonorum filij,in quibus vsumfructum nō habet:ut in reditibus præbendæ vel dignitatis, secundum Bart. Bal.Ange.Paul.in dicta l.litis.§.pater.ff. de nego. gest. Socin. consi.xxxiiii. libro j.Hispa.d.q.minor.Palac.in repet. Rubri.§.xlii,nume.

me.9. Areti.in l.fi.§.j.ff.de verb.oblig. latè Aymon.consi.
30 ccxviii.nume.3 Inde sequitur, ꝙ in his quæ ius remittit
patri in hac materia, non est ratio,est ob sola confidentiã
quam lex de patre habet:& enim idem amor concurrit in
patre tutore, & ubi administrat bona filij,in quibus non
habet usumfructum, & tamen non excusatur tunc ab o-
neribus tutorum.igitur dicendũ est,ꝙ multũ hic attẽditur
ususfructus, quẽ plenissimũ pater habet,quia res sua di-
citur cũ legitimus administrator est. Quod nõ aduertunt
scribẽ.in uarijs locis, totum tribuẽtes paterno nomini:in
quo cauendũ est à Decio,in l.pactum,col.fi.in princ.versi.
31 & patet.C.de collatio. Sic pater cauere tenẽt in casu spe-
ciali,quãuis filios in potestate habeat, in l.iubemus.§.j.
sup.ad senatuscon.Trebel cũ transit ad secundas nuptias:
& hoc in casu illius tex.nõ regulariter in hac materia, vt
ibi notãt Fulg.& Corn.tradit Io.à Garro.in Rub.C.de se
cund.nup.num.17. quod latius scribo in l.fin. infra eodẽ.
Sic patre trãseunte ad secundas nuptias, bona eius obli-
¶ gantur liberis prioris matrimonij, pro ijs quæ reseruare
eis tenetur l.si quis prioris.§.fi.C.de secundis nup.ad quã
non aduertit Corn.cõtradicens.in d.l.cum oportet.§.non
32 autẽ:ubi malè repræhendit Fulg. Limitantur etiam hæc
iura in ijs quæ pater donauit filio emancipato,uel ex cau
sa quæ omnino ualidet donationẽ filiof. Si enim pater re
tineat bona donata filio, tenebitur rationẽ reddere eadẽ
ratione de qua proximè nu.23.ita Ang.in d.l.litis cõtesta
tæ.§.pater, per tex.ibi,qui id probat:quia loquitur de re-
bus à patre donatis:& Ang sequitur Hispan.Xuar.d.quæ-
stio.maior.in fi.quod est notabile:posset enim dubitari ex
eo ꝙ cũ pater ipse donauerit bona,videretur mitius cũ eo
agendum:argu.l.diuus Pius, & ibi Deci.ff. de reg.iur.cũ
alijs,quæ forsan inferius tractabimus.Sed pro Ang. ut re
gu.obseruetur in patre à quo donatio processit : faciunt
duo iura notabilia, & non trita apud scrib.tex.in l.ii.C.si
¶ aduers.donat.& tex.in l.si ad resoluendum.C.de præd.mi
33 nor.Sic ubi pater dolosè administrauerit,eius bona obli
gantur, & ipse tenetur rationem reddere:secundum Bal.
& alios, in l.cum oportet.§.fin.per text.ibi : vult glos.in

§.non

§.non autem,eiusdem l.& ibi Corn.num. 3. hoc receptum dicit. Idem tradit Soci.consil.xxxiiij.nume. 15. & sequen. lib.j.vbi uidendum est:& Alex. in l.Imperator. ff.ad Treb. Et resoluunt Doct.in hoc esse differentiam inter dolosam administrationem & culpabilem:vt hæc limitatio nõ procedat,nisi vbi dolosè gessit pater:tradit Neguzan.de pign. iiij.membr.ij.part.num.13.& num.16.Areti.consil. lxxij. numero 7.versicu.ad sextum . Sed etiam cessante dolo, si pater dissipet uel aliter noceat liberis, succurritur eis, vt pater priuetur administratione: ex traditis per Alex. nu. 6.in dicta l.Imperator:resoluit notanter Ioan.Nico.Arelata.in l.generaliter,ex num.155.C.de secund.nupt.quod inuoluit Soci.d.consilio xxxiiij.nume.15.cum sequen.libro j.& hæc uidetur probare Palac. in repet. cap. per ve-
34 stras.§.xvij.nume.13.Cauendum igitur est à Paul. Castr.
¶ in d.l.cum oportet. §. sub hac tamen : dum æquiparat casum remouendi patris ab administratione,dictis articulis obligandi bona , & reddendæ rationis : ad hæc enim duo exigitur dolus,nec sufficit culpa:ad remouendum uerò patrem sufficit negligentia & culpa,secundum magis communem resolutionem,ex Barto.& aliis, maximè Alexan. in l.Imperator,col.ij.& ibi idem Paul.& Arelata.vbi sup. quod sentit gloss.in d.l.si quis prioris.§.fin.ibi,*de fraude uel*
35 *si alienet*. Vnde cauendum magis est à Bart. in d.l. cùm oportet.§.non autem:vbi ad remouendum patrem ab administratione:exigebat alia:maximè quòd pater non sit soluendo,& quòd bona sint mobilia.Bar.autem,in d. l. Imperator,& ibi Imo.& Hispa.Segura,nu.108. non exigunt patrem non esse soluendo, requirunt tamen quòd culpa patris sit talis,vt liberis non possit esse consultum:& ponunt exemplum in pecunia & mobilibus,vt diuersum sit in immobilibus:quod dicit magis commune Aret.d.cons.lxxij. nu.5.versi.ad quartum:& plures per Ias. in l. si constante, nu.196.& ibi Crot.ij.lect.nu.120.& seq.inuoluit Boer.decis.lxj.nu.14.ita etiam Hispa.Aria.l.iiij.Tauri, nume.48. vers.memor.bene tamen resoluit Areti.in d.consi. contra Bar.in d.§.non autem:vt non attendatur an pater sit soluẽdo.Ego autem ex Alex.in d.l.Imperator,col.ij.verius puto

to sufficere notabilem culpam alienando:vt si absque cau sa distraheret immobilia:vel negligentiam in administrā-do,vt bona non colendo, ad remouendū patrem ab administratione:esset enim maximè dānnosum liberis, specta re ea quæ Bar.exigebat.& melius est ante tempus occurrere,ut inquit:l.fin.C.in quib.caus.in integr.resti. non est neces.quod dicit æquius Boer.d.decisio.nume. 15. Idque intelligo etiam si sint bona immobilia, licet ipsi non exprimant,contra Bar.& communem, quia militat magna ratio, licet non tanta quanta in alijs: posset enim tempore veritas occultari cum detrimento filij uel hæredum.Inde cauendum est etiam à Bal.in d.l.cum oportet. §. non autem,num.1.uers. soluendum in hoc distinguebat inter dolum & negligentiam:quod in alijs uerum est, non verò in administratione bonorum uel officij: in administratore enim negligentia maxima culpa est:vt tradit Io. Platea. in l.pen.colu.j. C.de anno.& trib.quod non satis explicat Alex.in d.l.Imperator:ubi Hispan.Segura. num. 134. hoc inuoluit: & Hispan.Arias d.l.iiij.Tauri,nume.48.in fine.

36 Nec obstat hæc l. adducta à Bart. & sequacibus dum hic fit mētio de patre alienante, & reseruatur ius filijs ad tēpus quo fuerint sui iuris:vnde ipsi arguunt,non remoueri patrem ab administratione. Respondeo enim hanc reseruationem pro liberorum vtilitate,non eos excludere à remouendo patre malè administrante: diuersa enim remedia sunt:hęc lex unum ponit:aliud verò non excludit,quia de eo non agebatur, ideo suppletur alijs iuribus & rationibus,maximè quia nō omnis alienatio patris faceret causam ad eum remouendum vt suprà quod nec Alex. in d. l. Imperator nec alij aduertūt:& in simili notat Pau. authē.

37 qui rē,nu.3.C.de sacros.eccl. Quod aūt dictum est de reddenda ratione & hipotheca,ob dolosam administrationē: necessario restringendum est,quo ad res ipsas filij,vel si ei damnum infertur alio modo, non quo ad fructus: hi enim omnino ad patrem spectant,qui potuit de illis ad libitū disponere,secundum vulgaria iura:& ita colligi uidetur ex d.l.fi.§.sinautem æs alienum,vers.ꝙ si pater,& ibi Saly.in finalibus verbis.Nec tunc admittendus esset pater licet ca

uere

uere vellet, quia cautio non prorsus tutum reddit ius liberis:vt tradit Arelatan. d. loco, nu.163.& militat tunc cōtra patrē iuris præsumptio l. nō omnis.§.à barbaris.ff. de re mili. semel malus: quæ opi.Bar.& gl.fuit,eamq; notāter probat Alex.in d.l.mperator.nu.7.uersi. contrariū: & dicit hoc commune Ripa.in d.l. si constante, in fi.Hanc autē remouendi patris causam, eleganter ampliat Bal.in l.fi.col.fi.n 18.C.de senten. pass.non tantū cùm pater dissipat, sed vbi tā tenax est,vt in necessarijs deficiat: q extollit Hispa.Segura.in d.l.Imperator, nu.117.secundum nouiorē editionē,vel secundum antiquā, fol.antepe.col. iiii.& Hispan.Arias.d.l.iii.nume.50.facit tex.in l.j.§. sed nonnullos.ff.de tutel.& ratio.distrahi.ibi,*quinimò per cō-*
39 *trarium*.Quod autem diximus speciale esse in patre legitimo administratore,vt excuset à reddenda ratione,probatur etiam,q diuersum est in filio, quia rationē reddere tenetur:gl.in l.is qui.ff.de tut.& curato.recepta.vt per Firmia.de Episco.nu.64.Is enim si administret, rationē redditurus est,per sup.dicta de patre tutore,& de matre. Idq; Doct.tradunt in filio, cui pater negotia commisit: à quo fratres rationē exigere poterunt, mortuo patre: secundum Panor.consi.xii.col.iiii.ver.tetius lib.j.& plures quos citat Hip.sing.ccccl xiii.Crotus in l. frater à fratre. nu.19.& ibi Corros.ii.nu.7.Soci.consi.cxcii.& consil.ccxii.lib.ii. Deci consil.cclv.col j.quod suadetur ex reg.l.j. §.officio.ff.de tute. & ra.distr.ubi administratoris est rationē reddere:& l.cum seruus.lxxxi.§.j.& ibi Pau.Cas.ff. de condi.& demō.& Host.in summa de oblig.ad ratio.& Deci consil.ccccl xix.nu.1.Hispanus a Castello.latè & vtiliter.l.Tauri.xviii.Rip. de peste.fol.lxxxiiii. secundum minorem editionem, latè Chas.in consue.Burg.Rub.vi.
40 § vi.fol.ccxxii. Ias.consil.cxj.lib.j.Cum autem hæc.l.& sequētes, in omnibus aduentitijs filiorum, vsumfructum patri deferant:necessariò sequitur idem dicendum in pecunia quam filius uarijs ex causis acquirere potest:quod probatur ex verbo,res, & uerbo, bona:& ex l.prima.ubi notant Bal.& Salyc.C.de usuf.cum his quæ latissimè diximus sup.in princi.Rubr.Et inde patet talem pecuniam

penes

penes patrem esse debere, iuxta regu. huius l. & l. cum oportet: quicquid inuolat Carol. Ruin. consil. cxlii. ante numerum 1. lib. j. à quo caue. & consequenter non poterit filius eam pecuniam expendere, nec ea creditoribus suis soluere, vt rectè sensit gl. secunda in l. filiusfa. ff. si cer. pet. ubi Deci. numero 5. hoc dicebat mirabile videri: ex eo quia pecunia dici solet de rebus quæ seruando seruari non possunt, secundum communem traditionem, de qua in l. prima §. fuit quæsitum. ff. ad Trebel. Sed non oportebat id appellare mirabile, nec argumentari ex illa vulgari traditione, attenta regula huius l. & dicta l. cum opor-
41 tet, quia scilicet pecunia aduentitia penes patrē esse debet: vt tandē melius ibi aduertit Deci. Quia in re scriptū inuenio à Corn. consi. cv. col. vlti. ad fi. lib. iii. patrē, eiusq; hæredes non teneri rationē reddere de pecunia aduentitia, nec eā vnquā filio reddere, nisi in rē patris uersa inueniatur: quod sequitur Paris. tēpestate nostra Cardinalis, cons. xxv. nu. 76. li. ii. quorū authoritate maxima daretur ampliatio ad iura excusantia patrē à reddenda ratione. Sed (ni ego fallor) patres hi miserè decipiuntur: si enim intelligebāt de pecunia nō restituenda, quæ esset ex aug-
¶ mento & fructibus, uel quodlibet lucro resultāte ex aduentitijs, clarum est quicquid accesserit ex pecunijs, uel rebus filij, ad patrē iure usufructus omnino pertinere: fit enim pater dominus omniū fructuū & accessionū, & consequenter etiā si in rē patris id augmentum versum inueniatur, nunquā filio restitnendum est: cōtra prædictos. Si autem intelligebant (ut ex eorum scriptis patet) de pecunia filij, quæ vulgo primum capitale appellatur, in hac deterius loquuntur: ea enim in effectu filio reddenda est, quo tēpore alia aduentitia sibi restitui debent, cum patri nō dominium, sed vsusfructus deferatur à lege: ideoq; in pecunia usufructus & cautio restitutionis consideratur, non scilicet eiusdem pecuniæ in specie, sed eiusdem quātitatis, ut in l. secunda, ff. de vsufr. ear. rer. quæ usu consu. & §. constituitur, Institu. de vsufr. eleganter Alcia. libr. septimo, parerg. capit. secundo, non tamen pater cauebit,
¶ etiam de pecunia contra Ruin. d. consil. nume. j. Resoluo
igi-

igitur pecuniæ vsumfructum ita patri deferri, vt quodcunque augmentum ex ea, proprium ipsius patris efficiatur: eum tamen eiusque hęredes, à reddenda eadem quãtitate, nõ excusari: nec in hoc aliquid facere, pecuniã esse versam vel nõ versam in rẽ patris: q̃ cõprobo ex l. fi. §. ipsum aũt, ad fi. infr. tit. j. ibi, *vt pretium earum vel in res hæreditarias procedat, vel filio seruetur.* ergo filio seruatur, & ei restitui debet, non tamen vsus patri negatur interim, li-
42 cèt ex illo tex. hoc inuoluat Carol. Ruin. d. consil. cxliiii. ante. n. 1. lib. j. Ex proximè dictis constat nihil in proposito facere, quod pecunia dicatur de rebus quæ seruando seruari non possunt: id tamen ubique dicunt scribentes, maximè Bar. & alij per gl. ibi, in d. l. j. §. fuit quæsitum. ff. ad senatuscon. Trebel. Ias. in l. interdum, nu. 3. ff. de condi. indeb. Corn. & Paris. in dictis consil. & alij quam plures passim, vt refert Tiraq. de retrac. ligna. §. j. gl. vii. nu. 103. cum sequen. Sed in hoc aduertendum est, quòd hæc vulgaris traditio naturali ratione corruit, cum ad oculum pateat pecuniam rem esse quæ seruari possit, & sanè à multis plus nimio seruatur: ideoque pecuniam filio seruandam dicebat tex. in d. l. fin. §. ipsum autem: Et de thesauro loquuntur plura iura, & l. si chorus. §. j. ff. de lega. iii. idque fatentur Bar. & Docto. in d. §. fuit quæsitum, respondentes alio respectu pecuniam dici rem quæ seruando seruari nequeat, quia destinata est ad vsum & distractionem, aliter quę sine vtilitate esset ex sententia Arist. quod tamen omnino tutum non est, cùm aliquando prudentiæ sit pecuniam seruare, & non expendere, vt in d. l. si chorus. §. j. Item contra Docto. vrget, quod ea locutio, rem seruando seruari non posse, inuenitur apud Constantinum in l. lex quæ tutores, ad fin. C. de adminis. tuto. circa cuius l. materiam Docto. his verbis vtuntur: ad effectum scilicet, an in distractione pecuniæ necessarium sit
¶ decretum. Quòd si ad verba illius l. attendas, in vers. vlt. *rem seruando seruari non posse*: appellat eam, quæ solo tempore absque usu consumitur. & ex versi. præcedenti, quo loquitur de pecunia (in qua dicit veteres posuisse robur patrimonij) planè separare videtur. pecuniã à rebus, quæ ser-

feruari nequeunt, contra vulgarem illam traditionem.
Nec obstant iura quæ pro communi illo axiomate citan-
tur, inter quæ est c.vlti.de pigno.ibi, *quia vsu consumitur.*
Respondeo enim quòd ea iura non dicunt pecuniam esse
rem quæ seruari non possit, sed potius significant pecu-
niam ex vsu, à dominio nostro exire, diuersosque domi-
nos sortiri, ipsam tamen non consumi..Nec obstat textus
in l.Iulianus.xxxiii.ff.de petit.hæredi.ibi, *si pecuniam eli-
gat actor, quæ seruari non possit:* quem textum dicebat aper
¶ tissimum Tiraq.in dicto §.primo, gl.vii.numero 103.non
timens seu non aduertens quod Alex.scripsit, in dicto §.
fuit quæsitum, nu.4.vers.quidam tex.illum à minus do-
ctis adduci: verè enim tex.ille loquitur de pecunia non
idonei debitoris, à quo nequeat ob inopiam uel aliã cau
sam: idque appellat I.C.seruari nõ posse, ut ibi, sentit gl.
43 & facit l.nam is.ff.de dolo. Dum tamen cõmuniter Doct.
resoluunt, non esse necessarium decretum circa pecuniã
minoris: non est recedendum à communi sententia, quam
tradit Bar.Consil.lxx. nume.2. & probat Deci. in dicta l.
filiusfa.nu.5.ff.si cert.peta.id quæ usus obseruat. ut sæpe
olus tutor, vel curator ex pecuniam minoris emat, uel
eam fœnori tradat, & planè ad usus necessarios minorũ
eam expendat: vt in l.iii.C.de vsur.pupillar.& in l.iiii.C.
de admin.tutor. salua decisione iuris noui, de qua in Au
then.ante l.j.C.eod.titu. Sic ex pecunia absque decreto
soluitur creditoribus minorum l.vii.§.j.ff. de minor.quæ
iura non inueniuntur correcta: & in solutione tantum lo
quebatur glo. in d.§. fuit quæsitum. solutio autem iuris
necessitatem habet, ut in princi.Institu.de obligat.Ideo-
¶ que non rectè gl.illa ibi notatur, & ubique à Doct.ad il-
lud vulgare, quòd pecunia dicatur de rebus, quæ seruãdo
seruari non possint: quod aliquando aduertit Cuma.vt re
fert ibi Ias.numero 33. uariat Rip.nume.17. Vnde quod
gl.ibi permittit debitori, circa solutionẽ, nõ permitteret
ad aliũ actum: ꝙ alibi apertè dixit gl.in l.iii.C.de in lit.iu
ran.ex qua tamen (si bene aduertas) colligitur non esse
necessarium decretum, ut communis opinio habet. Ex
prædictis autem infertur in pecunia non planè procede-

re sententiam glos.in l.vnica. C.si aduers. usucap. quæ di-
xit fructus ultra triennium durare non præsumi:ideoq;
sine decreto alienari posse,vt res quæ seruando seruari n
queunt:quam glos.probant & extollunt Doct. ibi, Alexã
Consil.xlix.col.secunda lib. primo . Deci. in Authen.qu
rem,col.secunda C.de sacros.Eccles.& plures alij quos re
fert Tiraq.dicto loco de retract.ligna.§.primo,glo.vij.nu
me.51.id enim non tam congruit pecuniæ,quæ magis ser
uari potest ex supra dictis:congruit tamen in ea parte qua
decretum excusatur, intelligendo ut tutor vel curator pe
cunia minoris utiliter utatur,non ut donet uel perdat: ut
in l.fi.ff.de curat.furio.& l.filiusfam.ff.de donat.cum alijs:
quibus addo notab.tex.in l.iiij.ff.ad Macedo.vbi etiã mu-
tuare sine lucro,appellat perdere,(quod tamen generali-
ter dictum,politicum non esset) non tamen omitto quod
totam doctrinam glo.d.l.j.C.si aduers. vsuca.dum agit de
fructibus,ad pecuniam trahit.Curti.seni. Consil. lxxj.nu.
449.quem sequitur Paris.consi.xxv.nu.7.lib. ij. *Illud addo*,
ꝙ pecunia cambijs tradita , non ideò desinet res mobilis
censeri,nec inter immobilia communerabitur, cõtra Bal.
in c.cùm causam.ad fi.de re iudic.quem sequitur Tiraq.d.
§.j.gl.vij.nu.117.tunc enim nec res ipsa nec destinatio no
mẽ rei immobilis inducit,ut patet ad sensum.Et hinc pos-
set hoc loco discuti , quod dici solet de pecunia destinata
ad emptionem immobilium per tex.in l.iij.§.quid ergo.ff.
de contrar.iudi.tut.quem extollunt Roma,Crem.Corset.
in notab.& Palac.in Rubr.§.xxxviij.col.ij. & quamplures
alij,asserentes tunc pecuniam immobilibus accedere , in
quo mire variant Doc.vt copiosè refert Tiraq.vbi sup.nu.
105.& 106.& latissimè Boer.decis. cxix. asserens contra-
rium receptius , vt nec ex tali destinatione pecunia dica-
tur res immobilis,cum Alex.in d.§.fuit quæsitum,nu.5.&
in l.à diuo Pio.§.vult.ff.de re iud.& hanc partem dicit rè-
ceptiorem Ias.in l.cætera.§.sed si parauerit,nu.21. & seq.
ff.de leg.j.Soci.Nepos consi.cxx.nu.18.lib.j.Et ita cauen-
dum est ab ijs, qui scriptum reliquere vti receptissimum.
pecuniam tunc inter immobilia computari: & maximè ca
uendum à Chassa.in consuet.Burg.Rubr.iiij.§.ij.fol. 135.
nu.

nu.16.cum sequen.& à Gomet.in §.item Seruiana,nu.21. Institu.de Action.& à Rebuf.in priuileg.Schola.in priuil. lvj.nu.5. Ex hac tamen ueriori & receptiori sententia, & ex dictis scribentium in hoc articulo,satis probatur,quod in princip. huius numeri dico, contra Bald. & Tiraquel.
45 Ex his infertur relictis mobilibus venire pecuniam,ex significatione vocabuli, secundum tradita Bar. & omnibus in d.§.fuit quæsitum,& ab alijs citatis à Tiraq.Boer.& nouioribus vbi suprà licèt hoc in specie non inferant:id tñ in terminis consuluit Curt.iun.cõs.clxxxiij.arguens à remotis,& principaliter à generalitate verborum testaméti,de quo cõsulebatur: ultra quẽ dicas idem à multis scriptum. quos citat Deci.idẽ respondens,cõs.381.n.4. cũ seq.& cõs. 472.col.j.& ij.& Paris.cõsil.79.nu.45.lib.ij.Fortius igitur id dicendum est in relicto bonorũ vel rerũ, quæ verba generaliora sunt quàm relictũ mobiliũ, ideoq; tunc pecunia cõpræhendetur,quia rerũ uel bonorũ est,vt in l.lex quę tutores vers.pen.C.de admi.tut.in l.fi.C.de constitu. pecun.
¶ Quod amplio vltra omnes, ét si pecunia sit fœnori vel cãbio destinata uel tradita,adhuc enim legato rerũ vel bonorũ accedet:cõtra Luc.de Pẽ.in l.fi.ad fi.C.de muner.patrim.cõtra Tiraq.d.loco nu.106.contra Deci. d.cõsil.472. num. 7. & 8.deceptos per duo iura,quæ statim explicabo. Hoc autem contra eos probatur ex proprietate uerborũ, iuncta regula l.non aliter ff.de leg.iij. & quæ docet Aret. in l.cum lege ff.de testam.sed peremptoriè probatur, quia in his terminis:scilicet in relicto simplici non restricto ad locum,etiam uenalia continentur, ut uerius & receptius dixi sup.in Rubr.j.parte:idemq; necessario de pecunia dicendũ est,ut constabit ex proximè dicẽdis,maximè,quia si pecunia iã esset tradita cãbiis, ueniret appellatione bono-
46 rũ,vt veniunt actiones & nomina debitorum. Hinc infertur ad intellectum textus in l. si mihi Mæuia. cxc.secundum literam communem: uel cxcij. secundum literam Florentinam.§.vltimo ff. de legatis tertio ubi sequens responsum habetur: *Domibus legatis nullo omnino excepto cum omni instrumento, & repositis omnibus, non videri testatorem de pecunia numerata, aut instrumentis debitorum sensisse*

quam decisionem extollit Ias.in l.singularia, nume. 28. & Alcia.nu.29.ff.si cert.peta.& Gomet.in §.item Seruiana, nu.20.Vnde uideretur appellatione mobilium,non contineri pecuniam:quem tex.Deci.d.cons.472.col.ij.& in d.l. singularia,nu.21.vers. sed istud intelligit de pecunia quæ esset mutuo destinata,vel alię distractioni:& ita Alb.in d. §.fi.& gl.ibi,per l.si chorus.§.j.eo.de leg.iij. quæ interpretatio diuinatoria est ideoq; reijcienda, cũ tex. simpliciter de pecunia loquatur, nec ullum uerbũ ibi quod esset mutuo destinata.Melius igitur dicendum est quod in d.§.fin. non erat relictum simplex rerum vel mobilium : sed erat relictum cum relatione ad locum,relinquebantur.n. mobilia quæ domus essent,relatio aũt ad locũ restringit relictum ne veniant ea quę aliàs uenirent,vt patet ex l.gñali. §.uxori.ff.de vsufr.leg.& ideo tunc non continētur uenalia,nec pecunia,quia non censentur esse in loco,ob celerē motũ continuumq; usum secundũ Bal.in l.certi iuris,q.vj. C.locat.& in terminis Cor.cons.49.num.11.lib.iij. quem non percepit Deci.d.cons.malè eum repræhendens. Cor. enim doctè scribit in relicto mobilium cum relatione ad locum, non compræhendi pecuniam : & ita intelligendus est tex.in l.uxorem.xxxix.vel xlj.secundum literam Florentinam.§.legauerat in fin.ff.de lega.iij.vbi Barto.nu.2. ita sentire videtur:& hunc tex.solent notare Doctores,ꝙ pecunia semper censetur parata usui & distractioni,Bald. in l.fina.ad fin.C.de compensat.Iaso. in §. item Seruiana, nume. 47. Nec quis obijciat auaros pecuniam expendere non audentes , nec magis suorum dominos quàm extra-
47 neos:lex enim eas hominum sordes nõ respexit.Resoluo igitur,vt de iure in relicto simplici rerum uel bonorũ, planè compræhendatur pecunia,ex iuribus suprà citatis , & alijs quæ vt in re clarissima omittimus . Licet contra ea iura incautè scribat Crot.in l.si constante,nu.140.in ij. lectu.Idemq; resoluo in relicto mobilium , secundum verborum proprietatem,& Doct.traditiones: idemq; si pecunia mutuo destinata sit vel cambio,contra Luc.de Pen.Tiraq.& Deci.Si vero relictum sit cum relatione ad locum , tunc non contineatur pecunia,sicut excluduntur uenalia,
etiam

etiam si pecunia non sit mutuo destinata, contra gl. in dicto §. fina. & Alber. ibi: contra Deci. in d. l. singularia, & in dicto consilio. In quacunq; enim pecunia militat ratio illa, quod nō censeatur esse in loco, ob frequentissimū vsum seu motum: quod mihi probat tex. in d. §. legauerat, ibi. *pecunia quæ in arca*. Colligitur ex Bal. in d. l. certi iuris vj. q. & in d. l. fi. C. de compens. ex Corn. in dicto consilio, & ex Neguzan. benè sentiente, in suo tract. de pignorib. ij par. ulti. membr. nume. 166. benè etiam resoluit Pau. à monte picolo, in §. Titia cùm nuberet, nume. 112. ad fin. versic. & ideò. ff. de lega. ij. Et in his terminis rectè allegarunt illū tex. Ias. & Alcia. in d. l. singularia: quando scilicet relictū est cum relatione ad locum, quod Deci. ibi contradicens non percipit, & in dicto consi. cccclxxij. Et in his terminis idem dicendum de pecunia, quòd de uenalibus, vt colligitur ex his Doct. maximè ex Pico. & Neguza. Quam æquiparationem pecuniæ & uenalium, facit etiam Barto. non ita exactè, in l. Quintus §. j. ff. de aur. & arg. lega. Idemque tunc dicendum de pecunia, quod de nominibus debitorū: vt loco non circunscribantur: vt bene sensit Corn. d. consi. & Ias. in d. l. singularia: licet Deci. ibi, & in d. consi. contradicat. Et ita ex Corn. & Ias. ampliabitur. l. Caius ff de leg. ij, & l. fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudi. dum habet illud vulgare, quòd nomina debitorum loco non circunscribuntur: idque uidetur de mente Bald. in d. locis: & ita intelligere uidetur Ange. Aret. de testament. gloss. xxxix. nu. 3. Quam resolutionem probat tex. ita intelligendus, in l. quæsitum. lxxvj. uel. lxxviij. §. j. ff. de lega. iij. vbi relicto fundo cum omnibus quæ essent ibi, non ueniunt nummi, nec nomina debitorum, etiam si relictum esset filio, & per uerba generalia: & sic patet ex illo tex. in relicto cum relatione ad locum æquiparari pecuniam & nomina. Patet etiam ex eo, tex. & ex d. §. fi. l. si mihi Mæuia: q; ubi in legato rerum uel mobilium non uenit pecunia, idem est, licet relictum sit per uerba uniuersalia: in quo contra d. iura loquitur Deci. d. cons. 472. Et indè cauendū est ab argumentis Cur. iun. d. cons. quod melius aduertit Alcia. in d. l.
48 singularia, nume. 29. His non obstat l. si chorus. lxxvij.

vel lxxxix.§.j.ff.de legat. iij. ubi in relicto mobilium non compræhenditur pecunia destinata mutuo, continetur tamen ea, quæ præsidii causa reposita esset: quam decisionem extollit Ias.in d.l.j.§ fuit quæsitum,nu.38. ff.ad senatusconsul.Treb.Curt.iun.d.cōs.183.nu.2.in eo autem tex. agitur de relicto mobilium, cum relatione ad locum, ut patet ex litera ibi,*quæ ibi mobilia erunt*.& ibi:*nummos repositos, vt mutui darentur:non esse legatos*. Quibus uerbis à contrario sensu colligebat Deci.in d.locis, in relicto cum relatione ad locum,uenire pecuniam, nisi esset mutuo destinata:quod argumentum à cōtrario sensu,ut Decium decepit,ita plures fallere posset:& ita posset induci text. in l.si fundus.xlii.uel xliiii.ff.d.lega.iii. quæ magis colorat opinionem Decij.verius.n.& receptius est,ut tali relicto non ueniat pecunia indistincte,per d.§.ult.l.si mihi Mæuia. & §.legauerat.l.uxorem.& §.j.l.quæsitum,& ex Doct. suprà citatis.Cōtra quæ iura tale argumentū sumi non pōt, iuxta l.ii.& ibi scribentes C.de condit.insert.& ita responde-
¶ tur ad d.l.si fundus,quod magis ostenditur ex eo.§.i.Nam I.C. ibi,cùm negat eo casu uenire pecuniam mutuo destinatam, statim significat id non dictum,ut generaliter omnis alia pecunia ueniat,sed ea tm̄ quę separata ab vsu quotidiano præsidii cā,tanquàm thesaurus reponeretur. Tūc enim pecunia in loco esse censetur,ut quid immobile,non ut pecunia,ex gl.& Bar.in d.§.legauerat.l.uxorem:ex Cuma.relato à Ias.in d.§.fuit quæsitum:nu.38.et Zas. in d.§.item Seruiana,nu.22.Dum autem I.C.ibi refert Rusticos senes dicentes, *pecuniam sine peculio fragilem esse*, ea uerba explicat Zas.ubi suprà Alci. in l.paterfa. 182.ff.de verbo. sign.Montanus in l.filiusfa.xciiii.ff.de reg.iur. Corras.lib. j.miscellan.cap. viii. Estq; ibi emendanda litera, ut legatur,*quidam*, secūdum exemplar Florentinum,non, *quibusdam*:vt communiter habetur, aliàs sensus non constaret: & tandem ex supra adductis patet eandem esse rationem regulariter in qualibet pecunia, quæ non est mutuo desti
49 nata,vt sic non sumatur argu.à cōtrario sensu in d. l.si fundus.ff.de lega.iii.Ad d.§.facit, quod alibi habetur, pecuniam relictam uel promissam (vt est in loco) iudicari tan-

quàm

quàm speciem, non tanquàm genus l. si certos nummos. xxxvii.ff.de uerbo.oblig.l.si seruus cxi. §. qui quinque.ff. de legat.i.& latè Ias.in l.talis scriptura,col.ii.ff. eod. titu. de leg.i.Quæstionis autem esset,(ultra omnes,à d. §. i.l.si chorus:) quid de pecunia quam testator adhuc non reposuerat,sed destinauerat eam reponendam? & uaria in hoc adduci possent ex traditis à Bar.& aliis, in l. cætera §.fi.ff. de leg.i.ab Areti.consil.vi. ad fi.latè Tiraq.de iure marit. post xiiii:legem connubialem, Fely. in c.cum adeo ex nu. ¶ 2.de rescript.Ego crediderim text.illum procedere tantũ in pecunia iam reposita,non in ea quę reponenda esset:ar gu.tex.notabi.in l.fundi xviii. uersic. *item quod insulæ.*ff.de actio.emp.melius ad fi.l. versi.ea quoq;, ibi, *at quæ parata sunt vt imponantur non sunt ædificiÿ.* licet Albe.ibi putet,eam l.non procedere in relictis,per tex.quem ibi gl. citauit,in l.& si non sunt.xxi.§. quid ergo ff.de aur. & arg. lega. qui tamen non obstat,quia de loco ibi nulla quæstio, quæ hic tota est de loco:nec est tuta argumentatio Albe. à fauore ultimarum uoluntatum,ut in aliis tradit Dec.in l. in testa mentis.ff.de reg.iur.licet antè Alber.ita intellexerit glo: in l.v.ff.de uerb.sign.ubi Cæpol. aliter uariè explicat, & aliter Bar.in d.l.cætera.§.sed si parauit.& ibi Ias.nu.19.ff.
50 de leg.j.His tãdem addo utiliter,ꝙ licet de iure in relicto, uel alia dispositione mobilium nomine contineatur pecunia secundum proprietatem uocabuli:hodie tñ atten to usu loquẽdi:contrarium iudicandũ sit. Notorium enim est homines appellatione mobilium,non sentire de pecũ nia, sed de suppellectili & ornamentis : ex quo loquendi vsu constat mens disponẽtis,quæ præualet proprietati uo cabuli, secundum vulgarem regulam l. librorum §. quod tñ Cassius.ff.de leg.iii.quod probatur efficaciter ex ratio ne I.C.alibi tradentis,appellatione auri,uel argenti, non cõpræhendi nummos aureos,uel argenteos non ob aliud, nisi,quia homines non ita nũmos computant:ut in l.Quin tus.xxix.§.j.& ibi Bar.ff.de aur.& arg. leg.Sic etiam de iure appellatione pecuniæ oĩa bona significãtur:hodie tñ attento usu loquendi,non continetur nisi pecunia numerata:vt prudenter docet Bar,receptus,in l.talis scriptura

nu.2.ad fi.& ibi Iaſ.ff.de leg.a.j.& Alcia.in l.pecuniæ nomi næ.ccxxii.ad fin.ff.de uerb.ſignifi. Idem in re ſimili docet Oldra.conſi.ccxix.quem ſequitur Albe. in l.mouentium. ff.de uerbo. ſigni. Vnde cùm uſus loquendi oſtendat mentem diſponentis, non poſſet iuridicè contrarium iudicari:
51 & ita hodie uſus obſeruat. Eadem prærogatiua patris in ſuo uſufructu oſtenditur ex iuribus quæ habét, poſſe ſine dubio proprietarium alienare ius ſuum:ut in l.ii.C.de vſufruct.quod latè probat Hiſpan. Anton.Gomet. de contract.c.ulti. nu.9. Vſusfructus tamen patris tanti effectus eſt, ut filio impediat facultatem alienandi ſuam proprietatem, uel ius quod habet in re:ut in l. fi.§.filijs auté, ubi
52 plenè & vtiliter expedio,infr.tit.j.Ex eadem prerogatiua patris in hoc vſufructu,infertur ad l.vſufructuarius.j.quæ eſt l.j.ff. de uſufruct. qua habetur non poſſe uſufructuariū parietibus tectorium imponere:*quia tametſi meliorem (excolendo ædificium) domini cauſam facturus eſſet, nō tamen id ſuo iure facere poteſt: aliudque eſt tueri quod accepiſſet aliud nouum facere.* Infertur etiam ad l.uſufructuarius.ii. quæ eſt lxviii. ff.eo.ubi I.C.inquit, *Vſufructuarium ædificium inchoatum cōſummare nō poſſe etiā ſi eo loco aliter vti non poſſit.* Quæ iura valde notabilia ſunt,plures enim contrarium reſpōderent ut bene aduertit Ang.Aret.in §.ultimo ad fi.inſti.de vſufruct.In patre autē legitimo adminiſtratore ſine dubio nō procedēt,ex uerb.huius l.& l.cùm oportet:cū hæc iura patri pleniſſimā deferant poteſtaté in aduentitijs,filiorū, ac ſi verè dominus eſſet: nec enim cauſa patris tā ſeparata eſt à cauſa filij,ut eſt inter alios proprietarios & fructuarios: & ita colligitur ex l.fi.§.ſin autem æs alienum, infra titulo primo,& ex ijs quæ ſuprà diximus, per gloſ.& Doctor. in l.cùm oportet.§.non auté,verb.mobiles ſic emphyteota areę poterit ibi ædificare ſecundū Bal.in l.j. C. de iur. emphyteo.& ibi Iaſ.nu.99.& Cæpol.de ſeruitu.ruſti.cap. vigeſimoſecundo nu. 10. idque ſuadet natura emphyteoſis,& quia ædificium aliquando tolli poterit.reſque ad antiquam ſpeciem reduci. ut ita vitentur obiectiones. Sed
53 omittendum non fuit, quod uides apud I. C.in d. l.lxviii. ff. de uſufruct. in illis uerbis, *etiam ſi eo loco aliter vti non poſſit.*

possit. de quo posset dubitari ex multis,& gloss. ibi dubitat ex regula. l. secundæ. ff. de iurisdictione omnium iudicum, qua habetur, concesso uno, uenire omnia necessaria ad illud: quod in hac materia dicit tex. à quo maior dubitandi ratio erat, in l. prima. §. usus fructus, & uersic. sequent. ff. si usus fruct. peta. Sic in seruitute, bonus tex. in l. tertia §. fin. ff. de seruitut. rustico. ideò glo. Albe. Bal. Angelus, Fulgosius, ibi, respondent, decisionem illius l. in usufructuario procedere ex natura rei, & regula iuris, qua habetur, non consistere usumfructum mutata forma rei. l. quinta uersiculo, rei mutatione. ff. quibus modis, usus fruct. amit. quæ solutio recepta est secundum Ias. in dicta l. ii. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. nu. 24. ubi Curt. eam communem dicit, subdens quòd in his uersatur maxima difficultas. quam Barto. noluit gustare. Ipse autem Curt. nu. 59. improbat solutionem seu rationẽ gl. & Doct. dicens ꝙ forma rei consistit in consummatione, iuxtà l. si is qui quadringenta. §. quædam. ff. ad leg. Falci. Ideoque secundum eum non potest dici in d. l. lxviii. mutari formã rei, quando agitur de ædificio inchoato cõsummando: & ita post eum Corras. statim citandus. Quæ obiectio fragilis erat, ut ob eam à communi interpretatione recederetur, gl. namq; & Docto. non loquuntur de forma, ut accipitur in d. §. quædã: sed formã appellãt ipsam figurã speciẽ rei, & ita in his terminis loquitur tex. in l. fi. ff. de usu & habita. quo tollitur argumen. Curt. & Corras. argumentum à forma. & ita accipitur in l. proponebantur. lxxvj. in fine cum gl. ff. de iu

54 dic. Curtius autem ipse aliter intelligebat, dicens cõtra gl. & Doctor. facilius esse concedendum fructuario nouũ ædificium extruere, quàm inchoatũ cõsummare: citat tex. in l. pen. & l. æquissimum. §. si tamen, ff. eodẽ: assignatá; nouam rationẽ differentiæ: quia ubi ædificium erat inchoatũ, fortè habebit proprietarius aliam industriã, diuersamque intentionem, cui non responderet industria uel intentio usufructuarij. Sed hæc interpretatio Curt. non est tuta, quia sicut leges illæ negant vsufructuario perficere opus inchoatum, ita etiam negant de nouo ædificare. & ita Angel. ibi. & est textus l. septima, uersiculo penultimo,

timo,ff.de vsufruct.ibi, *aedificium ponit*. Specialiter autem aedificare permittitur, gratia fructuum colligendorum:& ita procedit l.penulti.& dictus §.si tamen l.aequissimum:secundum Alber. & Ang.in dicta l.penultima. & ita gl.l.septimae uersiculo,hac ratione,ff.eodem:Caepola,de seruitutibus vrbanor. cap. trigesimo nono nu.5. & ita aperte distinguit tex.in d.§. si tamen. Sic alibi expensae gratia fructuum fauorabiliores sunt, quam gratia ipsius rei glo.fin. in princip.in l.fundo,ff.de rei uendica.ibi: *de impensis fructuũ, dicas semper ex fructibus deduci*: probat tex.in l.fundus qui.lii.ff.famil.ercisc. ibi,*nullus casus interuenire potest, qui hoc genus deductionis impediat* commendat Paul.in l.fructus C.de action.emp.in fine: declarat Nouel. de dote par.xj. nu.16.uersicu.assumo.latè Tiraq.de retract.ligna.§.xv.gl. j.in princip.facit l.generali.§.Lucius. ff.de usufruct.legit. ibi:*Villam colligendis & conseruandis fructibus necessariam aedificauit*.De his etiã impensis & aedificijs loquitur l.diuortio.§.ultimo.ff.solut.matrimo.& ibi Doctor. Ostendimus non esse tutam resolutionẽ Curt.nunc.verò ostendo,quod non tollit difficultatem.Dubitatur enim, cur in illa l.cõcesso vno,negatur aliud necessarium ad illud:cum I.C.dicat fructuarium nõ posse consummare aedificium,etiam si loco aliter vti non possit.quae difficultas non tollitur ex di-
55 ctis Curtij.Corras.lib.j.miscell.ca.vj.refert Cur.eiusque rationem sup.relatam improbat, eo q potuit esse vsufructus relictus in testamento, cum saepissimè iura loquantur de vsufructu ex testamento:morte autem testantis cessat eius intentio & destinatio circa aedificium:& ita cessat ratio Curt.qui tamen posset replicare,quòd eadem voluntas spectanda esset,sequentis proprietarij.Ad difficultatẽ respondet Corras.posse vsufructuarium aedificare,vbi aliter nõ posset uti suo vsufructu:per te.in d.l.aequissimũ. §.sed nec,& ita cessare oppositionem ex regula dictae.l.ii. ff.de iurisd.omn.iud. At secundum eum in dicta l. usufructuarius. lxviii. potest fructuarius uti iure suo, licet non utatur eo loco in quo erat inchoatum aedificium.Idem nouissimè scribit Ludouicus.Caron.lib.j.uersi.cap.v.in fine. & Costalius in aduersar. uel annotatio. ad pandec. in dicta

56 (Sed ita l.) Sed dum hi nouiores scribunt, quòd in illa l. dabatur utilitas absque loco ædificij inchoati, non obscurè sentiunt, posse usufructuarium perficere inchoatum, quando aliter ususfructus esset omnino inutilis: & limitaretur textus ibi quod multis cõformari posset. Sed contrarium in terminis colligitur ex gloss. ibi, referente Azo. & expressim contra dicit ibi Angel. notans, quod licèt, omninò esset inutilis vsusfructus, non magis posset fructuarius ædificare, & pro hac sententia stat textus in dicta l. quinta, versi. penul ff. quib. mod. vsusfr. amit. & in l. septima, uersi. penult. ff. de vsufr. vbi I. C. loquitur indistinctè in vsufructu areæ. quæ a iquando dicitur in vrbe vel oppido: ut colligitur ex textu & gl. in l. j. ff. de serui. vrba. præd. At in urbe area sine ædificio, nullius esset utilitatis, secundum cõmuniter accidentia. Itaque vult textus non posse fructuarium mutare speciem rei, ædificando uel aliud faciendo: etiam si vsusfructus maneat sine vtilitate. Et idem videtur tradere I. C. in dicta l. vsufructuarius, prima. & ita sustinenetur cõis ratio ad dictam l. vsufructuarius, secunda. Alia enim necessaria concedentur fructuario. dum tamen non mutetur species uel forma rei, in qua constituitur vsusfructus: mutare enim rẽ esset excedere ius vsufructuarij, vt docet I. C. in dicta l. vsufructuarius. prima ibi, *non tamen id iure suo.* Ex eadem resolutione cõi, cessat obiectio dictæ l. primę. ff. si vsusfr. peta. & aliorum iurium. Et est notandũ quòd illa prohibitio æqualiter fit proprietario, sicut vsufructuario, ut patet ex dicta l. v. in fine. ff. quib. mod. vsusfr. amit. & dicta l. vii. versi. hac ratione, & l. æquissimum. xvii. §. pen. versic. quod Labeo. ff. de vsufr. melius ex textu in l. fin. ff. de usu & habi. qui loquitur etiam ubi ex opere res melior efficeretur: sicut de fructuario dicit textus in d. l. vsufructuarius. j. Vndè cauebis à uerbis Alber. in d. l. si. qui contrarium videtur sentire. Sed ultra gl & Docto. ad d. l. lxviii. difficultas non leuis poterat considerari ex l. diuus. ff. de usu & habita. vbi cum vsus multo minus cõtineat quàm vsufructus, ut in princip. Institu. eod. titu. tamẽ relicto vsu syluæ, inquit tex. *usumfructum quoque legatũ uidere.* subditque I. C. rationẽ quæ aduersatur decisioni dictarum

dictarum legum:*quia nisi liceat legatarijs cædere syluam, & vēdere quemadmodum usufructuarijs licèt nihil habituri essent ex legato.* Vides igit̃ ibi, ne relictũ maneat inutile, extendi de minori ad maius, cõtra proprietatẽ verborũ. Ideoque decisi. d. l. diuus, non immerito extollitur à Docto. ut tradit Ias. in l. j. n. 1. ff de eo ꝙ cert. loc. idẽ Ias. in l. quoties, n. 1. ff. de verb. obl. Areti. in l. quod in rerum. §. j. & ibi Ias. n. ¶ 12. ff. de leg. j. Tiraq. de retrac. conuẽ. §. iii. gl. j. nu. 28. Sed quo ad d. l. vsufructuarius non obst. l. diuus. qa in hac licèt amplietur verbũ tñ non mutatur rei forma vel species: & ita non offenditur regula d. l. v. ff. quib. mod. usus fr. amit. Aduerto etiã ꝙ Aret. Ias. in d. locis, & Alc. in l. j. §. si quia ita, nu. 32. uel 37. secundum diuersas editiones. ff. de verb. obl. adducunt d. l. diuus, tanquã difficilem, contra non nulla iura quibus aliquando legatũ corruit, ne verba extendantur: & sic intelligunt in illa l. verba extendi, ne actus ¶ irritetur. Sed verius uidetur dicendum ꝙ ibi *non timetur*, nec vitatur nullitas: licèt enim maneret legatũ *usus*, vt uerba sonabant, nõ erat relictum nullum, nec actus caret iuris effectu, sed facti vtilitate. utilius autem reddi-
58 tur intelligendo usumfructũ relictum censeri. Nec omitto ꝙ gl. in d. l. diuus, intelligit syluam de qua ibi esse in loco remoto: alias nõ foret legatum inutile, nec verba extenderentur, quia usus syluæ propinquæ, vtilitatẽ adferret: & ita Alberic. ibi & nouissimè Costal. ibi in suis annotatio. Angel. in l. arboribus, ff. de vsufruct. Fab. & Ang. in §. j. Instit. de usu. & hab. quod ut receptum tradit Belloni. consi. xlix. num. 11. Cæpol. de seruitu. rusti. cap. xxii. num. 9. in fin. Socin. nepos consi. cvi. num. 6. libro primo. idque probat Fulgos. in dicta l. diuus. dicens textum ibi mirabilé, quia usus eo casu nunquã uideretur prorsus inutilis. Ego aduerto hãc interpretationẽ cõmunem: reddere decisionẽ minus dubitabilem, fateor enim, si intelligas ibi syluam remotam, quod inutilius esset legatum: & magis militaret ratio tex. Sed diuinatoriũ est subaudire ibi syluam esse remotam, nec facile esset decernere, quando diceretur propinqua: & sic communis interpretatio diuinatoria est, & reddit l. decisionem incertam. Vnde uidetur

tur uerius intelligendum sine diuinatione, secundum tenorem literæ: ut ea decisio procedat ex natura rei, nõ ex longinquitate loci. Si enim rem attendas, cõmuniter usus syluæ minimam affert vtilitatem ei, qui ligna non posset cædere & vendere, (vt negatur usuario) & licèt aliquid utilitatis afferre posset, ea certè ita minima esset: ut nulla cẽseri debeat: iuxta textum in prin. Instit. ad l. Falcid. ibi, *pro nullo aut minimo lucro*: maximè cum & vsufructuarius syluæ, grandes arbores cædere nequeat: ut in l. xii. ff. de usufruct. ut statim. Quanto igitur minoris vtilitatis esset vsus syluæ, cum etiam vsusfructus tam restrictus sit? Quę omnia iuuantur ex eo quòd communiter syluæ oppidis & locis quibus homines habitant: facit etiam quod alias ex qualitate personæ in eadem materia, ad ampliandum relictum usus, habet textus in l. plenum. §. equitij. ff. illo tit. Atque ita decisio. l. diuus, iustificatur ultra scribent. à quibus circa eandem l. deuiat Connan. aliquid tangens,
59 lib. quarto c. v. fol. pen. Conferendo usumfructum patris ad alios, infertur octauo ad quæstion. cædendi ligna & arbores, de qua in fructuario, habetur in l. item si fundi. x. §. fin. & l. ex sylua xi. cum sequent. & l. æquissimum xvii. §. fructuarius. ff. de usufru. De viro in bonis dotalibus l. diuortio. §. fundũ. ff. sol. ma. cũ alijs, ut per Bar. Pau. Alex. & alios ibi, & de cõductore fisci. l. in fraudẽ. xlv. §. cõductor. ff. de iur. fisc. omitto alios minus iuris habẽtes. in hoc d. l. ex sylua distinguit ĩter syluã cęduã & nõ cęduã: ex iurib. aũt sup. citatis, maximè ex d. § fructuarius, & §. cõductor, & in l. sylua. xxx. ff. de verb. sig. & ibi Alc. colligitur, syluã nõ cæduã appellari, quæ habet arbores frugiferas, quæ sine incõmodo rei cędi non possunt. Colligitur etiã ex Doctor. syluam non cæduam appellari, quãdo arbores cæsæ non renascuntur: vt tradit Paul. à monte Pico. in §. Titiæ connuberet, num. 115. ff. de legatis secundo, & Sigismun. Lofre. consi. feuda. xxviii. In eadem re, post. dict. l. ex sylua sequitur. l. sed si grandes: quæ indistinctè habet, non posse fructuarium grandes arbores cædere. Angel. autem & & Doctor. in dicta l. ex sylua, Picus & Lofred. ubi supra Alexand. Paris. & ferè omnes statim citandi, apertè intelligunt

ligunt d.l.ex sylua.& l.arboribus.ff de vsufruc. & alia ite ra, etiam si vsusfructus sit tantum ipsius syluæ: nam si aduertas ad di.l.ex sylua, cum sequentibus, quæ negant omnino facultatem vendendi, & nullam incisionem arborum permittunt, nisi ad vsum rei, nimis restrictus esset talis vsusfructus, & ferè nullius vtilitatis: maximè quando fructuarius non haberet rem, ad cuius utilitatem vti posset lignis syluæ. Ego autem contra scribentes intelligo restrictionem d.l.ex sylua, cum sequent. procedere, ubi vsusfructus principaliter erat alterius rei, cui sylua accedebat, ideoq; minor vsus in ipsa sylua cõceditur. Quòd si vsusfructus specificè in sylua constituatur, non tã strictus erit, imò vltra vsum rerum cædere & vendere licebit, vt probat textus in l.Diuus.ff.de vsu & habita,& in terminis id probat textus in d.l.x. ad fi.ibi, *nisi forte*: ff.de vsufr.ubi gl.id aduertere videtur: licèt eadem gl.variet in d.l.ex sylua. Quæ resolutio rationem habet: amplius enim ius resultare debet ex concessione, specificè & principaliter facta, quàm ex generali & accessoria. Itẽ in vsufructu specialiter in sylua constituto, si negares facultatem cædendi & vendendi, inutilis redderetur vsusfructus: non ita qñ constituitur in vinea, uel alia re, cui sylua accedit: quod iuuatur ex consideratione I.C. in l.fundus qui locatus.ff. de vsufr.gl.& Bartolus in l.pediculis.§.cum quæreretur. ff.de auro & argẽto legato. Et hunc sensum verius loquitur d.l.ex sylua, ibi, *in uineam*: & d.l.arboribus, ibi *quantũ ad villæ*, ex quibus colligitur ibi: usumfructum principaliter syluæ non esse, ideoque non tam amplius vsus conceditur. Ex his intelligit potest textus in d.l. sed si grandes.duodecima, ff.de vsufr. quam Angelus & alij & Alc. d.l.sylua cædua, numero 3.& alij communiter intelligunt, cum glossa ibi,& in l.sequent.de sylua non cædua. At I.C.ibi indistinctè loquitur,& continuatiuè, post dic. l.ex sylua, quæ de cædua & non cædua agit: & sic diuinatorium esset, & contra regulam l.iam hoc iure, ff.de vulgari restringere dic.l. ad arbores frugiferas tantùm, quod aliqualiter videtur aduertere Fulgosius, meliusque intelligitur secundum terminos proximè notatos, quod

quod vsusfructus principaliter syluæ non erat. Si enim ibi tantum ageretur de arboribus frugiferis, vel non cæduis, non oportebat solas grandes arbores excipere. In eodem articulo variant Docto. circa arbores non frugiferas: alij enim eas cæduas appellant, si renasci possunt, licèt longo tempore: ideoque eas in fructu esse dicunt. posseque vsumfructuarium indistinctè eas cædere & ven
¶ dere: ut tradit Alexand. consil. cxviii. nu. 3. & nu. 7. libro v. & ita Curt. sen. consi. lxx. nume. 8. ad fi. Parisconsil. cxj. nu. 32. lib. j. qui hoc vt receptum asserunt. Sed Picus. d. §. Titia cum nuberet, nu. 116. dubitat, & magis probare videtur contrariũ: & his non relatis, Arnulphus Ruzeus. in trac. de iur. regal. priuile. lvi. ad fi. versi. iiii. ubi securè intelligit de arboribus, quæ cæsæ breui renascuntur & crescunt, & ita receptum tradit Sigismun. d. consi. nu. 4. ibi, *non cito*. & nu. 6. ibi, *quæ non cito*: & nu. 8. ibi, *non breui*. Et hoc uerius videtur: nõ enim pullulare & renasci dici debet, q̃ annorum multitudinem exigit: arg. l. antepe. ff. famil. ercis. ibi, *tam difficilis*: & l. j. §. j. ff. de flumin. uersi. *si ta-*
60 *men*: ad frequentiora enim iura adaptãtur. Quibus vtiliter præmissis in fructuario, eadem vidẽtur Doct. indistinctè applicare ad patrẽ legitimum administratorẽ: vt scribit Ang. in l. fi. §. fin. autẽ æs alienũ, in fi. infr. tit. prox. Cæpol. de seruitu. rust. c. xxii. de mõtibus, n. 13. Tiraq. de re-
¶ tract. conuenit. §. iii. gl. j. nu. 22. Ego autẽ eam æquiparationẽ non ita indistinctè verã puto: video enim ex supradictis iuribus, in hoc articulo restrictũ nimis esse ius fructuarij, etiam in his quæ proprietatẽ deteriorẽ non facerent: nec tam amarè cum patre agendũ putarẽ, nec extenderẽ. d. §. fi. l. itẽ si fundi. & d. l. ex sylua. cũ seq. de fructuario ad patrẽ legitimum administratorẽ. Considero enim in alio fructuario aliquando præsumi fraudẽ: quia fortasse volet durãte suo vsufructu, plus debito vti re cũ dãno proprietatis l. & hæc distinctio. 38. §. j. & ibi Bart. ff. loca. quæ suspicio cessat in patre, qui omnia præsumitur filijs parare. l. nihil, ff. de bon. liber. ibi, *cum omnia quæ nostra sunt, liberis nostris ex voto paremus*: & l. scripto. §. fin. ff. unde liber. Nec valet argumento de alio fructua-

rio

rio ad patré, cui maior poteſtas defertur, vt patet ex nat l.& l.cùm oportet,cum ijs quæ ſuperius probaui.Nec obſtat tex. in d.l.fin. §.ſin autem, infrà tit.j. dicit enim patri non permittendum,vt deteriorem filij proprietaté faciat: ita enim intelligitur poteſtas ei conceſſa in aduentitijs, ſecundum Bal. hic ad fi.per regulam l.creditor, §.Lucius, ff.manda.facit in patre l.generaliter,verſ.negotia,ibi, *utiliter*, C.de ſecund. nupt. Reſoluo igitur in patre legitimo adminiſtratore non procedere ſimpliciter iura loquentia de fructuario : arbitrio enim fructuarij nihil, patris auté arbitrio tota adminiſtratio committitur,vt in his iuribus. Manebit autem æquiparatio quo ad illud,ne arbores frugiferas cædat: ne alia damnoſa faciat: & ita in patre procedat d.§. fructuarius, l.æquiſſimum, & §. conductor,l.in fraudem : faciunt quæ ſuperius dixi cum Bar. Pau. Alex. in l.Imperator.ff. ad Trebel.de remouendo patrem malè adminiſtrante.Hinc infero poſſe patrem remoueri in hoc articulo, ſi notabiliter deteriorem reddat proprietatem, cædendo arbores frugiferas,uel ſimile damnum dando argu.tex.in l.& elegãter.vii.§.j.ff.de dolo,ibi:*uel ædificia diruit:uel arbores excidit:uel vineas extirpauit:*& l.ii.ff.ſi uſusfr. peta.ibi:*arbores deieciſſet, aut ædificium demolitus, aut aliquo modo deteriorem uſumfructum*. Receptũ eſt enim poſſe fru¶ctuariũ repelli ob hanc cauſam,per tex.in l.hoc amplius. ix.§.ulti.ff.de damn.infect.ibi:*eum quoq; fructuarium qui nõ reficit à domino uti frui prohibendum :* tradit ut receptum Alex.in d.l.diuortio.§.ſi fundum.Paul.in Auth.qui ré nu. 3.& ibi Dec.n.5.C.de ſacroſ.eccle.Tiraq. d.libro de retr. cõuen.§.iii.gl.j.n.22.Ioan.Hanibal in l.nemo poteſt, nu. 168.ff.de lega.j. Molin.in conſuetu.Pariſ.§.j.gl.j.nu.31. fol.xiiii.Carol.Ruin.li.ii.conſi.ultimo,nu.31.& ſeq.licet enim uſufructuarius cautione præſtiterit ex qua conueniri poſſet, id non tollit hoc remedium, ſecundum Paul. in d.Authen.Idem in Emphyteota,licet eius ius ſit perpetuum, uideaturque maius:repelli enim poteſt, ſi arbores frugiferas cędat:uel rem deteriorem faciat,vt notat Bal. in d.l. diuortio.§.ſi fundũ: cuius opinio recepta eſt(quod plenè oſtendam,quia Ioan.Imol.& Roma.ibi dubitant,& Iaſon.

Iaſ.ibi contradicit:& Ang.Aret. & Math. de Afflictis ſtatim referendi quia etiã dubitat Chaſſ. in cõſuetud.Burg. rub.iiii.§.vi.ad fin.n.18.Sed Bal.ſententiam defendit Alex.in d.§.fundum probãt Pau.& Deci. in d.Authen.Cæpol.in d.cap.de montibus.Tiraq.ubi ſup.Iaſ.in l.j.nu.99. C.de iur.emphyt. Sigiſmun.conſi.feud.xxviii.nu.3.& ſequen.Aymon.conſi.ccc.nu.1. & ſequen.gl.conſue.Cathalon.pagi.cxx.nu.38.& nu.41.& Pau.Picus d.§.Titia cum nuberet,nu.120.ubi eam dicit communem:& ita fatetur Iaſ.in d.§.ſi fundus,& ita conſuluit, ut patet conſilio 17. libro j.ubi utiliter declarat : & in d.Authen.qui rem,nu. 6.& Franciſ.Zoanet. ubi notabliter ampliat. librum rer. quotidia.c.lvi.Idque placere debet in odiũ malignè vtentium.Nec enim proprietario eſſet bene conſultum,ſi uſufructuarius vel emphyteota rem deterioré faciens , non repelli poſſet: cum tempore veritas occultaretur,& difficilis probatio,vel impoſſibilis redderetur.Ex his cauendum eſt ab Ang.Aret.in §.fi.col.ii.nu.3.Inſtitu.de uſufr. ubi indiſtinctè ſcripſit,emphyteotam uel fructuarium,re malè vtenté,nõ repelli,ſed cõueniri poſſe actione leg.Aquiliæ,vel ex cautione præſtita.quod etiã tradit Mathæ. Afflic.lib.iii.feud.in titu.ſi de feud.fuer controuer.inter domi.& agna.§.licèt uaſallus,nu.14.fol.xxxvi.non aduertentes contrarium eſſe receptiſſimum.In eadem collatione uſusfructus paterni ad alios , eſt alia prærogatiua.ix. vt patet abſque filio per ſe poſsit accipere poſſeſsionem aduẽtitiorum , ex verbis huius l.& l.cum oportet : dum patri adminiſtrandi & agendi poteſtaté deferunt,ac ſi dominus eſſet:diuerſum auté eſt in alio fructuario.Et hanc differẽtia expreſsim tradit Alberi.in l.cum oportet,ad fi. princ.probatque eam Boeri.deciſio.cxcix.n.9.dicens eſſe ſpeciale in patre legitimo adminiſtratore:citatq; plures Doc.aſſerentes non poſſe aliũ fructuarium poſſeſsionem accipere,niſi à manu hæredis,vel proprietarij,ut ꝑ Alex.conſi.l.num.5.libro vii.Soci. conſi.cxxxi.nu.8.li.j. qui loquuntur etiam de uſufructuario vniuerſali. Et ita Pariſi.conſi.xxxvii.nume.2.lib.iii. & in alijs fructuarijs ſcribit Roma.conſil.cccxii.Boer.conſil.xix. Idemque vt

receptiſſimum tradit Aymo.Crauet.in l.j.num. 142. ff.de leg.j.Et in vſufructuario uniuerſali ex teſtamento, idem fatetur Deci.conſ.ccccxviij.nume.3.ubi id limitat in caſu uxoris relictæ fructuariæ:quod tamen non eſt ſine dubio, ex Alex.conſ.lvj.ad fin.li.iij.de quo etiam dubitat Paul.à monte Pico,in §.Titia cum nuberet.q.xlv.nu.137.ad fi.& in propoſito tradit Gozad.conſ.xxj.nu.17. & conſil.xcix.
62 Quod autem communiter dicunt Doct.ſup.citati conſonum eſt iuris regulis.Si enim uſusfructus cõſtituutur inter uiuos,neceſſaria eſt poſſeſſio ex uoluntate conſtituentis,uel authoritate iudicis l.ſi ex ſtipulatione, & ibi Bart. Bar.& Iaſ.ff.de acq.poſſ. ſi autem uſusfructus teſtamento relinquatur,non poteſt poſſeſſio accipi niſi à manu hæredis,cũ id neceſſariũ ſit ẽt in rebus plenè relictis, in quibus nihil manſurum ſit penes hæredem l.non dubiũ C.de leg. & l.j.ff.quor.leg.poſtquã uerò fructuarius ab hærede uel proprietario poſſeſſionẽ conſequitur, actiones exercebit cõtra debitores,& alia faciet per ſe,quatenus *uſusfructus* extenditur:ut colligitur ex Alex.in d.conſ. notat Deci.d. conſ.ccccxviij.nu.8.Anchar.conſ.iij.facit l.j.§.ulti.cum l. ſeq.ff.uſusfruct.quemadm. caue. Hinc patet huic reſolutioni non aduerſari doctrinam Bar.in l.j.nu.vj.ff.de leg.j. dum ſcribit uſumfructum in teſtamento relictum,ipſo iure legatario acquiri ante traditionem hæredis, ut alia relicta:id enim non excuſat legatariũ, ſi accipere uelit poſſeſſionem abſq; authoritate hæredis,per ſupra dicta iura. Et opinio Bar.recepta eſt ſecundum Alex. in d.conſilijs, & Alcia.in l.ii.§.& harum,nu.51.ff.de uerborum obl. Iaſ. in d.l.j.nume.62.cum ſequen.licet Areti.ibi dubitet, col. penul.nu.iiij.ad fin.cui Iaſ.ſatisfacit, limitans doctrinam Barto.ut procedat in legato,non autem in fideicommiſſo: facta differentia inter relictum per uerba directa,& relictum per uerba obliqua:idque probat Alcia.ibi,num.42. Sed Barto.d.num.6.apertè contradicit:& Iacob. de Nigr. nume.145.ad fi.& Crauet.nume. 142. quibus ego accedo reiecta ex uerborum differẽtia: & ita indiſtinctè loquitur
63 Bal.in l.prima ad fin.C.commu.de lega. Circa iudicialia, habet hæc l.poſsè patrem in aduentitiis agere:ut patet ex
tex.

rex ibi *per se poscere*: & eodem modo agentibus responde-re: ut in uersic. *litem inferentibus resistere*. Idemq; colligitur ex l. cum oportet §. non autem ibi: *plenissimam potestatem*. Qua in re non parum uariant Doctor. circa modum agendi uel defendendi. Barto. autem hic per uerbum: *debet* uidetur innuere necessarium esse, ut patre agente uel conuẽto in aduentitiis, addatur in libello nomen legitimi administratoris: & idem uult Ang. hic, nume. 7. ad fin. quod etiam sentire uidetur Bart. in l. pater qui castrense, num. 2. ibi, *vt legitimus administrator*. ff. de castren. pecu. & in l. si infanti, nu. 2. C. de iur. delibe. Idem ut receptum tradit Fely. in c. cum olim, col. iiij. uersi. quo autem, de testibus, ibi, *debet administratorio nomine*: & ita Fulgo. hic, nu. 7. ibi, *verba libelli referenda sunt ad personam filij*: & cum Fulgo. Corn. hic, nu. 3. & idem uult Faber hic, & Matthæ. de Afflict. lib. ij. constitu. Rubr. ix. nu. 12. ad fi. ibi, *formabitur contra filium*. ultra quos omnes addo gl. quæ idem uoluisse uidetur, in l. cum dos. vij. uerb. nec proderit. ff. de pact. dotal. ibi, *filiæ nomine agere*: Et subdit Bar. hic, ex cõmuni practica tunc nominari solere patrem & filium: idem scribunt Sal. & Cor. & uerè ea uidetur ciuilior agendi forma quam usus obser-

64 uat. Dum autem Doc. utuntur uerbo, *debere*: uidentur innuere (vt dixi) necessarium esse pro forma libelli & iudicii, ut pater agat uel conueniatur expressa ea qualitate legitimi administratoris. Ego autem uerissimum credo libellum, & iudiciũ sustineri, licet ea clausula non addatur: nec tam inhærendum est formulis in iure odiosis, ut patet in l. i. C. de form. subla. quod maximè probatur, quia in prosecutione causę semper deducitur, & latius explicatur ius litigantis: & ita constabit patrem agere uel conueniri ut legitimum administratorem: quæ probatio apta sustinet etiam libellum defectuosum, ex glo. celebri in l. i. §. si quis argentum, uerb. iuranti. ff. de pos. ibi, *nisi posteà probetur*: quam Doctor. extollunt, ut per Fely. in c. ii. nu. 4. colu. ii. de libel. obla. notabiliter Ias. in l. j. ex nume. 6. ff. de officio. assess. Idque planius apud Lusitanos, aliasq; nationes quibus uiget salubris. l. uel consuetudo. ut iudicetur secũdum ueritatem probationis, non obstante ineptitudine

libelli, uel processus errore: quod iuuatur ex tex. notab. in l. fin. §. fi. ff. quod met. cau. quē notat Bal. ibi: sentit enim l. C. non irritanda acta, quibus ius & ueritas constat, licet circa ordinem procedendi solennia omnino seruata non sint: ut colligitur ex d. §. fi. ibi. *Quamuis non extra ordinē exa ctionem fieri, sed ciuiliter oportuit: quæ tamen solutioni debitæ quantitatis profecerunt, reuocari inciuile est.* De quo agit Ias. uidendus, in l. à diuo Pio. §. in uenditione, n. 12. ff. de re iudic. Pau. & Alex. in l. si cum nulla. ff. eodē. Anchar. eleganter consi. ccxii. Deci. consi. ccccclix. n. 19. Mathæ. de Afflict. lib. j. consti. rub. xxv. n. 32. Areti. in d. §. nihil cōe. col. ii. nu. 7. & ibi Rip. n. 74. Iacobin. in l. si de vi, in fin. ff. de iudi. Rebuf. in j. tomo cōstit. Gallic. pag. cxxxj. post Ias. in l. iubere cauere. nu. 5. ff. de iurisdi. omni. iudic. Tutius igitur est, libellum & iudicium sustinere, patre agente uel conuento in aduentitijs, ex mente gl. hic melius sentientis, uer. legitimam, ibi, *quocunque modo fiat non est ius*: quod nudè tangit remissiuè Chass. in consuet. Burg. Rub. vj. §. v. n. 5. fol. ccxviii. Ex quibus etiam tutius puto, ut libellus & iudicium ¶ sustineatur conuento patre, nō expresso nomine filij præsentis & maiois infante, de quo statim plenius. Idem etiā puto, vt quamuis filius absens sit, uel infans, possit pater agere, uel conueniri, expresso nomine filij, id est tanquam legitimus eius administrator: nec sit de forma necessaria, vt pater tunc agat uel conueniatur nomine proprio: reiecta differentia Pau. hic. nu. 2. ad fi. quem sequitur Corne.
6 5 nu. 3. Ea enim forma, ut dixi, nec ualidat nec irrita processum. Ex verbis huius l. & l. cùm oportet: dū patri plenissimā potestatem deferunt, agendo & defendendo in aduentitijs, infertur contra glo. quam rectè Docto. cōiter reprobarunt, dum gl. volebat, non posse patrem procuratorem constituere in causa filii, ante litem contestatàm per l. neque supra. de procurato. quæ loquitur de tutore & curatore, nec ad patrē extendi debet, secundū Cyn. Bart. Albe. Bal. Ang. Salyç. Pau. & est cōis sententia secundum Fulg. & Corn. & secundum Imol. in c. accedens, nu. 5. de procurato. secundum Roma. consi. ccxlj. nu. 10. Mathasil. notabi. cxc. Alex. nu. 6. & Ias. nu. 4. in fin. in d. l. neque, Tiraq. in l. si vnquàm,

vnquàm,in princi.nu.29. Cur.in l.præses.nu.14.in fin. C. de transactio. Ang. Areti.in §.sin autem.nu.7.insti. de satisda. Rober. Maran.in l.si actor,nu.11.de procurat.Marc. Mant.lib.j.locor.cap.xviii. & hanc conclusionem extollit Bal.in c.fi.nu.5.de iu.calum.licet.gl. non bene referat: & hæc recepta opinio nõ bene restringitur à Fulg.hic,nu.5. nec puto uerum, quod tradit Specu. de libel. concep. §. nunc uidendum. in fine, ut necessum sit tunc procuratorem agere debere nomine patris & filij simul, licet eum sequatur Imo.in c.accedens num.5.de procura.Sed magis substinebo iudicium siue procurator agat nomine patris,
66 siue filij,ex hic deductis. Sed in hoc aduertendum est, quàm plures Doctor. ex sup. citatis hoc indistinctè asserunt:ut scilicet,pater possit agere,& procuratorem constituere, non expectato consensu filij, cuiuscunq; ætatis filius sit.Et hoc probare uidetur Barto.hic,n.1. & apertius Bal.nu.8. dicens magnos uiros contradicere, sentiens de Innocẽ.ut proximè adducam: & hanc sententiam indistinctè à nostris teneri,asserit Paul.hic nu.2.uers.dicit tamen, & hoc vult Barto.in l.fin.§.ubi autem,in princi.infr.titul. j. & hanc dicit communem sententiam legistarum Imol. in l.fin.§.pupillus,nu.3.ff.de uerb.obliga.& ibi Aretin. n. 5.Sed in hoc mira est Docto. uarietas: dixit enim Innoc. in d.c.accedens,de procurat.n.1.non posse patrẽ sine filio procuratorem cõstituere,nec agere, nec defendere in aduentitijs, ubi filius est maior septennio,per tex.terribilẽ, & qui uidetur apertus in d.l.fi.§. ubi autem in unum infr. titu.seq.ibi,*adhibeatur autẽ etiã filiorum consensus, nisi ad huc in prima ætate sint constituti*.per quem tex.Iustini.mirabiliter restringit potestatem à Constantino hic concessam patri:hic enim nullum uerbum de consensu filij, ibi autem filij consensus exigitur,& ita ibi notant Cyn. & Salyc. & Angel. & Corn. & ita iudicauit Decisio Capellæ Tolos. q.cv.idem consuluit Roma.per illum textũ d. consi.ccxlj. nu.10.& cum Innoc. ita resoluunt Imo. & Areti. d.l. fi.§. pupillus.ff.de uerb.oblig uti Areti.ad finem dicit non posse respõderi ad illũ tex. per quem ita etiã tradit Alb. in l. si longius.§.si filius.num.4.ff.de iudi.& ita concludere ui-

detur Pau.in illo.§.nu.3.& sequen.& Fulgo.nu. 4.& est in hoc summè notab.tex.ille secundum Rom.d.consi.& possent per eum irritari plures processus, deficiente consensu filij,secundum Fulgosi.Ange. & Corne.ibi,quod etiam colligitur ex Pau.ibi,nu. 5. ibi, *quod iudicium sit nullum*, & ita cum Inno.asserit Ang.in §.actiones autem.nu.4.Instit. de actio.quod etiam probare uidetur.idem Ang.in §.pupillus,nu.7.Instit.de inutil.stipula. Vnde si benè attendas hæc uidetur receptior opinio legistarum & Canonistarũ quicquid Imol.& Aret.dixerint d.§.pupillus:& Aufred.in addit.d.decisio.Capell.Et verè tex.in d.§.vbi autem, videtur omni solutione maior,& mire restringit(vt diximus) potestatem in hac.l. patri concessam:ad quod non aduerterunt Alex.& Ias.d.l.nec.C.de procur.Curt. & plures sup. citati. In quo articulo quia frequẽtissimus est,& maximè animaduertendus illud pro Innoc.vrget,ꝙ d.§.vbi autem, vt posterior,potuit addere & detrahere huic.l. Vnde si cõtra Innoc.arguas ex hac.l.facilis est responsio ex nouiore constitutione Iustinia.in d.§.iuxtà. l. non est nouum, cum seq.ff.de legib.maximè cum hæc l.apertè non excludebat consensum filij,quem ibi Iustin.exigit.Nec placere potest quod quidam tentabant,quos merito improbant Salyc.& Corn.in d.§.vbi autem . dicebant enim hanc.l. procedere in maternis,illum vero textum in aliis aduentitiis:par.n. ratio est regulariter in his omnibus iam æquiparatis in l. cùm oportet. Cum autem Barto. non obstantibus verbis dicto §.audacter asserat,non esse necessarium consensum filij,minus placere potest quod ipse respondet ad illum.§. dicit enim cum Iac.Butr.vt dum tex. exigit consensum filij,intelligatur filius consentire tacitè. & sic vbi non contradicit: quod tamen satis videtur contra literam textus, ibi, *adhibeatur etiam filiorum consensus*, quæ uerba non possunt applicari taciturnitati, vel pacientiæ,maxime in filio impubere. Aduerto etiam quòd in constitutione procuratoris, verior uidetur sententia Bartol. eamque receptiorem puto,vt sine filio possit pater procuratorem constituere in aduentitiis,per hanc l.cui in hoc Iustin.nihil addit in dicto §. in quo tantum loquitur de iudiciis, vt patet ibi,

suscipiat

suscipiat actiones & moueat. quod rectius videtur aduerte-re Bald.ibi nu.1.quem probare uidetur Pau. nu.4.& Ma-rãt.d.l.si actor,nu.11.& Alex.hic ad Bar.& in hoc rectius dixissent Imol.& Areti. opinionem.C.& Bartol.commu-nem esse,& ita saluo assertionem Paul.hic,asserentis com munem esse,nostrorum contra Innoc. & consequenter ca
¶ uendum est à Corn.hic,& ab omnibus ferè aliis sup.cita-tis,miscentibus articulum cõstituendi procuratoris, cum articulo agendi uel defendendi in iudicio.Quæ tamen di uersa sunt,ut patet re ipsa,cum autem huic l.non addatur aliquid à Iustin. circa procuratorem: non est mutandum quod expressim non corrigitur,vt l.præcipimus. C. de ap-pellat.cũ vulgaribus possetq; considerari pro ratione dif-ferentiæ maius periculũ in agendo vel defendendo, quàm in constituendo procuratore,ut sic cautius agatur in eo in quo maius periculum vertitur.Circa illum.§.& in hoc ar ticulo,ob varietatem Doct.tedioso,licèt quotidiano: ad-uerto duriora esse verba Iustiniani ibi, dum inquit, *adhi-beatur consensus*, quàm si simpliciter diceret *consentiente fi-lio* verbum enim *adhiberi*: apertè significat consensum ex-pressum de quo constare debeat extrinsecè: nec verifica-tur in taciturnitate vel pacientia,ex notat.in l.ij.§.volun tatem ff.solut.matri.Fateor autem (si textus ille non sta-ret)æquiorem videri Bar.opinionem, ne pater legitimus administrator, filij consensu egeret,maximè ante uirilem ætatem.quo magis miror decisionem illius textus iuncta communi omnium interpretatione: Quid enim iuuabit consilium uel consensus filij impuberis,vel etiam puberis ante virilem ætatem?malis enim cõsultor erit minor:iux ta l.j.ff.de minorib.& l.fin.C.de legit.tuto.nec tam strictè agendum videbatur cum patre,de quo lex omnia cõfidit. Vndè ob authoritatem Bar. & æquitatem eius opinionis, admittenda videretur quęlibet responsio colorata,ad d.§. ne rigor eius iniquus reddatur: ne etiam processus facile
¶ irritentur,quod esset reip.incommodum.Cogitabam igi-tur an posset responderi ad illũ textũ ut loquatur de cõsi-lio,non de necessitate, vt aliquãdo scribentes respondere solent.Sed non placet,quia verba illa *adhibeatur etiam con-*

 sensus

sensus filiorum necessitatem designare videntur:iuxta l.non dubium.C.de legib.Cogitabam etiam an specialiter tex. ibi intelligi debeat in hæreditate aduentitia, de qua agebatur in ea l.& §§. ante illum : non de alijs aduentitijs, ut pungere uidetur Corne.hic.col.iii.ante nu.3.uers.sed tu. Possetque aliqualiter cõprobari hæc differentia, eo quòd in hæreditate,etiam iure antiquo, non poterat pater sine filio adire uel repudiare:ut in l.is qui hæres.§.fi. ff.de acquir.hæred.sed quod non erat in alijs aduentitijs , ut per gl.& omnes ibi, & est notissimũ.Et in noua rigidaque decisione illius.§.posset forsan admitti hæc restricto: quæ tamen non placet,quia par ratio uidetur in omnibus aduentitijs:ideò cogimur imitari ingeniosum doctissimumq; Soci.qui sæpè cogitandũ reliquit, uel dicendum cum I.C. in l.prospexit.ff.qui & à quib.sufficere ita l. scriptam esse.& ꝗ I. C.ait in l.nõ omnium.ff.de legib.Illud autem ex scribẽtibus in hoc mihi placet, ut licèt tex.ille exigat consensum filij,si tamen non habeat causam contradicendi, ualeant quæ pater sine filio gesserit,ut sentit Angel. dicto §. ubi autẽ,*si quam iustam causam:* & Paul.n.5.ibi *causam contradicẽdi:* & ita apertius Fulg.ibi,n.3.quod iuuatur ex decis.textus in l.si cum dotem.§.eo autem tempore in fin.ff. solu.matr.ibi ,*si pater sit cui omnimodo consentire filiam decet:* & ibi,*filia leuis mulier uel admodum iuuenis:& ibi,potius patri acquiescere prætorem oportere:*conducunt quæ utiliter tradit Palac.in repet.Rubr.§.xxii.col.ii.In eodem articulo.placet etiam quod eleganter considerat Imol. in dicta.l.fi.§. pupillus. ff. de verb. obliga. numero 3. in fin. ut opinio Innoc.& decisio illius textus exigens cõsensum filij, procedat tantùm cum agitur de proprietate quæ filij est, uel esse potest: secus autem si agatur de usufructu qui patris est, uel esse debet:quod etiam sensit Angel. ibi: idemque ex Specul. & Angel. uidetur probare Fulgos.hic nu.5. in articulo procuratoris constituendi.Et Aufre.in addit. Capel.d.q.cxv. & Corn.hic , col.iii.in princ.quod probatur, quia aliàs deteriores conditionis esset pater in suo usufructu,quam quilibet usufructuarius extraneus contra iuris regulas & rationes,de quibus sup.iũcta regula l.j.§.ult. cũ l.seq.

l.seq.ff. usufruct. quemad.caue. Tandem in hoc articulo omnes,nemine dempto, intelligunt textũ in d.§.vbi autẽ in verbis, *prima ætate*: ut intelligatur de filio minori septennio:ut sic ex rigore illius tex. exigatur cõsensus filij, cũ maior septennio est:omnes ibi,Innoc.Areti.decis.Capella,Roma.& reliqui sup.citati, Fulg.Angel.hic omnes. Quorum fundamentum esse uidetur. licèt nõ exprimant. ex eo quod alias prima ætas à Docto. intelligitur de infantia usque ad septenniũ,secundùm gl.celebrem,in proœm.vj.Decret. uerb.perfectus.Ego autem contra omnes uerius puto Iustinian. ibi non de infantili ætate tantum: sed de pupillari,usque ad xiiii.annũ sentire.Nec est l.aliqua.quæ cogat primam ætatem, tãtum intelligi usque ad septenniũ: licèt prædicta gl.magistraliter ætatem hominis multifariè diuidat. Licet etiam aliqua differentia sit in multis articulis,inter infantem & aliquando maiorem ante pubertatem,quod non negamus:Sed cùm tex.ille de prima ætate loquatur, & innuat post eam necessariũ esse patri consensum filij, intelligo post pubertatem, ut ibi ad minus tota ætas ante pubertatẽ dicatur prima: nec in ea requiratur filij consensus quod mihi fit uerisimilè. Primò quia ante pubertatem nullum consilium filij esse uidetur ex l.vna. C.de fals.mone.cum vulgaribus. Videturq; ridiculum in patre exigere consensum filij impuberis,cum in tutore nõ exigatur,in iudicijs,nec in bonorum administratione:ut l.j.§.sufficit,& ibi Bar.ff.de administ.tuto.de quo proximè latius.Suadetur etiã hæc interpretatio, eo quod tota hæc ætas unico nomine pupillaris appellatur : eodemque nomine & iure censetur l.moribus ff.de vulga.& pupil.& bonus tex.in princ.Instit.de pupil.substit. idéque collligitur ex I.C.in l.pueri. ccxiiii.in fi.ff.de uer.signi.& ibi notat Alc.& Spiegel.in lexic.iuris.verbo puer. Ideoq; à natiuitate ad pubertatẽ pariter negatur facultas testandi l.qua ætate ff.de testam.& intra eam ętatem pariter datur,& durat tutor l.j.ibi. *propter ætatem suam*:ff.de tutel.& interim pupilli,pupillæque pariter appellantur:ut in princi.Institut.quib. mod. tute.fin. Sed & intra eandem ætatem minor testimoniũ ferre non potest.l.iii.§. lege Iulia,

cum

cum gl.ff. de testib.intra eandem ætatem,nec in causa spi
¶ rituali quis auditur.c.fi. de iudic.in vj.Quibus iuribus pa tet,puerũ & puellã propriè dici à natiuitate usque ad pubertatẽ,licèt docẽdi gratia, & ad aliquos effectus aliquãdo fiat diuisio illa infantilis & puerilis ætatis. Imò nõ putarem absonum intelligere tex. in d.§. ut illa uerba *prima ætas* intelligãtur de plena pubertate,ut aliàs accipitur in l. Mela.vers.certe.ff.de alim. & cibar.lega. & l.cum filio. ff. de legat.iii.& l.j.§.pueritiam. ff.de postul. quibus iuribus pueritia accipitur in uarijs casibus nõ solum vsque ad pubertatẽ ordinariam.xiiii.annorum, sed etiã usque ad xvii. & xviii.annum. Cùm igitur hæc nomina ætatis ambigua sint,per illa iura & per alia,quę adducit gl.in d.§.pueritiã: rationi consonum uidetur,ut ita *prima ætas*:intelligatur in dicto §. vt minus aduersetur ei quod dixerat idẽ Iustin.in l.cum oportet §.j.dum patri plenissimã concedit potestatem:ut etiã non tã strictè cum patre agatur: tum etiã quia frustatoriũ esset impuberis consensum expectari: Ex qui-
67 bus noua hæc opinio, verisimilis & æqua videtur. Ex sup. dictis, patet longè maiorem esse potestatem patris legitimi administratoris quàm tutoris:quod constat ex multis supra traditis, & inferius tradendis: probat Ias.in l.filiusfamil.n.9.ff. qui satisda.cogãtur. Tiraq.in l.si vnquàm, in princip.ex n.29.ideoq; reprobatur argumẽtatio gl.hic, de tutore ad patrem.Infertur etiam non teneri patrem satisdare quando tutor à satisdando excusatur:ut colligitur ex gl.hic melius ex gl.& Bartol.in d.l.fi.§.vbi autem,infr. tit.j. & est ibi communis resolutio: & in d.l.filiusfa.Vndè cauendum est ab Ang.Aret.in d.§. sin autem,nu.9. in fin. Institut.de satisda.gl.autem in d. l.filiusfam. circa hoc la-
¶ borat,quia videt ibi patrem satisdare. Sed illa difficultatem non facit in patre legitimo administratore, quia tempore illius l.adhuc non erat hoc ius,quod nouè à Cõstanti.& Iustin.postea introductum fuit:secundum veram & receptam sententiam, quam plenè probauimus in prima parte huius l. Et secundum hæc cauendum est à verbis Lorioti, de consanguinitatem, axiom. xl. & sequen. dum indistinctè scribit patrem satisdare teneri, quærens

cur

cur teneatur, cùm tutor ab eo onere excuſetur? quod applicari nõ poteſt ad patrem legitimum adminiſtratorem, qui agit ac defendit ac ſi integrè dominus eſſet, maximè abſente filio: iuxtà tex. in d. §. vbi autem. l. fin. infr. titu. j. Quod autem ibi Loriotus affert pro ratione differentiæ inter patrẽ & tutorẽ: non nouũ eſt, ſed gl. & omniũ in d. l. filiusfa. in fi. ff. qui ſatiſd. cog. Ex his etiã magis cauendũ eſt à Cino hic, nu. 2. qui incautè ſcribit, poſſe actorem cõuenire ſolum filiumfami. præſentẽ ſeptennio maiorẽ: per l. j. §. ſufficit. ff. de adminiſ. tuto. Quo errore labi videtur Corn. hic. nu. 3. ibi, *alias pater*. nec benè Paul & Corn. hic citant Bar. in d §. ſufficit. Labuntur autem ii. doctiſſimi patres, arguendo de tutore ad parentem legitimum adminiſtratorem: & eo magis ꝙ putant poſſe quem in ius uocare filiumfamil. ſeptennio maiorem, in aduentitijs: cùm per hanc l. & l. cùm oportet: & l. fin. titu. ſeq. exercitium actionis & defenſionis, ad patrem ſpectet. Cauendum etiam eſt ab eis & ab alijs alibi citãtibus text. & Bar. in dicto §. ſufficit: non enim I.C. ibi permittit poſſe citari impuberem ſolum, ſed cum tutore: quo caſu in effectu tutor ipſe citatur, ut rectius intelligit gl. in l. ii. ff. de cõdict. furt. & gl. in l. nec impuberes. ff. de in ius voc. quam Pau. ibi malè refert.

¶ Cauendum magis eſt à Barto. in dicto §. ſufficit, numero 2. dum putat pupillum infante maiorem ſolum citari poſſe: quod etiam probare uidetur Specul. de libel. concep. §. nunc uidendum, nume. 10. & Paul. dicta l. nec impuberes: & apertè Mathæ. de Afflict. deciſio. cclxii. nume. 2. Verior enim & receptior ſententia eſt, non poſſe impuberem ſine tutore citari, manifeſtaque ratio repugnat. quia pupillus ad citationem non attendet, nec tutorem vel defenſorem certiorabit, ætas enim illa quod uidet ignorat; quod in terminis pro tex. in l. v. §. j. ff. quib. ex cau. in poſſeſ. ibi, *aduocandi ſunt tutores pupilli:* Ad idẽ facit l. contra pupillum liiii. ff. de re iudic. vbi Pau. ita melius ſentit, & Alex. ibi: licet rem inuoluat, & ita contra Bar. iudicatũ fuiſſe aſſerit Imol. ibi, in fin. & ita reſoluit Bald. in l. fin. ante nu. 1. C. ſi propt. pub. penſita. Et cum eo Iacob. de S. Greg. in d. l. nec impuberes, nume. 2. & ita reſoluit Pau. in d. l. ii. nu. 3. ff. de

ff.de condict.furt.colligitur etiam ex Salyc. in l.clarum, nu.4.C.de autho.præst.& hanc sententiam receptam asserit Alex. in d.l.nec impuberes,ad fi.dicens opinio.Bar. magis communiter reprobari. Et tãdem apud Lusitanos hanc opinio quæ verior æquior & receptior est probat l. Regia,li.iii.ti.lxxxvi.§.iiii.Et hinc cessat in proposito, du bitatio Deci.consi.ccccxlix.nu.11.Hinc cessat etiã dubitatio Aymo.Crau.consi.ccxxv.nu.1. qui articulum nõ resoluunt.hinc cauendum est à Pano.in c.tua nobis, nu.1. de appella. qui parùm tutè hoc remittebat ad nota.per Bar.in d.§.sufficit:hinc etiam cauendum est ab Afflict.li. ii.feudo.tit.de mili.uasal.qui contum.n.35.ubi in pupillo maiore septennio loquitur contra hanc veriorẽ & receptiorẽ sententiam,putans eum sine tutore citari posse: & in d.decisio.malè citauit Bal.in l.donatarum,C.de acquir.poss.qui potius cõtradicit,n.3.ibi.*sed solus tutor.* Si autem tutor nõ citatus cõpareat pro pupillo citato, sustinebitur iudiciũ secundũ Pau.& Alex.in d.l.cõtra pupillũ,& in d.l.nec impuberes,intelligendo si tutor cõpareat ante litis contestationẽ: vt doctè resoluit Imol.in d.contra pupillum.In quibus terminis non est differentia inter pupillum infantẽ,uel proximũ pubertati,ex Imo.ubi supra ex receptiori sententia contra Afflic.d.c.j.nu.35. Et hoc iuuatur, quia citatio illegitima, sustinetur ex cõparitione patris,vt per Alex.in l.j.nu.3.de ferijs.Fely.in c.j.nu.18. de iudic.idẽ.Felyn.in c.illud,n.8.de præscrip.Alex.Ias.& Deci.in l.fi.C. de ius vocan. Hippol.in l.de vnoquoq; nu.
68 43.ff.de re iudic.Ex verbis huius l.ibi,*sumptus ex fructibus facere:* planè colligitur patrẽ ex fructibus aduentitiorum filij,litis expensas facturũ.ꝙ notat & menti tenendũ dicit Bart.hic n.3.notant etiã Bal.Ang.Corn. & alij subditq; Ang.nu.1.si fructus non sufficiant,tunc filiũ ex proprietate suppeditarum expensas. quod iuuatur ex l.fi.§. sin autem æs alienum,tit.seq.in quo articulo scribit Hispan.Anto.Gomet.in lib.de contract.c.xv.nu.7.ad fi.differre patrem ab alijs fructuarijs, vt scilicet alij non teneantur expensas litis facere circa res, in quibus usumfructum habent, & resoluit ut hic text. procedat in habente

bēte vsumfructum ex legis dispositione, vt tunc teneatur ad expensas litis, diuersum autem sit in habēte usumfructū ex dispositione hominis: quod ante eum tradit Pau. Picus. in §. Titia cū nuberet. q. lviii. ff. de lega. ii. Gozad. consilio xciiii. num. 37. & ante eos ita in terminis resoluebat Guiliel. eum quem refert & sequitur Bal. in l. j. §. j. nu. 1. vsuf. quemad. cau. quo. nouiores nō meminerunt.
¶ Ego autē huic resolutioni rationē ab ipsis nullibi scriptam uideo, nec satis tutū videtur, deterioris conditionis reddere habentē ius à lege quā ab homine, contrariū enim colligitur ex traditis ab Ale. in l. si vir. ff. ad l. Falcid. Aduerto etiā cōtra Doct. proximè citatos, dū agūt de alio fructuario, nō videri tutū quod indistinctè scribunt, cum nō teneri ad expensas litis: finge enim aliquē moue re litē usufructuario vsufructum tantùm, nō est cur tunc oneretur proprietarius, cui nulla culpa imputari potest in eo, q aliquis inquietet vsufructuariū. vt alias dicit Bal. in l. ii. C. de liber. causa. Vnde dicendū est patrē hic sumptus facere ex aduentitijs, quia omnia penes se habet, vt legitimus administrator, magis quā ut fructuarius, ut in simili tradit Alexā. in l. vsufru. ff. ad l. falcid. Similiter est differētia inter patrem & alium usufructuarium, quia licet lis moueatur circa proprietatem, non filius, sed pater agere & defendere debet, iuxta hāc l. cum suprà traditis.
¶ At alius fructuarius in quæstione tangente solam proprietatem, non ita audietur, vt eleganter resoluit Ang. in l. j. §. vlt. nu. 1. & ibi Alex. nu. 3. ff. de noui ope. nunti. & ibi bene sentit Pau. Castren. nu. 1. in fi. colligitur ex Marian. Soci. in c. quoniam frequenter nu. 12. versi. iiii. opinio. vt lite nō contes. q vt receptum refert Picus. d. §. Titia cum nuberet. nu. 148. & ita modificabis quæ passim & indistinctè traduntur à Doct. de potestate fructuarij, quem dicūt censeri procuratorem in rem suam, & agere posse nomine proprietarij per l. j. §. vlt. ff. vsufr. quemad. cau. de quo superius scripsi. idque confundunt scribentes, vt colliges ex Ias. in d. l. j. §. vlt. ff. de noui. oper. nun. nec videtur ex iudicio agitato cum usufructuario præiudicium resultare proprietario non citato, sicut ècontra, ut in l. is qui fundum

dum,xxxj & ibi Bart.ff.de vsufr.lega. q; inuoluunt scrib vt cõstat ex uariè relatis ab Alex. in l. sæpe.nu.106.ff.de re iudic.qua in re censetur. Fraus non denuntiare lité domino, si ei nuntiari potest, vt egregiè notat Bald.in c.j.§. si Vasallus in ii. si de feud.fuer. contro. inter domi. & a-
¶ gna. Tandem cauendum est à ratione Barto.hic in fi.domin.hoc articulo patrem ad expensas litis teneri inquit, eo q; habet vsumfructum ex causa lucratiua:quod refert Picus vbi suprà.& Crotus in l.frater à fratre num.123.& Cor.hic.Sed debuerunt aduertere vsufructum dispositione hominis concessum,sæpius esse ex causa lucratiua legati vel donationis,vt in prin.Insti. de vsufru.& per totũ ff.eo. & tamen regulariter nõ tenetur vsufructuarius ad sumptus extrinsecos extra refectionem rei. vt in l.hactenus,ff.de vsufr.Bal.in l.eum ad quem.C.eo.de quo latius infr.nu.72.& sic patet etiam si quis habeat usumfructum ex causa lucratiua non teneri ad expensas litis motæ circa proprietaté, teneri auté si mouetur circa eius usum-
69 fructũ tantùm. Dum uerò tex.hic loquitur de expensis litium, quas pater facere debet ex fructibus aduentitiorũ filij, nõ procedit in sumptibus factis ad perpetuã rei vtilitatem, seu aduentitiorum meliorationem:ideoq; filius eorum bonorũ dominus fratribus cõferet valoré expensarum secundũ Bal.in authent. excipitur nu.4.& Paul.in
¶ l.vlt.§.ubi autem n.7.tit.seq.& cum Bal. Hispanus à Castell.l.Tauri.xlvi.col.ii.& Alex.hic ad Bart.uerb.expensas.& Bart.ad Bal.in l. fin.§.emptor.C.communia de lega.estque notandum q; Bal.indistinctè loquitur, eo auté non relato quæstionem tangit Crot. in l. frater à fratre, numero cxxiiii.q.xxxvi.ff. de condic. ind. ubi distinguit: an pater sit diues necne, an plures habeat filios, an sumptuum rationem scripserit: sed ab eius dictis cauendum est,licèt colorata uideantur, ea enim ad collationé inter fratres parum seruiunt: & magis est cum Bal.ut regulariter ob ea melioramenta collatio locum habeat secundum traditioné Doc. in authen.ex testamento C.de collat.uide sequentia, & quæ scribo in l. cum oportet.§.sin
70 autem.ti.sequé.Hinc infertur ad quæstionem quam tra-

ctat Bart.hic ex gl.l.j.uerbo non sint.ff.de impens.in reb. dota. quando viro dantur in dotem nomina debitorum, & vir expendit in illis exigendis, an vxor teneatur expensas satisfacere, vel minuant quātitatem ipsam exactam, gl.in d.loco, indistinctè tenet ꝙ non Bart.hinc indistinctè quòd sic, alij non parum variant, gl.dicit singularem Bal. in l.ii.C.de act. & oblig. ubi inuoluit, quæstionem dicit satis dubiam Alber.in d.l.j.super gl.nu.3.uers.ultimo, gl. illam dicit singula.Chas.in consuetu.Burg.rub.iii.§.xvii. fo.clxxxiii.col.iiii.uersi.quæro.ubi non discutit, sed tantum refert Bal.hic. sic Ias.in l si in area n.3.ff.de condic. inde.extollit glos.sed examen omittit, Bal.nouel.in trac. de dote, uidetur hanc quæstionem omisisse: in qua Corn. hic refert Bene.de plumbi. dicentem opinionem Bar.cōtra gl.esse magis cōmunem, quod simpliciter refert Crotus, in l.frater à fratre nu.123.& cum Bart.est Ange.hic num.3.Corn.autem uariè argumentatur, & ultimo loco videtur probare opinionem Barto.Alber.autem in d.l.j. nihil certum asserit, Bart.ibi distinguit, & sic nō tā indistinctè recedit a gl.ibi.& distinctionē Bar.sequitur Ioan. Campes.in trac.de exactione dotis.q.xlviii.Ego circa numerum Doc.cauendum puto à Cor. & Cro.ex eorum enim relatione colligitur receptiorē esse opinionem glo.

¶ quæ Azon.fuit: eamq; in effectu.probat Bal.hic nu.13.& in d.l.ii.C.de actio.& obligat.& in l.iii.num.2.in fi.C.de fals.causa. adiect.lega. & in l.per diuersas nu.10.q.vi.C. mand.& eandē opinionem probat Specu.lib.iiii.ti.de dote post diuor.restit.§.ulti.nu.25.uersi. illud etiam.ubi nō leuiter argumētatur pro glo. & eandem probarunt Dy. & Raine.quos.refert Fulgosius, hic sequēs etiam opinionem gl.quam etiam probare uidentur Ias. & Chas.ubi supra: & sic opinio gl. receptior uidetur.Contra gloss.uerò pro Bartol.ultra omnes urgere uidetur, quod traditur in titul.de impens.in rebus dotalibus esse restituendum uiro necessariam impensam, eamque necessariam appellat I. C.in l. quarta illius tituli, quam uir omittere non potuit, & si omittat, uxori tantundem damnabitur: quod congruit exactioni debitorum, si maritus enim negligens

gens fuerit in exigẽdo, tenetur ac si exegisset.l.meuia.ff sol.ma.& in l.nupta.xxxi.§.quoties.ff.eo.& ibi Bar.Pau. & alij.& Affli.li.iii.consti.Rub.xiii.nu.6.versi.ii.fallit vn de ex doctrina I.C. in d.l.iiii.uidetur necessaria expensa viri hoc casu, & consequẽter satis fieri debere viro.Placet tamẽ opinio gl.(quam receptiorem puto)cum declaratione Bal.in d.tribus locis, ut scilicet distinguatur inter magnam & paruam expensam,in magna procedat opinio Bart.ne resultet iniquitas,si vir diligentiã necessariã adhibuit, & necessum fuit notabiliter expẽdere in exactione debitorũ, in parua autem expensa tutius procedet opinio & ratio gl.debuit enim vir cogitare necessariò aliquid expendendũ esse in exigẽdis debitis:& hanc Bal. distinctionẽ probat Ias.in d.l.si in area,idem in l. diuortio.§.impendia ad fi.ff.sol.mat.Alex.ad Bart.in d.l.j.ff.de impens.litera fin.& comprobatur ex I.C.in l.omnino ibi, *modicas impensas*:ff.eo.& ex ratione I.C.in l.iure succursum.vii.ff.de iure dot,ibi,*circunuentus*: & ibi,*bono & æquo non conuenit*. Qua in re magnam vel paruam expensam non iudicarem simpliciter, sed respectiuè attenta quantitate dotis arg.l.res bona fide liiii.ff.de cõtrah.emp.meliùs ex l.Scio.secundũ literã & interpretationem Alberi. ibi,ff.de integ. rest.reiecta vulgari allegatione,vt melius tradit Deci.in c.de appellationibus. de appel.& in proposito ita prudenter instruit iudicẽ Alberi.in l.hactenus ad fi.ff.de vsufr.Tutius etiam procedit opinio gl.quaddo nomina debitorum darentur æstimata, quasi tunc uideatur distracta alea, ex qua posset resultare lucrũ vel damnũ.vt considerat Bar.in d.l.j.& in d.l.meuia.facit l.j.C.de pact. l.de fideicom.C.de transact.Ex quibus non videtur tutũ. quod indistinctè scribit Alex.d.l.diuortio.§ impendia.n. 3.dicẽs impensam modicã semper appellari quæ nõ cõcernit perpetuam rei utilitatem licèt sumptuosa sit, & è contra magnam impensam appellari, quæ respicit perpetuã utilitatẽ rei,etiã si quo ad sumptum modica fuerit: ꝙ probat Ruin.cons.xiiii.nu.libro j.Sed cõtrarium æquius est & magis consonum doctrinæ l.C.d.l.omnino.& l.hactenus,ff.de vsufruc.& l.in commodato.xvii.§,possunt.ff. com-

commod.ibi.*naturali ratione*,& ibi,*modica impensa*: & contrarium consuluisse Pau.Castr.fatetur ipse Ruin. d. loco, & ultra eos contrarium colligitur ex Bald. in locis suprà citatis generaliter distinguente inter modicas & magnas
71 impensas. Ex supra dictis aūt vtiliter infertur ad expensas quæ fiunt in bonis maioratus,vel emphytheoticis aliterve restitutioni subiectis,de quo multa dici possent, interim verò non omitto apud Lusitanos nostros l. Regiam coniugi deberi partem expensarum,quæ matrimonio cōstante fiunt in rebus maioratus,uel emphytheoticis,& similibus quæ non communicantur inter coniuges: sic etiā l.Regia succedens in emphyteosi tenetur conferre fratribus impensas factas in ijs bonis,ut lib.iiij.titu.vij.§. iij.& titu.lxxvij.§.xxxiij.in fine & sequē.vbi approbari videtur differentia nostra contra Alex. inter modicam & magnā impensam.quod Regnicolæ summè notare debent,eaque Regia lex receptis traditionibus consona uidetur, ut scilicet coniux & alij filij partem habeant in melioramentis, licet res in quibus fiunt ad unum tm̄ spectent, ut probat Hispanus Palat.in rubr.§.vj.ij.nu.15. & seq. quem sequitur Chas.malè eum referens in consuet.Burg.rubr. iiij.§. xiij.nu. 6. uersi.aduerte & nemine citato Hispanus Arias l.Tauri.xliiij.nu.28.Couas Ru.de sponsal.ij.par.c.vij.§.j. nu.9.Quibus in locis plures ex prædictis Doc.minus aptè arguunt à vasallo uel emphyteota faciente melioraméta, ad quæ tenetur dn̄s finito feudo uel emphyteosi absq; culpa ut habetur in c.j.§.si uasallus titu. hic finitur lex & ibi Bal.Afflict.& alij. & tradit Ias.in l.ij.n.27. cum seq.C.de iur.emph.notanter Molyn.in consuet.Paris.§.j.glo. v.nu. 98.cum præced.quo argu.omnes utuntur. Ego aūt aduerto hos terminos esse longè impares respectu filij uel successoris in maioratu: namq; res non ueniunt ad eundem liberè,semperq; subiiciuntur restitutioni,nec possunt alienari,cū sint vinculata familię,& sæpè onerosum & iniquū esset filio maiori astringere eum ad soluenda melioramē ta propter fragile dominium vel usumfructum ad uitam tantùm. At dominus feudi uel emphyteosis consequitur rem ipsam liberè, eiusq; vtilitati cedunt plenè melioramenta

menta quæ cum re distrahere potest. Ideoq; iustius est: vt satisfacere teneatur, quod magis consonat æquitati, quam I.C. in hoc expendit in l. in fundo. xxxix. ff. de rei vendic. & in l. si seruos. xxv. ff. de pignor. actioni ibi: *grauius ad recuperãdum*, & ibi: *non est æquum.* Ex quibus in filio successoreq; maioratus non parum iustificatur. l. Hispanorum Tauri. xlvj. quam longe iniquam asserit Palat. ibi & in d. §. lxii. Rubr. nu. 16. & alij Hispani: eam tamen aliqualiter colorant Anto. Gomer. & Didac. à Castello. ibi uides igitur in hoc contrariam esse l. Castellæ. l. Portugal. nostra enim magis fauet coniugi & cæteris liberis, illa soli primogenito uel successori maioratus. ¶ In qua difficultate ego in ea essem sententia, vt successor maioratus teneatur satisfacere matri vel fratribus, quando expensa fuerit magna, & ex ea resultat notabilis utilitas: nec tunc compellendum eũ putarem ad soluendum semper in pecunia, si ea non abundet. Sed magis in reditibus resultantibus ex ipsis melioramentis: quia ipse non magis dñs est maioratus quam fuit pater, uel is cui succedit. Similiter putaré non teneri successorem maioratus ad soluenda melioramenta, quando antecessor eam fecit sine incommodo vxoris, vel quia eã non habebat, vel quia ex melioramentis resultauit incrementum patrimonij, quod ipsa communicauit. Nec compellerem successorem ad talem solutionem quando pater vel possessor decederet sine liberis uel parentibus, eligeretq; hæredes non necessarios, sæpe enim contingit ut maioratus ex dispositione iuris uel instituentis ad vnũ pertineat, possessor autem reliqua sua bona alii relinquat: tunc enim iniquum esset compellere successorem ad soluenda ea, quæ antecessor expendit in rebus maioratus, in quibus ipse successor non plus iuris consequitur, & aliter periret uia fraudibus, quia possessor ample expenderet in odium & onus futuri successoris, cui aliquando difficilimum, & quasi impossibile erit magna melioramenta soluere contra æquitatem quam considerat I.C. in d. l. si seruos, & in d. l. in fundo. & saltim non obligarem tunc successorem ad plus, quàm id quod habetur in allegato. §. si vasallus tit. hic finitur lex, vbi etiam dominus ad quẽ redeunt

deunt bona non arctatur præcisè ad soluenda melioramẽta, sed electiuè ut soluat, uel ea auferri patiatur. & sic ibi probatur à maiori nostra hæc sententia, in qua textus ille sine iniquitate procedet: licèt eius decisionẽ immodestè nimis repræhendit doctus & curiosus (licentiosus tñ) Moly. d. loco, & ex iis cũ æquitate & ratione resultat modificatio ad prędictas. ll. Lusitanię & Castel. Nec omitto q̃ apud Lusitanos lex Regia specificè fauet coniugi circa impensas factas in bonis maioratus. vt d. li. iiij. tit. vij. non autem id expressum est in fauorem liberorum, nisi tantum in bonis emphyteoticis d. li. tit. lxxvij. §. xxxiij. vsus aũt id obseruat: nec dispar ratio videtur emphyteoticis & maioratus. inter liberos ipsos quo ad collationem: non tamen tanta erat ratio pro aliis liberis, quanta pro coniuge. impensa enim fit de fructibus & bonis communibus inter coniuges ex lege & consuetudine regni, ideo iustius potest coniux repetere partem impensarum: non ita liberi, qui uiuo parente id iuris nõ habent iuxta. l. j. §. si impuberi. ff. de colla. bo. Bar. in l. hæreditatũ. ff. de bon. auto. iudic. possi. De ęstimandis autẽ melioramentis & aliqua utilia ad multa iura tractabimus Deo duce in sequen. parte uel in Auth. huius

72 tit. Circa onera autem & expẽsas in aliis fructuariis, præcipua decisio habetur in l. hactenus viii. ff. de vsufruct. vbi I. C. Celsus vel Vlpianus secũdum alius libros, fructuariũ onerat ad modicam expensam in reficiendo: ideoq; ad sarta tecta eius obligatio restringitur ibi, & in l. eũ apud C. de vsufr. Si uerò damnum ex uetustate uel alia causa (secundum Albe.) contigerit, quod non possit sine magna impensa reparari, vt fructuarius nõ tenetur, ita nec proprietarius, ex mẽte I. C. ibi *sed si hæres refecerit*. & ita Doct. uolunt. proprietario aũt reparãte, vtetur fructuarius, ut tex. hẽt. qui tñ intelligi debet, nisi tota res destructa fuerit, quia finitus esset vsusfructus iuxta l. v. §. rei mutatione. ff. quib. mo. vsusf. amit. notat in terminis Bar. in l. cotẽ ferro. §. qui maximos. nu. 6. vers. si vero. ff. de publ. & vect. gl. aũt in d. l. hactenus, cõcludit remittendũ esse iudicis arbitrio, quæ dicatur magna uel modica impensa: & ita Albe. ibi & Angel. nume. 2. glo. & Barto. in l. omnino. ff. de impens. in

reb.Doćto.quod poſſet comprobari ex multis,quæ copioſiſſimè congerit de arbitrio iudicis Matth.de Afflict. in c. j.ij.col.cum quarta.ſeq.ex quib.cauſ. feud. admit. lib. iij. feud.tit.j.vnde ornabis,quod inquit Vlpianus in l.j. in fin. ff.de iure delib.ibi, *in ius dicentis poteſtate*: Et quod inquit Papinianus in l.quæſitũ.ff.de teſtib.ibi *quod legibus omiſſum eſt,non omittetur religione iudicantium*.Et multa in ſimili cumulat Tiraq.in l.ſi unquam.uerb.omnia nu. 30. & Hipol. in l.quæſtionis.la j.ff.de q.Rip.in l.ſi conſtante num.29.ff. ſolu.matr.Nicotius in cap.quoniam contra fol.80.de probat.quibus ad d.l.j. circa quæſtionum temporis cõmittendi arbitrio iudicis.adde Alb.in l.j.§.quod autem. ff.de ſuperfic. Diſtinctio autem d. l. hactenus circa magnam uel modicam impenſam procedit tantum in reficiendo,onera enim & tributa aliave extrinſeca ratione poſſeſſionis uel fructuum ab ipſo fructuario ſolui debent etiam ſi modica non ſint,ſecundum Bal.& Ang.ibi.& Fulg.in *fi.l.præced.* & ita intelligunt tex.ibi in uerſi.quoniam ibi,*alia onera*,& ibi:*ſtipendium vel tributum*:& melior textus in l.ſi pendentes xxxiiij.§.ſi qui.ff.eo quem extollit Platea in l. j. col. ij.nu.3.C.de anno. & tribu. & aliis oneribus realibus idẽ regulariter tradit Molyn.in conſue.Pariſ.§.xxii.nu. 156. & 158.probat tex.in l.quæro.xxviii.ff.de uſufr.leg. & ibi Bar.bene etiam probat tex.& ibi Bart.in l. neq; ſtipendiũ ff.de impenſ.in reb. do. ibi *onus enim fructuum hæc impendia ſunt:* & ibi glo notat & Bar.& ample Alexã. ad Barto.ubi multa adducit.tex.& Doct.in l.fructus.C.de actio. empt. ibi, *& functionum grauamen pertinet*: quia uerò deciſio.d.l. hactenus utilis eſt eam multis ampliationibus & limitationibus ornabimus,quę nõ alibi forſan inuenientur.Primò igitur ampliatur in uiro poſſidente bona dotalia vt ex illis tributa oneraq; realia ſoluere teneatur ſecundum gl. & Bar.in l.unica C.de mulier.in qui.loq.& ibi Mauricius pag.ccx.probat tex.& ibi notat Bart. in l. nec ſtipendium xiii. ff. de impenſ. ibi *onus enim fructuum hæc impendia ſunt*: quæ ſententia receptiſſima eſt, colligitur ex re.l.fructus vbi latiſſimè doct.ff.ſol.matr.Secundò ampliatur ut procedat in emphyteota & feudatario qui ſimiliter ad eadem

onera

onera tenentur ut probat l.ij.ibi *publicatio fructuum*: & ibi Alb.& Bal. C. de iure emphyt.& est recepta sententia,vt tradit Ias.in l.j.nu.25.C.eo.Chas.in cõsue.Burg. Rub.iiij. §.vj.fol.154.col.ij.Io.de Ami.cons.viij.nu.61.& 62. Tertiò ampliatur ut possidens fundum,& percipiẽs fructus,teneatur ad soluendum censum,& onera realia,etiam si cõtrarium cum conuenerit,à quo rẽ habet, ut probat tex.in l.ij.& ibi notat Bal.C.sine cẽsu vel.reliq.& ibi glo.ad idẽ bene adducit text.in l. inter debitorem.xliij. ff.de pact.& ibi Doct.tradit Card.Paris.cõs.lij.lib.j.Quartò ampliatur ex Bal.in l.fi.nu.1.in iij.not.C.sine censu.dicente id menti tenendũ,per tex.ibi ut procedat,ẽt si bona alterius nomine descripta uel registrata inueniantur:præualere .n.debet ueritas & æquitas,ut possidẽs & percipiẽs fructus teneatur,& hoc regulariter magis probarem licèt aliqui cõtrouertãt,ut tradit Parpal.in l.placet.nu.41. C.de sacros. eccl.facit.§.ueritas l.illicitas.ff de off.præs.& cum Bal.est Rom.in l.imperatores nu.1.ff.de publ.& uect. Quinto ampliatur etiã in oneribus & tributis nouę impositionis post vsumfructum constitutũ ut probat textus & ibi notat Bartol.in l.quæro xxviij.ff.de vsufruct. legato ibi *& in his speciebus,quæ postea indicant.*& ibi,*hoc onus ad fructuarium pertinet*,notat Matthæus Afflict.lib.iij feud. titul. de prohib. feu.alien,per Feder.§.præterea ducatus nu.57. facit l.seruitus.xxj.ibi *omne lumen significari,siue quod in præsenti, siue quod post contigerit*.ff.de seru.urb.præd. Sextò consecutiuè ampliatur ad collectam extraordinarie pro rebus impositam ut sic decisio illius l.non tantum procedat in tributis & oneribus ordinariis seu consuetis ut elegãter tradit Socin.cons.cxix.lib.j.quod duplicatur consil.ccxvii. lib.ii.ex quo limitatur generalis allegatio l.scio.x.§.medico. ff. de annu.lega.cum notatis à Fely.in ca.sedes,iii. col.cum sequen.de rescript.Septimò ampliatur , ut non solum teneatur principalis fructuarius & percipiẽs integros fructus, sed etiam pro rata teneatur,quicunq; habuerit partẽ fructuum ut tradit Matth. Afflict.d. §.præterea ducatus,nu. 53.idẽ decis.cclii.nu.2.vbi tamen id limitat in primo genito tenente feudũ uel maioratum,& ex eo aliquid annuũ

tribuēte fratribus ut illi ab oneribus excusentur, quæ sententia æquitate & ratione iuuatur, eamq; probat Tiraq. de primog. q. lxxiiii. Octauò Ampliatur in conductore ad longum tempus secundum Alex. cons. j. n. 10. lib. iiii. quē sequitur Parpal. in l. placet n. 48. C. de sacros. Eccl. Sylua. consil. xlvii. nu. 4. quibus nō citatis idem scribit Maurit. in d. l. unica pagi. ccv. faciūt notata à Deci. cons. cciiii. Nonò ampliatur in tributis & oneribus realibus, ut fructuarius uel emphiteota, uel emptor teneatur etiam pro præteritis antequā possideret ut probat tex. cū gl. in l. imperatores. vii. ff. de publi. & uecti. ibi, *ipsa prædia nō personas cōueniri*, & ibi: *ideo possessores etiam præteriti tempus vectigal soluere debere, &* ibi notāter Pau. Rom. & Matt. Afflic. omnino uidendus decis. xcv. & hoc dicit magis cōe Pan. in C. pastoralis nu. 5. de decim. bonus text. in l. v. §. fi. ff. de censi. ibi, *ob tributa præteriti temporis:* tradit Capit. deci. xx. nu. 26. Decimò ampliatur fortius in quocunq; possessore fructus recipiēte, ut is onera realia soluere teneat, ut tradit Mathæ. Afflic. lib. j. constitut. rub. xcvii §. vltimo num. 5. quod confirmari potest ex gl. in l. j. uerb. fructus. C. de annon. & tribut. quam notat Bar. ibi ad hoc, quòd dominus locans prędium pro pensione pecuniaria, non teneatur ad tributa, sed conductor qui fructus rei percipit, quod probat & extollit Io. de Plat. ibi nu. 2. ad fi. Corset. in notab. uerb. locatio Rom. in l. imperatores. ff. de publ. Ias. consilio cix. ad fi. lib. j. ubi alios citat & Pau. consil. ccccxlii. in fi. lib. j. quæ conclusio dura uidetur ita indistinctè accepta. Nā d. l. hactenus, & iura similia loquuntur (ut uides) in fructuario uel emphyteota, & saltim in cōductore ad longum tēpus. Diuersa autē ratio est in colono, uel simplici conductore, ut infra, ut melius aduertere uidetur Moli. ad Alex. d. cōsi. iiii. lib. v. maximè quia si rectè attēdas, dominus rei, magis quàm colonus, uidetur tunc fructus percipere ea pecunia æstimatos argu. l. si æstimatis. ff. sol. matr. l. fin. C. de constitu. pecu. ibi &, *possibile est omnes res in pecuniam conuerti*, & merces locationis fructus appellatur in l. uideamus xix. ff. de usur. Sed pro communi opin. urget tex. quē gl. & Doc. citant in l. si sine. xxxiii. §. Lucius, ff. de adminis.

tuto.ubi I.C. refert consuetudinem particularem ciuitatis,in qua domini prædiorum,non conductores onera realia soluebant,& significat extra consuetudinem,cōductores prædiorum teneri ad onera realia. & ita ibi notant Alber.& Cu.Qua in re scribentes non sibi constant.Nam idē Pla.in d.l.j.n.3.indistinctè ut receptum scribit colonū ad ea onera nō teneri per l.iiii.C.de agri.& cēs.ubi idem Pla.n.2.not.excusari.à collecta & tributo colonū partiariū,uel q nūmis colat,licet ibi sit litera corrupta deficiēte negatiua, quæ addi debet ex ea l.& ex aduersatiua in eo.Plat.ibi.*Sed domini* & ibi,*itē secus*. Igitur uidetur manifesta repugnantia: quia nūmis colere,idē est,quod domino in pecunia soluēdo,fructus percipere.Vnde talis colonus excusandus non erat, si uerum dicit gl.& cōis opinio in d.l.j.Nec concilies Plate. & Doct.quasi in d.l.j.loquantur de conductore , & in d.l.iiii.loquantur de colono:iura enim ipsa talē differentiā nō admittunt:maximè quòd Bart.Rebuf.& alij in d.l.j. extollēs gl.ibi eam securè intelligūt in colono.Ideò nō est leuis difficultas,quę ex hac doct.repugnantia resultat:in qua ante alia,est adhibenda inter collectam,& tributa seu onera mere realia,ut tradit Ias.d.consi.ad fi.citans Plat.in d.l.j.ad fi.C.de Annon. sed debuit allegare Bald.ibidem num.5.melius ita declarantem & assignantem rationē diuersitatis. & ita Ale.d. consi.iiii.nu.4.lib.v.Secundò in eadem difficultate nō omnino uidetur uerum quod indistinctè doct.scribunt contra colonum, uel conductorē soluentem in pecunia , nec est cur magis oneretur in tributis soluendis, quàm colonus partiarius:imò qui nūmis colit uel cōducit , uidetur maiori oneri & periculo obnoxius, ut docet experiētia, ac proinde mitius cum eo agēdum erat,quod doct.nō aduertunt.Idque mihi probatur ex l.qui concubinā.xxix.§. qui hortos in fi.ff.de leg.iii.iunctis infra dicendis.Tertiò in eodem articulo aduertendum puto, an onera & tributa realia sint notoria & consueta, & tunc tutiùs procedet gl.& recepta opinio , ut dominus seu locans , qui solam pecuniam non fructus percipit,excusetur ab onere &, tributo respiciēte fructuum collectionem, quasi ita uidea-

tur tacitè conuentum ex consuetudine & natura rei, iuxta l.semper in stipulationibus. ff. de regu. iuris, nec tunc potest cõqueri conductor, vel colonus cum onus sit notorium, nec id regulariter ignorare liceat, & natura oneris realis rem, non personam sequitur dicta l.imperatores.ff. de publi.& uectig.l.ii.& fi. C.sine cẽsu, uel reliquis. Quartò in emphyteota vel fructuario indistinctè excusabitur proprietarius, quæcunque onera realia sint, ut probatur ex iuribus & docto.supra citatis. Et ita Bal.in dicta l.j.n. 5.in fin.C.de Annon.dicens fructuarium uel emphyteotã in hoc dominum censeri per d.l.hactenus. Quintò videtur iuridicè distinguendum inter non dominum rei, colligentem fructus ex causa onerosa, & percipientem eos ex causa lucratiua, in primo enim obseruabuntur distinctiones hic tradite, in secundo regulariter excusabitur proprietarius, à quo uel ab eius authore causam habet is, qui fructus colligit ex causa lucratiua. non enim par ratio est eorum iuxta l.vlt.C.de cõdic.cũ vulg. & ita in colligente ex causa lucratiua tradit Roman.consi.ccxxx. n.1.facit l. ad res donatas.lxii.ff.de ædil.edict.l. Aristo.§. fi. ff.de dona. Sextò in colligente fructus ex causa onerosa nõ putarẽ eũ teneri ad onera extraordinaria & inconsueta: quia de his conuentum nõ uidetur argu.l.Seio.§.medico. ff. de annu. leg. & ita in cõductoribus soluturis in pecunia vsu obseruari videmus, vt dominus seu locator exprimat omnia onera rei. Alias conductor nõ tenetur nisi ad quantitatem conuentã. Et ei suffragatur regu.l.quicquid astringendæ. ff.de verb. oblig. nec parum deferẽdum est consuetudini, iuxta.l.minimè.ff.de legi. & in hac materia id docet I.C. in d.§.lucius.l.si sine.ff. admi.tuto. & in l.v. C.de agric. & censi.& cõuentiones iudicari debent, secundum quod homines cõiter intelligunt, ut in simlli notat Pan.in c. pastoralis ad fi. de Deci.& colonum. & cõductorem à collectis & decimis excusari tradit Frãcis. Luca, de fisco.iii.par.n. 19.sed caue ut infra. Septimo ex supradictis infertur maxima ampliatio ad d.l.quæro.xxix, ff.de vsufr. lega.vt non solũ procedat in fructuario, sed etiã in quodlibet possessore, uel colligente fructus ex causa lucratiua, is.n.regulariter

lariter onera realia ſoluet,idq́ue maiori ratione,quàm in caſu,de quo agit.gl.& communis opinio in d.l.j.C.de Anno. cum ibi aſtringatur conductor ſolués dño in pecunia, hic verò loquamur de percipiéte fructus ex cauſa lucratiua,& ita in quolibet legatario ſentit Alber.in l. qui concubinam.§.qui hortus. in fin.ff.deleg.iii.licet regulariter cõtradicendum uideretur,vt per Alex.d. conſi.iiii.ad fin. lib. v. ¶ Octauò ex his notabiliter poteſt intelligi text. in d.§.lucius,quem gl.& docto.indiſtinctè contra conductoré notant.ego autem melius intelligendum puto ex ſuperioribus, facta diſtinctione iuxta terminorũ diuerſitaté, vt his concluſionibus reſoluimus,quibus patet ex alijs iuribus non poſſe indiſtinctè procedere, quod ſcribentes generaliter colligunt ex eo.§. vbi I. C. non tradit regulam, nec certum quid decidit, nec explicat an ibi conductor eſſet ad breue uel longũ tempus,& an in pecunia,an in fructibus ſoluturus, ſed tãtum refert conſuetudinem loci, & agit an ea excuſet curatoré.unde quo ad alia,petenda eſt reſolutio ab alijs iuribus & rationibus. Nono decimis ex fructibus non excuſabitur colonus,uel conductor fructus recipiens, uel partem, ut probat tex. in c.tua nobis,& ibi Panor. num.14. quem uide de decim. id enim onus odioſum non eſt:Sed notoriũ,vniuerſale & fauorabile Fely.in c.ad audientiam.num.21.de præſcrip. quod pro expreſſo haberi debet in conuentione domini cum colono vel cõductore:vnde cauendum eſt ab eo, quod indiſtinctè in decimis ſcribit Lucan.d.loco. Decimò ex ſcribentibus in dictis locis apertè colligitur, emphyteotam teneri ad tributa & onera etiã ſi magnũ canoné, ſeu magnã penſioné domino ſoluat,indiſtinctè enim loquuntur Docto.in emphyteota,ut conſtat ex Bal. in dicta l.j. C. de iure emphyt. & ibi Iaſ. nu.25. Socinus d.conſil. Alex.d.conſi.iiii.lib.v. & conſi,xxxv.lib.iiii.idque expreſſim colligitur ex Bal. Ange.Fulgoſ.in d.l.hactenus.& ita Petrus de Vbal. in tract. de collec.ad finem nume.3.& Siluanus conſi.xlvij. vbi repræhendnnt Albe.Bru.in tract.de ſtatu. excludent.fœmi. arti.viii.q.xxii.Sed illi loqũtur generaliter, Bru.auté loquitur ſpecialiter in emphyteota eccleſię, ideoq; non ita debuit

debuit repræhendi, cum expeditum non ſit, imo uariè diſtinguatur quando emphyteota uel colonus bonorum eccleſię teneatur, ut per Iaſ. in l. placet ex n. 17. C. de ſacroſ. eccle. & ibi Parpa. & Pla. in l. fi. C. de exact. trib. Fely. in c. ad apoſtolicam de ſimo. Ripa lib. ii. reſponſ. capitu. vii. Silua cõſi. ix. Boer. deci. ccxiii. ad fi. de quo apud Luſitanos habetur l. Regia lib. ii. titu. xvi. §. ix. & xiiii. & xv. Vndecimò ex ſuprà adductis colligitur, ſcribentes generaliter ſentire, quòd emphyteota, uel uſufructuarius inſolidũ teneatur ad collectas, ſicut ad onera merè realia, nec in hoc cõſtituũt differentiã inter collectas & tributa realia ut expreſsim notant Bart. in l. quæro. ff. de uſufruct. leg. Bal. in dicta l. j. C. de anno. & trib. n. 5. in fine. Bal. in l. j. nu. 5. verſ. ſexto C. de iure emphy. Alex. dictis conſi. Socinus d. cõſi. apertè Ange. & Bald. in d. l. hactenus Rom. in l. imperatores. ff. de publica. & uecti. Petrus de Vbal. d. tract. de collec. n. xlviii. Math. Afflict. lib. iii. feu. titu. quæ ſint regal. §. plauſtorum nu. 40. fol. clxxx. ſic in marito ex bonis dotalibus ſecundũ Barto. & Dect. ubi ſuprà ut tradit, Alexan. conſi. cxlviii. nu. 3. lib. vj. quas authoritates retuli, quia Iacob. rebuf. in d. l. j. C. de anno. & trib. quaſi receptũ ſcribit, onus ſoluendæ collectæ diuidi inter proprietarium & emphyteotã & uſufructuarium. Ideoq; ab eo cauendum eſt, licet quo ad alia ſit differentia inter collectã & onera merè realia: ut per Bar. & Plat. ibi, & alios, ut tradit Alex. d. conſi. xxxv. lib. iiii. Lucan. d. tract. de fiſco. iii. par. Alex. cõſ. lxxviii. lib. vj. multa utiliter Bal. in l. fin. ex nu. 3. cum ſeq. & ibi Sali. num. 5. C. ſine cenſ. uel reli. Curt. iun. conſ. lx. & ſeq. eſt tamen aduertendũ, ꝙ ubi tributum uel collecta imponitur iuxta ualorem bonorũ uel fructuũ, deduci debet, quod emphyteota ſoluit domino, ut notat Iſer. quem ſequitur Mathæ. Affli. d. §. nu. 36. faciunt notata ab Alex. in l. quoties. ff. ad l. falci. & in l. ubi purè. ff. ad Trebe. Iaſ. in l. non amplius. ff. de lega. j. & in l. pen. §. j. ex n. 6. ff. de iuriſd. om. iud. ¶ Ex quo à paritate rationis infero, ꝙ ſi uſufructuarius eſſet ex cauſa oneroſa, quia emiſſet forſan uſumfructum, non ita teneretur ad collectas, uel onera ſaltim extraordinaria, deberet enim minui ualor fructuũ attento precio

to precio, quod dedit. tex. enim in d. l. quæro. ff. de usufru. lega. loquitur de legatario, & sic in causa lucratiua. Et ad hunc modum utiliter intelligetur d. l. hactenus cum si. onera enim & impensæ minuunt valorẽ rerum & fructuũ, ut per Alex. & Ias. in locis proximè citatis. & in simili notat Ioan. Imol. in l. cum seruus §. hæres. ff. de lega. j. Ad limitationes d. l. hactenus, dum loquitur de modica impensa refectionis, limitatur primo in inquilino uel conductore ad breue tempus, qui nõ tenetur expendere, etiam modicè, in ijs quæ ultra tempus conductionis duratura sunt: secundum Alber. ibi & Bald. in l. nu. 5. C. de iure emphy. & ibi Ias. n. 25. & 27. addo Barto. in l. cotem. §. qui maximos. nu. 13. ff. de public. & uect. Alex. in d. consi. iiii. nu. 7. lib. v. citant tex. in l. ædiles. ff. de uia publi. quem corruptè allegat. Bal. in dicta l. j. qui tex. in uersi. quicunque, cõcedit inquilino uel conductori ius repetendi impensam, si eam fecerit: extollit Alex. in l. diuortio. §. impendia, nu. 3. ff. solu. matri. Ias. in d. l. j. nu. 27. facit l. eum ad quem. C. de usufru. Limitatur. ii. d. l. hactenus, ne procedat in conductore ad nõ longũ tẽpus, iuxtà supradicta in ampliationibus: & colligitur ex Bal. in dicta l. j. n. 5. C. de iure emphy. tradit notabiliter Alex. d. cõsi. iiii. lib. v. & est receptissimum. Vnde in colono & conductore cauebis à nouissimo Costalio in annota. ad Pandec. sub. titu. ff. de usufru. l. vii. ubi incautè eos æquiparat emphyteotæ. Limitatur iii. ut procedat in tributis & oneribus realibus & collectis pro rebus ut supra. non autem quo ad onera personalia: ut notat Bart. in dicta l. nec stipendinm. ff. de impens. & glo. l. unic. C. de mulier. & in quo loc. per tex. in l. Lucius. xxj. §. idem respondet constante. ff. ad municip. & ita Plat. in d. l. j. col. ii. C. de anno. Mauri (ubi uidetur addere aliqua ad dictum §. in dicta l. vnica, pag. ccxii. & cum gl. Platea ibi ad finem. ¶ Ego aduerto quòd tex. in dicto §. idẽ respondit, loquitur propriè in muneribus & magistratibus, non in tributis uel oneribus, habetq; diuersam rationẽ ob utilitatẽ publicã, uel periculũ reipub. cui non esset consultũ ex bonis dotalibus: & ita illũ. §. extollunt Bal. Alex. & Ias. n. 2. in l. sciendum §. si fundus. ff. qui satis. cog. Alb. j. parte. statu. q. cix. ad fin.

ad fi.licet aliter uideatur minus bene intelligere Cæpol. in Auth.sed nouo iure,nu.86.C.de seru.fugi.Limitatur. iiii.dicta hactenus, & quæ suprà dicta sunt,ut aliquando teneatur ad onera,qui non percipit fructus;ut in casu.no tab.tradit Gozad.quem uide conſ.xxxiii.Limitatur.v.d. l.& quæ suprà adduximus,ut procedant in oneribus realibus publicis,ex lege uel indictione superioris;ita enim loquuntur suprà allegata,secus in oneribus ex cõuentione,vt in pensione soluenda ab emphyteota,qui rem alienauerit,nõ enim datur domino ius agendi ad pensioné nisi conueniat cũ eo, cũ quò fit alienatio uel trãslatio:quia est actio personalis cõuentione, quæ non sequitur ré iuxta reg.l.fi.§.fin.ff.de contrah.empt.ita in terminis notat Paul.in l.in uenditione.ff.de acti.empt. quẽ non uidetur pecipere Math.Affli.decis.xcv. numero 3.nec eius meminit Ias.in l.ii.nu.150.& 154.C.de iure emph.ubi hoc tractat,& plures refert & ex traditis per eum colligitur esse hoc receptũ:ita ẽt Alber.in d.l.qui cõcubinã,§.qui hortos, uersi.uel dic.ff.de lega.tertio Rom.in d.l.imperatores,ad fi.ff.de public.& uectig. ex tex.ibi colligitur ratio differentiæ,quia in tributo & onere publico reali inquit I.C.*rem non personam conueniri*, id est,quẽlibet rei possessorem : ut in d.l.ii.& fi.C.sine cens. uel rel.& l.inter debitoré, suprà citatã,ff.de pact. Limitatur.vi.ne procedat in oneribus soluẽdis, antequam legatarius uel fructuarius cõsequatur possessionem rei.illa enim ab hærede uel domino fieri debent:ut notat gl.quã Bart.ibi probat & commendat in l.pe.§.fi.ff.de lega.iii.& Rom.cõs.ccxxx.uersi. secundo.Bar.in l.quæro.ff.de usufru.lega.ubi dicit hanc uerissimã resolutionem : erit ergo differentia inter onera futura, & ea quæ pro introitu exigũtur.Et hinc eleganter declarabitur doctrina I.C. in l.si à substituto 47.§.fi. in.ff.de leg.j.ibi , *talis dari debet qualis est*.Et illam gl.non bene adducit Cardi.Paris. cons.xciiii.num.23.libr.ii.Limitatur.vii.d.l. & quæ suprà diximus,ne procedant quãdo donatio uel legatio utilitate careret , donatario uel legatario onera soluente, ut notat gloss.in d.l.si pendentes.xxxiiii.§.si quid:uerbo , pertinebunt ff.de usufru.per

tex.

tex.in d.l.qui concubinã.xxix.§.qui hortos, ff.de lega.iii. ubi gl.ita intellexit:loquitur enim tex.de testatore legante fructus hortorum, quos ad quinquennium à R.P.conduxerat, & respondet, hæredem teneri,siue legatarium uti frui,& mercedem R.P.præstare.intelligit gl.quia nisi ita fieret,inutile foret legatum: & ita intelligebat Dy. relatur ab Alb.ibi,& à Barto.in l.penul.§.fi.ff.eo.ita etiã intelligebat Cy. relatus ab Alex. in l. apud Iulianum. §. si quis,in fine.ff.de leg.j.ita etiã Rom. consil.ccxxx.Aret. in l.fructus,col.fi.ff.sol.mat.ubi id probat & cõmendat:& ita Ias.ibi col.fi.nu.18.idem Ias.in l.cum seruus, nu.6.ff. de leg.j.dicens ad hoc tex.in d.§.cum gl.notabilem:idem in l.apud Iulianũ.§.hæres, nu.8.ff.eod.ita etiã Molin.in consue.Paris.§.xxii.nu.156.ad fi.Tiraq. de retr.ligna.§. xv.gl.j.nu.16.Parpal.in l.placet.n.50.C.de sacros.eccle. prac.papien.in for.lib.ad dotem,uerbo,dedit,n.5.col.iii. qui nouiores nihil ferè referunt; nec discutiunt de hoc: patet auté ex his receptam esse hanc opinionem, de qua tamẽ dubitare uidetur Alex. in d.§.si quis cũ Bar.in d.§. fin.l.pen.ff. de leg.iii. qui nõ omnino improbãt:sed cõtra dicit Ang.in l.eum ad quem in fi.C.de usufru.Ego aduerto in d.§.qui hortos, nõ agi de onere reali,de quo loquitur d.l.hactenus,cũ supra adductis: & consequenter non uidetur satis apta allegatio uel oppositio gl.Bar.& aliorũ,de illo §.ad l.quæro & alia iura loquẽtia de onere reali,quod uidetur melius cæteris aduertere Alber. in d.§. qui hortos, & Fulg.in d.l.si pendentes:quibus nõ uisis ita cogitabam ex resolutione Pau.in l.in uẽditione.ff.de act. emp.& alijs supra adductis.Vltra oẽs etiã considero, ibi testatoré legasse fructus hortorũ: fructus auté legati intelligi debẽt lucratiuè iuxta naturã legati.nec propriè diceretur fructus,si legatarius mercedé cõductionis solueret secundum ea quę diximus supra:hoc n.ad gl.l.j.C.de anno.& trib.nec tũc manerẽt legati fructus.sed translatũ diceret alea cõductionis,cõtra proprietaté uerborum,& naturã legati,ꝙ donatio appellatur iuncta cõi allegatione l.in testamentis, ff.de reg.iur.nimirum igitur si in dicto §.qui hortos, legatarius fructus sine onere percipiat:

piat: & forsan ita sensit licèt non explicet, Bart.in d.l.pe. §.fin. Limitatur.viii. d.l. nisi usufructuarius paratus sit usumfructũ relinquere, tunc enim excusatur ab onere, ad quod alias tenetur: iuxta responsum Vlpian.in l.cum fructuarius.lxxi.ff. de usufr.notat Bart. in d.l.cotem.§.fi.nu. 14.ff.de puplica.& uecti. Quæ renunciatio non procederet iii. emphiteota uel feudatario ex cõuentione obligatis, non audirẽtur enim renunciãdo emphiteosim uel feudum sine cõsensu domini:secundum Bal. & Ang.ibi Fu. in l.seq.notat Bar.in l.is cum quo.ff. de aqua plu.arc.quẽ ibi sequuntur Pau.& Rom.& Alex.ad Bart.& est recepta sententia ex traditis à Ias.in l.ii.num.24.C.de iur.emph. Panorm.in c.j.de feu. Ex quo patet non esse tutam argumentationem à fructuario ad emphiteotam, uel ècõtra: quod etiã colliges ex tex.in l.sciendũ.§.j.ff.qui satisd.cog. & sic contra Ias. & eos quos citat in d.l.ii.n.18.C.de iur. emph. & cõtra Grat.consi.xxii.n.10.li.j. ratio autẽ differẽtiæ in hoc potest esse, quia fructuarius sępius est ex causa lucratiua.emphiteota ex onerosa: itẽ fructuarius nihil præstat domino, nec ei nocet renunciãdo.Tandem ad d.l. hactenus,Pau.Castr.in l.eum ad quem.C.de usufr.repræhendit Bart.in d.§. qui maximos:notãs Bart.dixisse quòd fructuarius tam ad modicam, quàm magnam impensam in reficiẽdo teneri, & sua pecunia facere debere:differentiam autem esse, ꝙ magnam impẽsam repetet à proprietario : ipse dicit contrariũ uerius cũ Bal. ibi qua iniquum esset cõpellere fructuarium,ut sua pecunia impensam nõ modicam faciat : nec ei satis consuleretur ex iure postea repetendi. Salyc.autem ibi aliter Bartol.refert, quasi dixerit,posse fructuarium petere à proprietario ad magnã impensam necessariam,nec eam teneatur suo sumptu facere,de quo Salyc.dubitat ob iura,quæ fructuarium obligant ad custodiã & refectionem: & sic uides Saly.& Pau. contrarios in allegatione Barto.Bertrand.autem(Quem Galli Doct.laudant)cõs.xl.nu.15.libr.ii. aliter citat Bal. in d.l.eum,ad quem : ut fructuarius teneatur suo sumptu facere magnam impensam & eam à proprietario repetere:quod probat reiecta opinione Bart.in dicto §.qui maximos:

¶ ximos: & sic eum intelligit longè aliter quàm Pau. Ego puto Pau. in allegatione Bart.& Bal. negligenter in hoc articulo se habuisse:Bal.enim ibi id uult,quod Pau.à Bar. scriptum tradit.Bart.autem in d.§. qui maximos, nu.15. contrarium resoluere uidetur,quòd fructuarius tenet ad diligentiā & custodiam:iuxta.l.j.§.fi.cum l.seq.ff.usufru. quéadmodum caue.sed negat fructuarium teneri ad magnam impensam suo sumptu:immeritò ergo in eo loco repræhenditur à Pau. meliusq; in eodē loco citatur à Saly. & Bertrā. & ita eum accepisse uidetur Imol.id securè tradens in c.ult. numero 20.in princi.de pignor.Aduerto etiam eundē Bart. sibi contrarium uideri,alibi enim id dicit quod Pau.in eo repræhendit, nempe in l.damni.§.ei cuius.num.3.ff.de dam.infec. ubi fructuarium obligat etiam magnā impensam, eamq; à proprietario repetendā cōcedit,idque probare uidetur Practicus Papiens.in forma libelli ad dotem, uerbo dedit,nu.6.alibi autem Bar. in l.Nesennius.n.7.ff.de neg.gest.ambiguè loquitur:eius tamen uerba ibi.*sumptibus tamen proprietarij* (uidentur magis significare ut fructuarius non teneatur suo sumptu facere.Vides igitur in hoc utili articulo Bart.uariantem & ab alijs malè citatum: uides Bal.Bertrand.Papiens.uelle quòd fructuarius etiā ad magnā impensam teneatur,eāque à se factam repetat à proprietario. Vides Salyc.dubitare:Pau.uerò constanter asserere contrariū:imò quòd fructuarius non oneretur ad magnam impensam,licet eā à proprietario repetere possit: & ego Pau.opinionē amplector, quā probo authoritate Azo.in summa.C.de usuf.n.6.ad fi.& Imol.in d.c.fi.n.20.qui solū Bar.citat.Hęc autē opinio æquitate rationeq; iuuatur,quia nō esset fructuario benè cōsultū,si arctaretur ad magnā impēsam eo prætextu,quòd eam repetere possit: melius enim est ante tempus occurrere(ut lex inquit) nec debet quis se cōmittere obligationi uel actioni personali: iuxta tex.in l.cogi xvi.§.si pater,in fi.ad Trebel.ibi,*nō oportere sub incerto cautionis se committere*:& hæc opinio iuuatur ex d.l.hactenus, quam Salyc. male adducit:cum enim eam l.ad modicam impensam tantum fructuarium obliget, satis significat

cat non teneri magnam suo sumptu facere, idque magis uidetur de mente dicta l.eum ad quem.C. de usufr.ubi fructuario datur ius repetendi magnam impensam, quá uoluntariè fecit, non autem quod eam facere teneatur, idq; iuuatur ex iuris regula uitandi circuitus. l.dominus testamento.liii.ff.de condict.indeb. nec obstat argumentatio. Salyc. à custodia & diligentia, ad quam fructuarius tenetur, longè enim differt onus custodiendi, ab onere exbursandi pecuniam propriam. Non tamen intelligas arctandum proprietatem ad præstandam pecuniam fructuario pro impensa, poterit enim per se facere & expendere, nec alterius fidei committere: ut in simili notat Panor.in c.cum non sint, nu.5.de decim.ibi, *interest domini vt sit præsens*. Pulchrè autem adnotauit Paul.in d.l.eú ad quem, ut fructuarius non denuntiare teneatur, quando necessaria fuerit magna impensa: id enim pars est diligentiæ & custodiæ, ad quam fructuarius iure tenetur: idque uidetur de mente.Bar.in d.§.qui maximos, ubi supra.Circa actionem autem qua fructuarius impensas repetet, uariant gl.& Doc.in dic.locis, tractat Corn.consi. lxxxvi.lib.iiii.Hęc prolixius adduximus quia utilia sunt,
73 nec alibi ita explicata, ut agnoscet peritus lector.In hac materia à gl.Salyc. & Paul.in l.fin.§. filius autem, infrà tit.seq.adducitur tex.in l.sed & si quid.xix.§.fi.ff.de usuf. in quo habetur, non posse fructuarium seruitutem fundo acquirere, quod notabile est ampliationem regulæ §. alteri.l.stipulatio ista, ff.de verb.obli.cum simi.quæ decis.non procedet in trac.huius ti.& seq.pater enim legitimus administrator, filio stipulatur & acquirit: ut tradit Bart. receptus in l.quod dicitur.col.ii.num.4.ff. de uerb. oblig.gl.in l.si legati.ff.de pigno.quam dicit sing.Chas.in consuetud. Burg.fol.218.col.iii.nu.4. & generaliter potest pater filio acquirere in aduentitijs. glos.in d.l.quod dicitur & communis secundum Ias.ibi n.18. Bart. & alij in l.dominus seruo.xxxix.ff.eo.Saly.in l.ii.C.de contrah. & comm.stip.imò & filio emancipato acquirit pater utilem actionem: ut notat Pau.per tex.ibi, in l.quodcunque. xlv.§.j ff.de uerb. obligationibus, ubi Ias. nume.2.eam dicit

dicit communem sententiam: ergo magis ualebit stipulatio hoc casu cum agatur simul de utilitate patris haben-
74 tis amplissimum usumfructum. Sed ommittendum non fuit quod glos. Docto. communiter colligunt ex dicto §. fi. l. sed & siquid, unum quod putant à I.C. expressim decisum, ut scilicet fructuarius non possit consentire proprietario imponenti seruitutem rei, nec ualeat constitutio seruitutis quandiu durat usufructus: & ita illum tex. intelligit glos. Fulg. & alij ibi glos. Salyc. Pau. in d. §. filijs autem: glos. in l. pen. C. de pactis, ubi per eum limitat uulgarem regu. quæ habet, posse quemlibet iuri & fauori proprio renuntiare: & uerè nemo ex scribentibus negaret fructuarium posse in hoc consentire proprietario, nisi putarent contrarium illo tex. decisum. Ego auté cũ apud ¶ Iureconsultos rationem legis cæteris omnibus præualere uideam eosq; uiros prudentissimos sine ratione mirusq; contra eam responsuros, non potui semper non mirari hanc decisionem receptãq; sententiã, laudoq; Curt. Iuni. qui in d. l. pen. nu. 37. C. de pact. planè id mirabile & difficile putat, nec se rationé assequi fatetur: Nec ualet ꝙ pro ratione cõminiscitur Alc. ibi n. 53. & ante eum Fulg. in l. de qua agimus: nam ꝙ adducũt non solũ non concludit, sed potius retorquetur, arguunt enim quod nõ potest seruituté cõstituere nisi perfectè dominus. l. ii. ff. de serui. & inde infert Alc. rationem, ut putat, ad d. l. ut ideò proprietarius, & fructuarius simul nõ possint seruituté constituere: quia neuter eorum perfectè dominus est. At ego nõ uideo l. adijciétem qualitatem illam perfecti dominij ad constituendam seruitutem uideo autem dominum appellari usufructu carentem. l. rectè dicimus. ff. de verbor. signifi. Sed magis contra Alc. retorquetur eius argumentatio: cũ enim hic præsupponamus fructuariũ consentire proprietario seruituté imponéti, iam cõcurrit utriusq; & cõsequenter: potest seruitus imponi, licet neuter constituentium perfectè dominus sit: ut notat gl. in d. l. ii. & est tex. in l. per fundum xi. ff. de serui. rust. præd. ubi sustinetur seruitus concessa ab uno ex pluribus dominis, accedente consensu aliorum, etiam ex interuallo: & ita tex.

in l.fin.ff.communia præd. notat Pau. Castr. in l. stipulationes non diuiduntur, numero 6.ff. de uerbo. obliga.& ibi Alex.& Ias. Ex quo mihi resultat maximum fundamentum contra hanc communem assertionem:vt puté necessariò tenendum,posse seruitutem constitui ex re,cuius aliquis vsumfructũ habet,fructuario.s.& proprietario cõsentientibus. Et hæc opinio probatur ex dictis iuribus loquétibus de constituéda seruitute in re quæ ad plures spectat: probatur etiam ex reg.d.l.pen.C.de pac.& ex eo,quod ad sensum constat, non fieri tunc iniuriam fructuario consentienti.l.j.§.vsq; adeo.ff.de iniur.nec est in eo assensu vlla turpitudinis nota,quæ rem vitiare possit,nec ex consensu fructuarij tũc datur seruitus seruitutis,vt cõtra aliquos sciolos melius aduertit Cur.vbi suprà:nec forma rei mutatur,nullumq; ferè præiudicium uidetur:maximè si seruitus,quæ constituitur, non minuat quantitatem fructuũ, nec libertatem vtendi.Et per hæc prorsus reiiciendam puto communem opinionem.Fateor tamen non leue esse respondere illi.l.qua Docto.fundantur, cuius verba sunt in d.§.vlti.*proprietatis dominus ne quidem consentiente fructuario seruitutem imponere potest:* Deinde sequitur:*nisi per quam deterior fructuarij conditio non fiat*. In primo responso putaut gl.& scribétes expressum esse quod nos hic improbamus: Connanus aũt(quem grauissimi iudicij virum puto)lib.4.c.3.idem quod nos tentauit,licet nõ ita fundet: & pro sua exactissima cognitione linguę latinæ uerba illa aliter explicat interpretatur enim vt, primũ responsum contineat affirmatiuè,posse proprietarium sine consensu fructuarij seruitutem imponere:quia vero ea decisio uideretur dura & contra iuris rationes,intelligit ex sequenti responso eam limitari,vt procedat tantum,quando seruitus nullum incommodum fructuario afferret:& verbum,*nisi:* accipiatur pro duntaxat,vt sic ex vtroq; contextu resultet vna decisio,quæ habeat,proprietarium,& si non consentiat fructuarius,posse seruitutem rei imponere, eam dumtaxat, per quam nullum damnum fructuario infertur. Et hac nostra explicatione,apertius mens eius in hoc percipitur: cui addimus circa particulam,ne,primi responsi, quæ tradit

dit Bud.in Anno.prior.ad Pād.l.in eo iure.ff.de ritu. nup. addimus etiam eam particulam ſæpè ſtare pro non (vt ibi ſtat) quod ad alia iura no.Alb.in dictionario, Spiegel. in lexico.Et ex ſequenti contextu,ibi,*deterior non fiat* : planè colligimus I. C. non reſpicere argutiolas, quas interpretes pro ratione ſuæ opinionis afferunt,ſed tantum reſpicere ne fructuario inferatur incommodum: ideoq; neceſſariò probat, valiturā conſtitutionē ſeruitutis cōſentiēte fructuario,quia tunc non dr̄ incōmodum nec iniuria,vt ſuprà quod eleganter probat text.in l.fin.in fi.ff.de vſu & habit.

¶ Cogitabam ēt rē hanc faciliorē reddi poſſe:ſi in j. reſpōſo duplex eſſet negatiua:prima, ubi eſt in omnibus exemplaribus:ſecunda ante verbum poteſt,vt ſit ſenſus proprietarium non poſſe ſeruitutem conſtituere non conſentiente fructuario:& tūc propriè ſequit̄ limitatio:niſi ſeruitus ſit, per quā nullū incōmodum fructuario afferatur:quia tunc ſolus proprietarius ſeruitutē imponere pōt.Nec eſt nouū vt aliqn̄ in pandectarum libris particulam aliquam deſideremus:vt ſæpè tradit doctiſſimus Alc.& alij non aſpernandæ authoritatis uiri:ſpecificè aūt ad l. ſi quiſquā.ff.de diuerſ.& tempo.præſcr. Et in hunc ſenſum dictio, niſi ſequētis reſponſi leniùs & propriùs ſtaret quam ſecundum interpretationē Connani. Tandē quælibet interpretatio admittenda eſt pro veritate concluſionis quā hic tuemur, reiecta cōi opinione,cui iuris rationes obſtant & commu-

75 nis ſenſus aduerſatur,ut conſtat ex ſuprà adductis. Vidimus ſuprà patrē in aduentitijs à cautione vel ſatiſdatione excuſari,cū regulariter oīs fructuarius cauere teneatur: juxta l.j.ff.vſufr.quēad.cau.l.ſi vſusfructus.xvj.ff.de vſufr. c.vlt.de pig.quæ materia vtiliſsima ob frequentiā eſt,& à noſtris nullibi ordinatim explicata,ideoq; eā hic amplè & vtiliter ornare intendimus.Reg.igitur amplia.j.ad uſum, vt ēt qui eum tm̄ habet,cau.ten.vt in l.v.ver.ſed & ſi vſus, & l.pe.ff.vſuf.quemad.caue.Ampliatur.ij.in habitatione: & iij.in operis ſeruorum ſecundum Imol.in d.c.vlti.num. 29.Ampliatur iiij. etiam ſi vſusfructus uel uſus detur perſonæ dilectiſsimæ, ut uxori uel liberis:ex mente doctorū & l.j.& l.iiij.C.de vſufr. conducunt quæ doctè tradit De-

ci.consi.v.Ampliatur.v.ex eo quod inferius tentatur contra Soci.Cor.Deci.ad finem huius partis,num.80.Ampliatur.vj.vt ea cautio debeat esse cum descriptione bonorũ, vt superius dixi in alio articulo,cum Alexand. consi.lviij. lib.iij.contra gl.non solitam citari,in d.l.j.verb. faciét.ff. vsufr.quemad.caue.tradit Ias.infra citandus,cons.xl.nu.2 li.j.Ampliatur vij. in legatario ad tempus:is enim cauere debet hæredi de restituendo post tẽpus,vt in l.fi.C. de leg. & ibi gl.& Doct.notat Guid.decisio. ccxlviij. Ampliatur viij.ét si vsufructuarius vel vsuarius simul habitent cum proprietario:vt in l.pen.& ibi Alb.ff.illo.tit.Picus in §.Titia cum nuberet nu.141.notat Barto.in l.si vt certò.§.fine me.nu.3.ff.commod.inferens cum gl.ad quęstionẽ de qua etiam Rip.de peste.nu.ccccxxxiij. Ampliatur.ix.in parente transeunte ad secũdas nuptias.l.hac edictali.§. iis illud C.de secund.nup.Fulg.cons.lxxxij.in fi.facit tex.in l.iubemus.§.in supradictis.C.ad Treb. & apud Lusitanos habetur l.regu.lib.iiij.tit.lxxv.§.v.cum seq.tradit Boer. decisi. cc.Ampliatur.x. vt nec testator possit eam cautionẽ remittere vsufructuario cui bona relinquit;quod durissimũ sed est sed ita iura habent,vt patet ex l.j.C.de vsufr. apertius in l.pe.C.ut in pos.lega.& in l.si pecuniæ.ff.eo. gl.aũt in d. l.pe.& in d.l.j.& in §.cõstituitur Instit. de usufr.duplicem rationem assignat, sed neutra cõcludit vt ingenue fatetur Cor.& Fulg.nec sibi satisfacit Pau.in l.ij.eo.tit.nec Bar.in l.nemo potest,num.iij. ff.de leg.j.minusq; satisfacit,quod Rip.pro rõne affert in d.l.nemo, nu.41. id enim est de quo
76 quærimus:ratio autem à dicto differre debet.Ea autẽ dura iuris decisio ampliatur ut sicut testator non potest tollere hanc cautionem,non possit etiam tollere inuentariũ & descriptionem bonorum:ut tradit Ias.d.consi.xl.nu.2.li.j.quod vltra eum colligitur ex Alexã. in d.l. nemo potest nu.18.vbi Bal.citat,quod tutius est stantibus illis iuribus: licet ex Ana.contrarium tradat Barb.consi.lxiiij.num.16. lib.ij.& sic erit.xj.ampliatio ad reg. Ampliatur etiã,vt testator hanc cautionem remittere nequeat,tam in his quę vsu non consumuntur, quam in ijs quæ vsu consumuntur in primo conueniunt omnes, in secundo inaduertenter cõ

trarium

trarium tentarunt Cy.& Pet.in d.l.j.C. de vsufr. quorum authoritate aliqui ex posterioribus decepti sunt: verius enim & receptius est,vt cautio præstanda in vsufructu eorum quæ vsu consumuntur à testatore remitti nequeat:secundum Bar.in d.l.nu.10.Bal.Saly.Fulg.Pau.nu.3.Imo.in d.c.ult.ad fi.& est recepta sententia,vt asserit Picus in d.§. Titia cum nuberet.nu.141.Dec.cõs.565.nu.5. Ias.d.cons. xl.nu. 1. lib. j. & ita apertè in pecunia loquitur d.l.j.C.de vsufr.& d.l.si pecuniæ.ff.vt in pos.leg.pecunia autẽ in hac materia æquiparatur iis, quæ vsu consumuntur: vt in d.§. constituitur Instit.de vsufr.& ita indistinctè loquitur text. clarus in d.l.pen.C.vt in pos.lega.vnde mirandum est Cy. & Pet.cõtra illa iura loqui: & magis cauendum ab Anch. & Panor.nu.4.& Collect.nu.6.in d.c.fi.de pigno.qui contra iura,Bar.& receptam sententiam contrarium scribũt. cauendum etiam est à Barb.d.cons.lxiiij.nu.8.lib.ij.Et ex his non uidetur tutum quod nouè limitando hæc iura tradit Alcia.lib.vij.Parerg.cap.ij.ad fi.& sic est.xij.ampliatio ad reg.At illa iura,quę rigidè disponunt,hanc cautionem à testatore remitti non posse limitantur à Doc.in constituente vsumfructum inter viuos,cui erat cauendum: eum enim dicunt posse remittere cautionem,iura enim illa loquuntur tantum de testatore:& ideo cũ exorbitantia sint, extendi non debent:& ita Bal.nu.22.& alij post Gulie.in d.l.j.Ruin.in d.l.nemo potest:vbi per Hannibal. num.173. Limitantur etiam illa iura,licet testator nequeat hãc cautionem remittere,possit tamen hæres postquam succedit: & ita gl.& Bar.nu.11.in d.l.j.& ibi Saly.& alij:idq; omnes tenere dicit Bal.ibi,nu.12. & tanquam receptissimum tradit Are.in princ.Insti.de vsufr.ad fi.& Ias.in d.l.nemo potest,in vtraq; lect.col.ult.licet aliqui contrarium tentauerint: quia non constat ratio differentiæ inter testatorem & hæredem inter quos ipse Ias.sed quod hic dicimus receptissimum est,secundum Rip.d.l.nemo potest nume.41.& Hannibal.nu.165 vbi ipse ex nu.178 cum Ias.contradicere videtur:sed in hærede hoc receptissimum esse,ultra allegatos colliges ex Cor.in d.l.pen.C.vt in possess.lega.ex Ang.in tract.de testamentis.glo.xciij.ex Imo.in d.ca. fin.

nume. 12. ex Ruine. consil. cxv. nume. 6. lib. v. Hoc tamen de hærede intelligitur quando expressim remittit cautionem, non enim sufficerent verba generalia, quibus promitteret se molestiam nullam illaturum: vt vult Bald. ibi, nume. 13. quem alij sequuntur, ut per Ias. d. consil. xl. & in l. actionem nume. 4. C. de procur. Deci. d. consil. ccccclxv. Craue. consi. clxxxvij. ad fin. verba enim conuentionis recipiunt intellectum ex iuris dispositione in eadem materia. l. si conuenerit. xiiij. ff. pro Socio l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. Hæc etiam iura mirabiliter restringit Bal. in d. l. j. nume. 11. vt quamuis testator non possit remittere eam cautionem, possit tamen iubere ut hæres accipiat certum fideiussorem pauperem: & ita Salyc. ibi nume. 5. Barb. in d. capi. vlti. Ange. Aret. in d. princ. de vsufruct. ad fin. & in tracta. de testa. gloss. xciij. nume. 1. & Chas. d. fol. clv. colum. ij. nume. 8. per quod indirectè tolli uidetur decisio & rigor illorum iurium: pro quo citauit Bald. l. tribus. ff. de usufruc. ear. rer. quæ usu consu. quæ iudicio meo nihil probat, non enim agit de fideiussore inope, sed de uno ex hæredibus grauato fideiubere pro legatario usus-fructus, quæ decisio etiam mirè limitat hæc iura. Vnde Pau. à monte Pico. in dicta rep. §. Titia cum nuberet. numero 145. in noua sententia est, ut dicta l. tribus non procedat hodie ob iura illa. Cod. quæ ipse nouiora putat & condita longo interuallo post dictam l. tribus, quæ Papiniani fuit. Sed labitur vir doctus non aduertens, quòd d. l. j. C. de usufruc. condita fuit à Vero & Antonino, qui imperarunt ante Bassianum Carracalam, cuius iniquo & nefario iussu occisus est maximus ille I. C. Papinianus: & sic non potest dici quòd responsum Papiniani anterius erat; & deceptus fuit Picus ex vulgari errore, quo putari solet indistinctè ius cod. nouius esse iure pandectarum, quod superiùs non immerito admonui: conuincitur idem lapsus Pici, quia ante Papinianum fuit I. C. Iulianus, cuius est l. si pecuniæ. ff. vt in posses. legat. quæ probat idem, quod d. l. j. C. de usufruct. secundum gloss. & omnes. hoc autem ex fide historiarum asserimus, & facilè uidere est ex his qui post Suetonium imperatorum historiam descripsere,

& ex

& ex Riualio in historia iuris ciuilis, & alibi sæpe: & sic concludo d.l.tribus, non posse dici correctam. Melius igi-
¶ tur est tenere contra Bald. & sequaces, ut facit Hannibal in d.l.nemo potest.nume.184.referens solum Are. de testa.ut scilicet testator, cui à iure negatur potestas tollendi hanc cautionem, non posit compellere hæredem, ut accipiat fideiussorem inopem, uel aliter non idoneum: & ne per indirectum ei cōcedatur, quod ei ius prohibet iuxta Regu.l.Seius.vigesimæ septimæ, & ibi Barto ff.ad l.falcidiam. paria enim sunt non cauere, uel minus idoneè. l. quoties.ff.qui satisdare cogantur, l.tertia.ff. de fideiussor. hæc autem iura in materia iubent fructuarium idoneè cauere & vtiliter cauere, dicit textus in dicto §. cōstituitur. institut.de vsufruct.obligatio autem inopis debitoris nulla censetur l. nam is. ff. de dolo: nec ualet argumentum Baldi à dicta l.tribus, de hærede idoneo, ad fideiussorem minus idoneum: nec extensio facilè admittenda est con-
77 tra iuris regulas.l.quòd uerò contra.ff.de legi. Ad superiora necessariò annectitur quæstio de fructibus perceptis à fructuario ante cautionem, in qua uariauit gl. nam in l.si cultus.xv.ff.de vsufr.tenet fructuarium non facere fructus suos antequam satisdet: idemq; dicit in pluribus aliis locis ut obseruat Bar.in l.uxori ff. de usufr.lega. At gl.in ead.l.uxori.xxiiii.ex Azone contrarium regulariter dicendum sentit, ut fructuarius faciat fructus suos ante satisdationem, cum distinctione de qua ibi, & hæc uidetur planè receptior sententia: circa quam Chass. consuetud. Burg.Rubr.iiii.§.vi.fol.155.colu.j. ad fin.refert Pirrhum in quodam opusculo tradentem regulam cum quinq; limitationibus, quem librum habere mihi non contingit, licèt curiosè quæsierim. Sit igitur regula, ut fructuarius rem posidens faciat fructus suos etiam ante satisdationem: secundum Azon.quem sequuntur Bar.& Fulg.in d.l.si cuius, Bar.Alber.Paul.post antiquiores, in l.iiii.C.de usufr. Bal.in l.j.nu.15.& Salyc.nu.6.C.eod.Bar.in l.si homo.nu. 3.ff.de usuc.Imol.in d.cap.fi.nu.19.de pignor.& ibi Pano. ad fi.Ang.Aret.in prin.nu.4.Inst.de usufr.Soci. cons.131. ad fin.lib.j, Corn.cons.clxxiii.nu.8.lib.iii. Chas.vbi supra:

 Bertrand.

Bertrand.consi.xl.nu.6.lib.ii.Soci.nepos, ubi latè, consi. lxxii.n.8.li.ii.Ang.Aret.de testa.gl.xciii. nu.2.& ita omnes tenere tradit Alex. consi.cxx. nu.5.li.vj. Vides igitur hanc esse magis cōem opinioné vt regulariter fructuarius ante satisdationé faciat fructus suos, vt sic caueas à gl. in multis locis magisque ab ijs, qui contradicunt putantes hoc receptum non esse, quos refert Soci. nepos. d. consi. col.j.vt etiam caueas à Fely.in c.si autem.nu.5.de rescr.à Corn.consi.xcv.ad finem, nu.14.lib.ii.à Fulg.consi.xcii.in fi.Nec obstat.l.si vsusfructus.xvj.ff.de vsufru. & d.l.vxori. xxiiii.& similia iur. loquuntur enim de vsufructuario nō possidente,qui etiam non rectè aget nisi satisdationem offerat:ex doctrina.l.Iulianus.§.offerri.ff.de actio.emp. nos verò loquimur de fructtuario possidente, qui cōmodo & vigore possessionis iuuatur, maximè attenta doctrina gl. in l.j.ff.de vsufr. quod hæc satisdatio non sit de substantia vsusfructuarius, licèt petita, necessario præstari debeat: sic gl.in l.iiii.C.eod.in §.j.Inst.eo.& in cap.fi.de pign.& vbiq; scrib. cōiter.Sed hæc regula.limitatur iuxta eius terminos,si fructuarius possideat, secus si possidente proprietario fructuarius cautioné nō offerat, nec proprietarium interpellet:secundum Bart.& alios cōiter vbi suprà. Limitur.ii.nisi res interim sit penes tertium sine culpa proprietarij, & sine oblatione satisdationis ex parte fructuarij: tūc enim fructus,qui euinci poterunt ab illo tertio cedét ad utilitatem proprietarij: ex Bartol.ita intelligendo: in d.l.j.nu.15.de vsufr.Aret.in dicto princ.Inst.eod. nu.4.ex relatis à Pico in dict.§.Titia cum nuberet,nu.143.ff.de legatis secundo.vbi tamé inuoluit.Limitatur tertio nisi fructuarius vitiosè possessioné adeptus sit,quia tunc fructus suos non faciet.ex Cyn.in d.l.Imol.in d.ca.fi.Ange.Aret. in d.prin.Bal.in dicta l.j.nu.15. Soci. Corn.Soci. nepo.dictis consi.Dicitur auté uitiosè posidere,si ignorante proprietario possesionem acceperit: secundum eosdem. & Chass.d.folio,155. columna prima. num.3. facit doctrina gl.& Barto.per tex.ibi in l.secunda.C.de his qui ex publi. ratio.c.occultè fieri quod ignorante eo,cuius interest negotium scire: notat Barto. in l.non intelligitur. §. tacita. ff.de

ff.de iure fisci.Ias.in l.clam posſidere.ff.de acquiren. poſſeſ.Matth.Affl.lib.j.conſt.Rub.xcix. nume.17. Limitatur.iiii. niſi cautio, vel ſatiſdatio petatur: quia tunc fructuarius eam nõ præſtans,cenſetur eſſe in mala fide:ideoque fructus ſuos non facit,& ita conciliatur varietas glo. eſtq́ue receptiſsima concordia & reſolutio,ſecundum antiquiores & nouiores in dictis locis.Bart.& Fulgo.in dicta l.ſi cuius.Bartol.in dicta l.vxori: omnes in dicta l.prima; & dicta l.iiii.C.de uſufr. Imol. & Panor. ad finem in dicto c.fin. Alex.dicto conſ.cxx.lib.vj.Corne.Soci. & alij dictis conſilijs:Bar.Bal. Saly.in l.hac edictali.§.primo, in fin.verſic.ſin autem utraque. C.de ſecun. nnpt. per eund. tex.ibi, *fideiuſſionem diſſimulauerit*.

78 Limitãt aliqui.v.vt regula hæc procedat in immobilibus, in quibus etiam ante cautionem propriè cõcedunt dici vſumfructum, ſecus in ijs,quæ vſu conſumuntur:in quibus dicunt non appellari propriè vſumfructum ante cautioné:cũ in his ex ſenatuſcõſulto vtilitatis cauſa,data cautione. admiſſus fuerit vſusfructus iuxta tex.in §.cõſtituitur, Inſt.de vſufr.ideoq́; in his tanquã diuerſis,diuerſæ cautiones præſtãtur:vt benè declarat gl.& Paul.n.2.in d.l.j.C.de uſuf. Alci.ibi.vii. parerg.c.ii.poſt princ.& ideò in his, quę vſu cõſumuntur crebriùs reſoluũt ſcrib. cautioné dici de ſubſtantia vſuſfructus:vt cum Iacob.Butr. tradit Barto.in l.j.n.12. C. de vſuf.& ibi Alex.ad eũ.& Bal.ibi.n.10.Saly.n.2. ad fi.Fulg. in fine:Ang.Aret.in princi.Inſt.eo n.2.& de teſta.d.gl.xciii.in fi.& Iaſ.in l.j.n.125.& Alc.n.32.ff.de leg.j.Corn.cõſ. lxxix.lib.ii.n.7. idq́; ut receptum tradit Soci. nep.d. conſ. lxxii.n.3.lib.ii.Qua doctrina retenta(ut ſcilicet cautio dicatur de ſubſtantia vſusfructus,in ijs quæ vſu cõſumũtur) ſpecificè,vt neceſſarium conſequens inferebat Ang.Aret. in d.princ.Inſt. de vſuf.nu.3. in fi.quod perpetuò notandũ cõmendat,vt tunc fructuarius non faciat fructus ſuos,niſi poſt cautioné datã:idéque non obſcurè admittit.Soci.nep. d.cõſ.lxxii. Sed ego prædictã doctrinã(licèt magis cõmunem)nõ puto ueram conſequentiã,uerò Aret.& Soci.nepos falſam,& contrariã receptiori traditioni probabo.Verius enim uidetur quod Imol. tentat in d.c. vlt.num. 18.

de

de pignor. vt cautio non dicatur de substantia usus fructus, etiam in his quæ usu consumuntur per text. quem citat in l. v. §. ff. de usufruct. earum rerum, quæ usu consumuntur, ibi, *constante vsufructu cautionem uelit*, & ibi, *finito usufructu*: ubi I. C. ante cautionem datam, constare & finiri usumfructum securè dicit in his, quæ usu consumuntur. Et per eundem text. ita prius Ioan. Fab. in §. j. n. 2. Inst. de usufruct. & ibi Ias. ad Porti. neutrum eorum citans, & ante eos apertè ita docuit gloss per eundem tex. in l. j. ff. de usufruct. in uerbo utendi, & prius Azo. in summa. C. eodem. numero 2. uersicul. dicunt: citans eandem l. v. quæ incipit, hoc senatus consultum. §. j. & indistinctè in omni usufructu id sentit Bald. in l. ii. ad finem. C. communia de lega. dicens cautionem non esse necessariam ad originem, sed ad traditionem usus fructus: sequitur Ruin. consil. xci. numero 8. lib. ii. & hæc opinio iuuatur ex reg. l. j. §. lex Falcidia, secundum communem allegationem. ff. ad l. Falcid. Pater igitur non esse tutum fundamentum, Ang. Aret. & Soci. nepo. uerius que dicendum uidetur, etiam in his, quæ usu consumuntur, non impropriè vsumfructum dici ante cautionem. Et quamuis eorum antecedens uerum esset, non necessario consequebatur, quod ipsi inferunt: stare enim posset, ut cautio dicatur de substantia vsusfructus in his, quæ usu consumuntur, non tamen impediatur fructuarius ante cautionem fructus suos facere, si rem absque uitio possideat: ut præsupponit regula, de qua agimus: militat enim eadem ratio, quæ assignatur in vsufructu immobilium: hæc enim omnia æquiparantur in d. l. j. C. de usufruct. ubi Doctor. indistinctè de usufructu quorumcumque bonorum circa fructus quærunt & resoluunt, & hoc apertè vult Bartol. ad quem Ang. & Soci. nepo. non aduertunt in d. l. uxori. ff. de usufruct. lega. text. enim ibi loquitur de usufructu pecuniæ: & in terminis eiusdem text. Bartol. distinguit ut supra, resoluens fructuarium regulariter fructus suos facere: & ita gloss. ibidem post Azon. ergo uolunt apertè traditionem nostram procedere etiam in ijs, quæ usu consumuntur, & ita planè Alex. in d. consil,

cxx. lib. vj. ubi agit de usufructu eorum, quę vsu consumuntur. ut patet ex principio consi. & numero 5. tanquam receptissimum tradit, quorumcumque bonorum fructuarium ante cautionem non petitam fructus suos facere: idemque colligitur ex Imol. & Panormit. in dicto capitu. ultimo de pign. ubi text. de usufructu immobilium & eorum quæ usu consumuntur, promiscuè agit: ipsique & alij Doct. indistinctè resoluunt quod supra tradidimus, ut iam perpetuò cauendum sit à lapsu Angel. Aret. & Socin. nepo. & fundamento eorum, quo plures decipi possent, maximè cum hic fructuarius possideat ex iusto titulo, & fructuum acquisitio facilè admittatur, iuxta text. & Bartol. in l. sed & si lege. §. scire. ff. de petit. hæredit. cum alijs. Ex his autem non leuiter iuuabitur quod tradit Alexand. in l. j. numero 20. ff. de lega. j. quem ibi probat Socin. numero 12. ut in legato vsusfructus eorum quæ usu consumuntur, saltem oblata cautione dominium ante traditionem transferatur, licèt Ias. ibi numero 125. contrarium probet, idque Alcia. ibi, numero 32. contra Alexan. indiligenter dicat receptius, per text. qui nihil obstat. in l. si tibi. ff. de vsufruct. earum rerum, quæ usu consumuntur. & opinionem Alexan. plenè. ibi defendit Crauet. numero 173. & aliter ibi nouissimè explicat Ferretus, numero 46. pro Alexand. etiam potest adduci Bald. in l. ii. in fin. C. communia de lega. sed contra adduci etiam potest idem Bal. (more suo) in l. j. nu. 10. in fin. C. de usufr. In hoc utilissimo articulo consilium non

79 fuit omittere, quod tanquam receptum tradit Corne. cōsi. clxxiii. nu. 8. lib. iii. moram fructuarij. non satisdantis post petitam ab eo cautionem, ei tantum nocere quo ad fructus futuros, non uerò quoad perceptos ante moram seu ante petitam cautionem: idque scriptum putat à Bar. & alijs in locis supra citatis, quos ego diligenter relegens id explicitè scribere nō uideo: addo tamen idē tradere Pau. Castren. cons. cclxxix. ad fin. nu. 4. lib. j. & ibi Roman. cōsi. sequen. in fine. quos sequi uidetur Soci. nep. d. consilio lxxii. nu. 8. lib. ii. Ego autem contrarium tutius putarem & magis demente Bart. in d. l. uxori, & aliorū quos in hac

materia

materia Corn.citat: Bar.enim.Imol. & Panor. in d.c.vlt. Alex.d.conſ.ccxx. & alij ſupra citati indiſtinctè loqui uidentur de omnibus fructibus à fructuario perceptis,quos reſtituendos dicunt ſi fructuarius non caueat:quod etiam ſentire uidetur Fulg.cum Bar.in d.l.ſi cuius.ff.de vſuf.idq́ue mihi probabilius eſt in odium malignè nolentis cauere,ſi enim abſque culpa non poſsit,mitius cum eo agitur ex gl.& Doct. in l.iiii. C. de uſuf.infra:quod mihi fortius probatur,quia fructuario nolente cauere proprietarius neceſſario ab eo rē euincet, & conſequenter cum fructibus ante perceptis cauſa ſcilicet ad non cauſam reducta,tituloq́; fructuarij prorſus reciſſo:arg.tex.in l.filio.xvj.§.j.in fi.ibi,*cum fructibus*.ff.de inoff. teſta.cum notanter traditis à Roma. conſ.ccccliiii. nu.25. à Fely.in c. cum cauſa,col.penul.de re iudi. idem eleganter comprobatur ex l.v.ff.de lege commiſſ.& maximè ex doctrina Panor.in c.illo vos n.6.de pigno. cōſiderando quod in his terminis reſcinditur titulus culpa, & uoluntate ipſius *fructuarij*. quorū alterū ſufficit,ut res cū fructibus auocetur:ex proximè citatis,& ijs quæ tradit Burg.in c.ad noſtram. n.36. de emp.& vēd.& latiùs ſcribo in l.ii.C.de reſc.vēd. ex quibus ita iudicarem:& credo quod iudicabitur. in eo conſi. clxxiii.n.8.li.iii. vnū ſummè cōmendat Corn.ex Bal.in d. l.j.ut fructuarius qui ſua authoritate, non proprietarij poſſeſsionē acceperit. non faciat fructus ſuos. etiā pro tēpore,quo non petitur ſatiſdatio:adde Sali.in d.l.j.nu.6.in fi.Ang.Aret. in d.princ.inſtit.de uſufr.col.ii. uerſi.*aut erat apud eum cum uitio*,quod ut receptū tradit Soci.d.cōſ.cxxxj.ad fi.lib.j.& horum mens eſt ut hoc procedat, quamuis proprietarius poſtea ſciat & patiatur fructuariū fructus percipere: ſed plures non ſine colore putabunt contrariū colligi ex Bar.in d.l.vxori.ff.de vſufr.leg.quē Docto. vbique ſequūtur & Imol.in d.c.fi.de pign.n.19.in fine,& alij ſupra relati.qui videntur reſoluere,quod fructuarius indiſtinctè faciat fructus ſuos, cū proprietarius ſcit eū fructus percipere & tacet,nec cautionem petit.Ego autē cenſeo Bar.& qui eum ſequuntur intelligendos,quando fructuarius vitioſe poſsidet, prout ſine conſenſu proprietarij.

Quòd

Quòd si forsan Bar.& alij contra sentiunt,mihi tamen verius uidetur,quod vult Bald.quē Salyc.& Cor.sequuntur. vt scilicet fructuarius nō faciat fructus suos,si vitiosè possessionem accepit: nec id uitium purgetur ex scientia & taciturnitate proprietarij, quod probo,quia tūc obstat vitiosa posidendi origo,quę attendi debet.tex.vbi latè Ias. in l.clam posidere.ff de acq. pos.ibi, *sed origo mancipendę exquirenda est:* probatur hæc opinio, quia proprietarius iure tacere potuit cōfides iuri suo.l.sicut,§.viii.non videtur. ff.qui.mod.pig. vel hip.sol.nec proprietario leuiter auferendum est ius quęsitum ex culpa fructuarij secundum iuris reg.quod magis probatur,quia legatarius ita accipiēs possessionē sine authoritate hæredis,aliquādo possessione,aliquādo toto iure legati priuatur, iuxta l.non dubiū. C.de leg.l.j.ff.quor.lega. sic accipiens possessionē ex cōtractu absq; authoritate domini,prædo.censet l.si ex stipulatione.v.ff.de acqui.posses.ergo proprietarius euincet rē cū fructibus à fructuario,qui vitiosè possessionē occupauit tanquā à malę fidei possessore: facit quod notat Fulg. in l.iiii. in fine C.de vsufruct.maximè quia proprietarius rectè allegare posset, q̄ nisi fructuarius uitiosè accepisset possessionē, ipse posideret:& donec sibi cautio daretur, fructus sui essent, ut verum est per ea quæ suprà adduximus.In eodē articulo est aliud non negligendum, in quo Doct.latenter variant.Nam Alber.in d.l.iiii.C.de usufru. referens antiquos,bis concludere uidetur fructuariū censeri in mala fide,& consequenter non facere fructus suos ubi non cauet,sciens se ad id teneri,etiam si ab eo cautio non petatur:& ita Fulg.ibi.ad fi.& Bal.in l.j.ad finem,eodem titu.Corn.d.cōsi.clxxiii.nu. 8.ibi, *credidit non teneri:*& Anchar.in d.c.fin.de pignor.Sed hæc opinio non uidetur uera,si enim proprietarius sciat fructuariū posidere,nec fuit aliquod uitium fructuarij in accipienda possessione, nō potest dici mala fides,ex eo q̄ fructuarius cautionē nō præstet,quæ ab eo non petitur: quod probare uidetur.Imo.in d.c.ulti.numero 19.in fin.& sentit Bart.si expendatur,in d.l.iiii.ad finem dum loquitur de mala fide fructuarij, eamque exemplificat,quando requisitus non satisdat, non

non auté, quia sciat se obligatum cauere, qnod etiam probat Angel. Aret. in d.princ.de vsufr. col.iii.nu.4.versi.*& pondera*: idemq; videtur colligi ex Alex.Socin. & alijs in consilijs & locis suprà citatis, dũ indistinctè excusant fructuarium, qui non vitiosè possessionem obtinuit, quandiu ab eo non petitur hæc cautio. idq; iuuatur: quia sciens se teneri ad hanc cautionem, sciet etiam vel sperabit, vt proprietarius eam petat, nec ei iniuriam facit non satisdando, nisi id petatur, vt in simili notat Pau.Cast.in l.peto.§.fi.in fi.ff.de lega.ij.facit gl.vbi latè Ias.in l.vniuersa.C.de prec. imper.offer.Hipp.in l.vnius, §.cogniturum, ff.de quæst.ex quorũ dictis probatur excusari eũ qui nõ interpellatur, & debere quemq; ius suum petere, quod etiam plenè probat Fely.in c.si auté, nu.4.de rescript.ex quo infero quòd fructuarius, etiam si sit iuris peritus, faciet fructus suos ante satisdationẽ, quandiu ab eo non petitur. Quòd si fructuarius non inueniat fideiussorem, aliterve cauere nequeat, variç sunt opiniones apud gl.& Doc.in d.l.iiii.C.de *vsufr.* gl.autem concludere videtur: vt fructuarius nullo modo admittatur, nisi satisdet, idq; videtur vt receptum referre Ias. in l.j. nu.23.versi. decimo limita. ff.qui satisda.cog.& sentit Soci.ibi.n.22.sed Bart.post Guil.æquioré opinionẽ amplectitur distinguens: an fructuarius sit fide dignus, vt tunc cum iuratoria cautione vsusfructus ei tradatur, & hanc videtur probare Pau.ibi, Salic.autem variat, & cum Bart. est Butrius in d.c.fin.de pign.& Imo.nu.27.referens alios graues viros probãtes eandé opinionem Bart. Illud autem notabiliter addit Bart.vt quamuis fructuarius non possit cauere, nũquàm omnino fructibus priuetur, sed res apud personam idoneam deponantur, vt respondeat fructuario, & interim tutus sit proprietarius, quod etiã probat Imo.in d.loco, quæ opinio fuit Guilel.cun. vt illi referunt, eamq; in praxi approbatam tradit Guid. Papa.decis. ccl.& Chass.d.fo.clv.col.ij.nu.6.quibus addo in id cõducere.tex.in l.j §.si pecunia.ad fi.ff.de poss. Nec omitto quod in hoc articulo addit Fab. in fi.d.princ.Instit.de vsufr.quo non relato idem ibi probat Ange. Aret.vt in rebus immobilibus, facilius succurratur fructuario, qui cauere nequit,

quit,quod confirmatur, quia tunc minus suspectus est ob possessionem rei immobilis iuxta.l.sciendum.ff.qui satisd. cog.atq; ita satis erit tunc promittere cum solenni hypotheca,quia si fructuarius re malè utatur, facilè est remedium proprietario,ut rem euincat secundum ueram & receptã sententiã, quam superius probauimus cum Bal. & Alex.in l.diuortio.§.si fundum.ff. solu. matr. quam vltra ibi copiosè citatos, probat Ias.in.l. nemo potest secunda lectu.in fin.ff.de lega.j.& Bellonus,dicens eam cõem, cõ
o silio.liiii.in fin.Hæc autem regula, qua usufructuarius cauere iubetur, limitatur in nonnullis casibus: ut notat gl. in dicta.l.quarta, C.de usufruct.& in d.c.ult. de pignor.& illis addit Soci. notabilem casum, in eo qui donat bona sua retento vsufructu,ut is satisdare non teneatur,ne ex liberalitate propria uexetur: ita Soci.in l.omnes. ff.de excep.quẽ sequitur Deci.in l.diuus Pius n.2.ff. de regu.inr. ubi refert Cor.idem consulentem,cons.cclxvii.lib.iiii.ubi nu.11.Cor.inquit, se sexagenarium nunquam uidisse donatarium,talem cautionem à donante petere.Et ita Soci. in l.j.nu.16.ff.qui satisd.cogan.& idem probat Deci.consi. cclxv.num.5.qui ad idem refert Plat.in §.præterea,Insti. de actio.idem sequitur & commendat Cagno.in d.l.diuus Pius.idem probat Rubeus,consi.liiii.num.7.& idem probat Gozad.ad consi.xcj.nu.5.Et eorum opinio iuuari potest ex glo.in l.si quis argentum, uerb.æstimatione.C.de donat.ibi, *speciale in fauorem exercentis liberalitatem:* & in casu notabili tradit Aufre.uel Ferra. in additione ad Guid. Pap.q.cciiii.& quod notat idem Guid.decis.ccccxciii.Sed hi patres non adducnnt fundamentum,quod urgeat:eorũ tamen opinio æquitate,& politica comitate fouetur: durũ enim & inciuile uideretur,admittere donatarium petẽtem cautionem ab eo, qui liberaliter beneficium ei contulit:iuxta uulgarem l. ad res donatas. ff.de ædil.edict.& d.l.diuus Pius, donatio enim sine amore non fit, ideoq; donans uidetur facere opus parentis: ut tradit Pala. in Rub.§.lxx.num.21.Rip.in l. si.q.xlix.C.de reuo.dona. per tex.qui aliqualitter probat, in l. iiii.ff. de confir. tut. Sed de rigore contrarium sustineri posset, imò quòd donans

retento

retēto sibi usufructu, non excusetur à satisdatione ob generalitatem & geminationem uerborum dic.l.j.ff.vsufr. quemad.caue. ibi, *ex alia quacunque casu constitutus fuerit vsusfructus:* & d.l.iiii.C.de usufr.ibi, *siue ex voluntario contractu*: iuncta regu.l. in fraudem.§.ult.ibi, *qua generalis*.ff. de mil.testa. sic enim & cum patre donatore iuris regula seruatur. nec ob causam donationis dispensatur l.ii.C.si aduers.donat.ꝗ uidetur probare Hannib.in d.l.nemo potest.n.175.nō tamen recederē à superiori opinione, quæ receptior & æquior est, cū temperamento Soci. ut sat sit donantē tunc promittere cū hypotheca bonorū,ut sic per mediocritatē causa dirimatur, argu.tex.quē citat in l.filio vii.in fi.ff.ut leg.seu fideicom.nom.caue.addo in proposito posse expendi.text.in l.tribus,uers.illud,ff.de usuf. ear.rer. nec enim lex acerbā exactionem probat,ut pulchrè tradit Vlpi. in l. si bene collatæ.xxxiii.ff. de usur. In praxi etiā obseruatum uidi, ꝗ tradit Pau.Cast.in d.l.j.C. de usuf.n.5.ut licet fructuarius non offerat cautionē,non ideò absoluatur proprietarius,sed condemnetur:adiecto eo,si fructuarius caueat:& ita Deci.consi.ccccxviii.n.18. In modo autem cauendi est differentia inter bona immobilia, & alia in quibus propriè cadit usufructus, & inter bona mobilia,uel ea quę usu consumuntur: in prioribus enim cautio est de utendo & fruendo boni uiri,d.l.j. ff.usufr.quemad.caue. in alijs autē aliter cauetur, ut in l.si tibi.vii.ff.de usufr.ear.rer.probat text.in d.c.ult.de pignor.gl.& Pau.nu.3.in d.l.j.C.de usuf.in his enim,quæ vsu consumuntur,inquit.d.l.vii.cautionē pręstandā esse de reddēdis rebus eiusdē qualitatis, uel de reddenda æstimatione earū, & loquitur tex. de vino,oleo,frumento,& sic de ijs quæ recipiūt functionē in genere suo:quo casu dicit Imol.in d.c.ult.nu.23. cum gl. ibi meliorē practicam esse:ut res æstimentur, & caueatur de reddenda æstimatione.

¶ Ego autē verius puto,ex d.l.vii. magis consuli fructuario, inq; eius fauorem admitti cautionem alternatiuam:scilicet de rebus eiusdem qualitatis, uel de earum æstimatione,ut sic eligat fructuarius modum soluendi iuxta regu.l.plerumq; e.§.ulti.ff. de iure dot.quæin alterna-

natiuis debitori electionem tribuit, beneficium legis alicui auferendum est lege quartá si quis condemnatus. ff de re iudic. Quando autem in hac materia agitur de æstimatione, intelligitur secundum tempus, quo constituitur vsusfructus, vt probat gloss. in §. constituitur, verb. æstimatæ. Institu. de vsufruct. Azon. in summa numero 3. in fine: & tanquàm receptum tradit Matthæ. Afflict. decisio. cccxlij. nume. 3. ibi tempore recepti vsusfructus: & Alexand. & Bertrand. in locis infra citandis. Est etiam alia differentia in bonis mobilibus, quoad ea quæ vsu minuuntur: vt serui, vestimenta & similia, quæ differunt ab oleo, frumento, & similibus: in prædictis enim quæ non omnino vsu consumuntur, sed minuuntur & corrumpuntur, dubitat Federic. consil. xlvj. nume. 1. Panormita. autem in dicto capit. vlti. nume. 3. & Cardin. ibi, vtiliter tentarunt vt fructuarius caueat, sicut in bonis immobilibus, de vtendo scilicet arbitrio boni uiri, & restituendo, quod superit: non verò de restituenda ęstimatione: quam opinionem tenuit Florian. quem refert & sequitur Imol. in dicto capitu. vltimo, numero 24. Sed in vsufructu vestium & pannorum contrarium receptius esse: probat Alexan. consil. lviij. nume. 7. libro tertio & securè Bertrand. consil. xl. numero 7. libro secundo. & Socin. consil. ix. colum. ij. lib. quarto & regulariter in vestimentis idem sentit Azo. in summa. nume. 3. & tanquam receptum in vestibus & pecudibus id tradit Areti. in dicto §. constitu. numero 2. in fine: in seruis autem & iumentis, tanquàm receptam probat Socin. dicto consil. opinionem Panorm. & Imol. quæ æquitatem habet: ne aliàs vsusfructus sit penitus inutilis: sed contraria sententia indistinctè receptior uidetur ex Angel. Areti. Bertrand. in dictis locis: & opinio communis (licet dura) maximè iuuatur ex litera dicti §. constituitur, vbi serui, iumenta, vestes & alia mobilia æquiparantur: in vestimentis autem aliquid speciale notat Alcia. dicto libro septimo. Parerg. capitulo secundo & de his hactenus.

SVMMARIA

tertiæ partis.

1 Ex hac.l.restringente potestatem patri in aduentitijs, nec alienare possit, cùm prius eum dominum appellauit inferuntur aliqua: & agitur de intellectu.l.iiij.ff.de vsufruct.vsque ad nume. 4.

5 Agitur simul de intellectu.l. rectè dicimus.ff.de verborum significatio.

6 Agitur de intellectu.l.i.ff.de vsufructu legato, reijciúturq; plura ad eam.l.scriptam: & ostenditur vsumfructum dici de bonis, & in bonis. Idemq; de seruitutibus realibus, contra vulgarem opinionem, vsque ad nu.9.

10 Ex hac.l.appellante patrem & filium simul dominos, infertur ad. §.si duobus.l.si vt certo.ff. commoda. quæ hic ornatur, vsque ad nu.12. & seq.

12 Ad idem adducitur, & explicatur.l.in rebus. C. de iure dot. & an vir dicatur dominus dotis & nu.13.

14 Improbatur vulgaris allegatio & inductio.l. doce ancillam.C. de rei vendi.

15 Fit in eo articulo differentia inter bona æstimata & inæstimata.

16 Ex d.§.si duobus, infertur ad imperia, an in eis duo domini admittantur: & ibi de summo pontificatu, cum excellentissimo præceptore Nauarro.

17 Tractatur idem articulus in minoribus dignitatibus, & expenditur lex regia apud Lusitanos.

18 In materia peculiari huius l. in vltima parte agitur de verbo alienare.

19 Reijcitur communis allegatio.l.i.C.de fun.dota.

20 Improbatur quædam traditio Bal. Pau. & aliorum: reijciturque vulgaris differentia, quæ fieri solet inter verba legis & verba statuti.

21 Probatur recepta opinio Azo. vt pater legitimus administrator sine decreto legitimè alienare possit.

22 Proponuntur aliqua in contrarium: sed defenditur communis sententia.

23 Ostenditur tamen non esse securum eum, in quem pater alienauit, nisi probet fuisse iustam alienandi causam.
24 Adducuntur aliqua iura de alienatione necessaria quæ patri permittitur.
25 Eadem iura eleganter ponderantur ad probandam receptam sententiam, vt venditor habens facultatem rei tradendę, præcisè teneatur tradere.
26 Traduntur aliqua de causis ad alienandum, de rebus tempore perituris, & nu.27.
28 Reprobatur multorum opinio circa molendina & bona sita iuxta mare, vel flumen. ostenditurque in ijs necessariam esse solennitatem, quæ regulariter exigitur circa immobilia, & nume.29.
30 Infertur generaliter permitti alienationem filio vtilem & in simili adducuntur aliqua.
31 Ostenditur varietas Doctor. probaturque receptior opinio contra glo.& plures, vt alienatio rei ecclesiæ, vel minoris absq; solennitate non valeat, etiam si vtilis appareat.
32 Posse tamen validari si id eligat ecclesia vel minor, quod limitatur nume.33.
34 Agitur de remedio præstando ei qui cum ecclesia vel minore cõtraxit, & timet actum rescindi.
35 Ostenditur contra receptam sententiam aliquos incautè loqui.
36 Agitur de intellectu l.Iulianus.§.si quis colludente, et §.seq.ff. de actio.emp.contra plures scrib.
37 Patrem alienare posse vsumfructum aduentitiorum, sed tunc minus iuris transferre, quam ipse habet.
38 Inde infertur ad alios fructuarios, & agitur de intellectu §. finitur Insti.de vsufr.& de alijs multis iuribus contra scrib. & nume.39.
40 Si legetur vsusfructus domus, adiecto ne legatarius altius tollat, vel alia seruitute imposita, non ideo censeri relictam proprietatem, contra omnes scribentes.
41 Idem dicendum relicto vsufructu cum onere ne res distrahatur, contra Bald.& omnes ferè scriben.
42 Explicatur contra omnes scriben. intellectus.l.Proculus.ff. de vsufruc.& adducuntur aliqua utilia, & nu.43.
44 An pater circa aduentitia filiorum compromittere possit?

45 *Idem tractatur circa facultatem transigendi & explicantur aliqua à scrib. confusè tradita & nu. 46.*

47 *Infertur ad intellectum l. ait prætor ff. de iure delib. & nu. 48.*

49 *Infertur ad possidentem vel prætendentem bona maioratus & fit differentia inter alienationem voluntariam & præscriptionem, & iudicium contra insignem Deci. & plures, & nume. 50.*

51 *Limitatur vtiliter hæc lex, in alienatione quæ fit vigore pacti reemendi vel de reuendendo.*

52 *Agitur de intellectu l. i. §. fin. ff. de reb. con. Et tractatur, q. an minore vel ecclesia emente valeat pactum reuendendi, & inferuntur multa vtilia, & explicantur aliqua iura. nume. 53. 54. & 55.*

56 *Tentantur noua limitatio in patre filioq; nobilibus, cum moderamine. Explicatur. §. si. l. cum plures. ff. de admi. tutor.*

57 *An pater possit facilius alienare in eum, à quo aduentitia prouenerat, & reprobantur aliqua à Docto. tradita, & nu. 58.*

59 *Restringitur iuridicè quod vulgò dici solet de effectu donationis remuneratoriæ.*

60 *Donationem factam ei, qui priùs donauerat posse reuocari ex ingratitudine contra plures, & in eadem requiri insinuationem, contra alios & nu. 61.*

62 *In eodem articulo explicantur multa iura contra vulgares traditiones.*

63 *Agitur de locatione ad longum tempus, & an duret finito vsufructu patris.*

64 *De effectu conductionis ad longum tempus. & an æquiparetur emphyteosi, & an verè censeatur alienatio, traduntur multa, & nu. 65. & 66.*

67 *Ostenditur differentia inter conductionem, quæ habetur à fisco vel repub. & eam quæ habetur à persona priuata, in quo aliqua iura explicantur.*

68 *An pater vel fructuarius possint imponere seruitutem, & quamdiu duret, & nu. 69.*

70 *Inde explicantur aliqua iura, & traduntur nonnulla in simili, & nume. 71.*

72 *Agitur an Pater possit venire contra alienationem, quam fecit, de aduentitijs, & inferuntur aliqua, nu. 73.*

An

elegantissimè limitatur auth. res quę. C. communia de leg. numero 102.

103 *Ampliatur hæc l. ne pater hæreditatem vel legatum repudiarè possit, & explicantur aliqua iura contra scriben. & numero 104.*

105 *Tractatur, an pater remittere possit actionem ex iniuria in filium commissa.*

TERTIA PARS.
L. j. C. de bon. mater.

RESTAT tertia pars huius l. iuxta diuisionem in principio factam. Hæc autem pars vltima restringit potestatem patri cõcessam in bonis aduentitijs filiorum, ne scilicet pater ea alienare valeat, nec filio obstet vsucapio, imò possit omni tempore rem à patre alienatam vendicare. Licet ergo pater superius, vt dominus censeatur ob amplum vsumfructum potestatemq; agendi & defendendi in aduẽtitijs, non tamen alienare potest: & sic posset inferri ad id quod in ij. parte diximus, dari dominium sine
1 facultate alienandi: quod non repeto. Infertur etiam ad intellectum tex. in l. iiii. ff. de vsufruct. vbi I.C. Paulus ait, vsumfructum in multis partem dominij esse contra quem opponi solet de tex. in l. rectè dicimus. xxv. ff. de verb. sig. vbi idem. I.C. inquit: rectè dici totum fundum nostrũ esse, etiã si vsusfructus alienus sit, quia vsusfructus non dominij pars est: quæ iura videntur contraria. Et Accur. variè conciliat: receptior autem interpretatio cum gl. ea videtur, quàm probat Bart. in l. qui vsumfructũ. ff de verb. obl. & ibi alij scrib. maximè Alex. n. 2. vt scilicet vsusfructus dicatur pars integralis fundi vel dominij, quia ex proprietate & vsufructu plenè cõstat: & ita procedat d. l. iiij. non verò dicatur pars quotitatiua, vel prædicamentalis. & ita procedat d. l. rectè. vbi gl. ita dicit resoluẽdum secundum dialecticos: & ita Pau. in l. si quis. vi. §. differentia, num. 3. ff. de acq. poss. & Areti. cõsi. clix. in fine, & Claud. Marmer. in l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 45. ff. de acquirend. possess.

possess. Ias. in l. j. §. vsusfructuarius, nu. 2. ff. de no. ope. nuntiat. Sed hæc resolutio magis sapit dialecticam quàm iuris prudentiam, nec ullo modo uidetur demente. I. C. in d. ll. nec stare potest ad d. l. iiij. vt bene considerat Vigl. in §. alienus seruus Inst. de hæred. instit. & prius Fulg. in d. l. iiii. nam secundum interpretationem gl. & Bart. ad eam l. non diceretur vsusfructus pars dominii in multis: sed semper & indistinctè, cùm semper sit pars integralis ad perfe-
2 ctionem dominii. Aliter intelligebat Bar. in l. uenditione. ff. de bo. auth. iud. poss. vbi. I. C. ait, fructuarium contineri appellatione domini. & Bar. resoluit. vt dicatur dominus respectu vsusfructus, non respectu rei, & ita variãdo Bar. refert Ias. in d. §. vsusfructuarius, nu. 2. ad fin. & ita sentit Bart. in Rub. C. de vsufr. nu. 1. Alex. in d. §. nihil commune. nu. 6. & plures, vt dixi superius in ij. parte. Sed hęc resolutio, licet in se vera esse possit, non tamen ad illa duo iura applicatur: cum l. iiij. dicat in multis usumfructũ esse partem dominii d. l. rectè, dicat indistinctè non esse partẽ do-
3 minij. Omissis aliis interpretationibus gl. & Docto. aliter considerat ingeniosus Vigl. in d. loco: vt usufructus dicatur pars dominii. scilicet in rebus, in quibus datur fructus in perceptione corporum, vt in fructibus agri, & fœtu animalium: & ita procedat d. l. iiii. non autem dicatur pars dominii in usufructu ædium: vt sic procedat d. l. rectè dicimus. Sed hæc interpretatio placere non potest, quia dicta lege quarta, loquitur uniuersaliter in vsufructu cuiusque rei, & in quacunque sit, dicit ea lex esse partem dominii in multis, atque ita non restringitur magis ad usum fructum agri, quam ædium: similiter dicta l. rectè, dum negat usumfructum esse partem dominii, loquitur de fundo, ut patet ex principio l. & sic agit de usufructu rei, in
4 qua datur perceptio corporum. Mihi magis placet quod gloss. tandem sentit in dicta l. quarta, licèt nouiores ad eam non satis attendant in locis suprà citatis: vt scilicet usufructus dicatur pars dominij in multis, id est habere similitudinem dominii, quia uerè in multis art. usufructuario aliqua conceduntur, quæ regulariter rei domino congruunt: nec videntur nisi domino competere, vt gloss. ibi

probat, & ego in pluribus deduxi in præced.parte:& tradit Iaſ in d.§.uſufructuarius, n.2.cũ ſeq.Dec.conſ.ccccxviii.nu.7.& 9.& ita cũ gl.reſoluunt Bal.& Fulg. in d.l.iiii. qui citari nõ ſolent,& ita uidetur cõcludere Alc.in d.l.rectè n.7. licèt alijs uerbis. Atque ita ex d. l. rectè intelligo cõſtitui regulã: vſusfructus propriè nõ dicatur pars dominij,nec impediat, quin proprietarius dicatur dominus totius rei(ut I. C.inquit.)In multis tamẽ habeat vſufructus ſimilitudinem, uel ſpeciem dominij, iuxtà d.l.iiii.quã ita accipere uidetur Azo.non relatus,in ſumma de vſufr.nu. 2.quibus nõ citatis,ita uidetur intelligere Connanus lib. iiii.c.iii.& latius c.vj.char.xlii. ſecundum quam conſiliationẽ nulla eſt repugnãtia in illis.ll.ſtat enim, vt quod nõ eſt tale habeat ſimilitudinem illius in nonnullis.idq; etiã in rebus naturalibus, ut in herbis & medicamẽtis ſæpe videmus,ut una res in multis habeat effectũ, & uſum alte-
5 rius,Quia uerò uſusfructus ad plura eſt pars dominij,ſeu habet eius effectus:ideo nõ reijcitur nomẽ domini in fructuario, ut probat d.l.in uend.viii. & colligitur ex multis, quæ deduximus in proxima parte:& eſt receptiùs ſecundũ Gomet. in §.æquè.col. ult.ad fi. inſt.de actio. & ita aſſerit
6 Rubeus in d.§.nihil commune,nu.110. Ex his autem infertur ad intellectum tex.eiuſdem I.C. Pauli, in l.j.ff. de uſufr.legat.ibi,*nec ex bonis,nec extra bona*,quę lex cõmuniter intelligi & allegari ſolet in eum ſenſum:ut prædicta eius uerba deſignent uſumfructum, uel quamlibet ſeruitutem, ut hæc nõ dicantur ex bonis,nec extra bona:& ita accepit glo.& Bart.ibi glo. in l.rem in bonis.lii. ff.de acq. rer.domi.glo.in l.v.ff.de uerbo.ſign.& ibi Alci. glo.& Doctor.in princip.Inſti.de rer.diuiſ.& ita communiter ſcrib. ut tradit Auguſt.Bero.in c.nulli.nu.78.de reb. eccleſ.non alie. Sed hæc communis traditio difficultate non caret. ut ibidem ſentit gl.uerb.ex bonis: quæ opponit. & uariè ſoluit, quam Bart.ſequitur:variè etiam loquuntur Fab.& alij in d.princip.de rerum diuiſ. quorum nullus ſatis explicat, cur uſusfructus & aliæ ſeruitutes nõ dicantur eſſe de bonis:cum pro his actiones & exceptiones competant, ut nouiſſimum eſt, & patet ex.§.æque. inſt.de actio.l.ii.
ff.ſi

ff.si seru.vend.unde niderentur necessariò. inter bona cō-numerari. iuxta ea quæ latissimè deduximus in j. part.

¶ Rub.Et mihi augetur difficnltas:quia uerba I. C. in d.l.j. apertè habēt, ne usufructus & seruitutes dicantur de bonis:quod lōgè minus est,quàm in bonis:vt colligitur ex Vlpia.in l.ii.§.in hac. ff.vi.bon.rapt. & maior adhuc difficultas uidetur in usufructu, qui omnino de bonis & in bonis esse uidetur,maximamq́ue vtilitatem continet, & rei possessionem,& corporū perceptionē,& nomen,dominij

7 in multis, ut suprà.Quæ adeò uera sunt.adeoq; stringunt usufructu,ut in eo sustineri non uideantur refugia,& cōciliationes gl.Barto. & aliorum: quas difficultates non rā exactè perpendens Loriotus, in l.non uidetur.ff.de regulis iuris,ad fi.pag.ccccclxvii.sui operis,non ineptè agit de intellectu illius. l.resoluens. ut ibi usufructus & seruitutes non dicantur in bonis, id est,in dominio propriè sumpto:nec extra bona, id est, extra bonorum appellationē, quæ in iure latè patet. Sed hæc interpretatio non satisfacit:quia I.C.ibi nō respicit dominiū proprium,ucl improprium:nec loquitur per uerbū,in bonis,sed de bonis,quod minus iuris continet.ut proximè dixi:nec tutū erat in vsufructu omnino negare dominiū, ut patet ex superioribus. Lungoual.in l.imperium,nu.232.(appellans hanc difficultatem nodum Gordianum) aliter explicat,neminem referens, uideturq; intelligere ea uerba tex.non ut Doctor. accipiunt de seruitute,sed de usu,aut vsufructu seruitutis realis. Sed ante eum ita apertè notat Alber.(nullibi citatus)in eadem l.repræhendens omnes,qui illam l. notant ad id, quòd seruitutes non dicantur de bonis : uerè enim I.C.ibi tantùm agit de usu,aut vsufructu alicuius seruitutis legato:& ita unico verbo, uariando, respondet Ange. Areti.in d.princ.Institu.de rer.diuis.nu.3. uersi.aduertas: & in hunc sensum consonum uerbis illius l. cessat maior pars argumentorum, ex quibus hæc difficultas resultabat. Sed nec ista interpretatio prorsus tollit difficultatem: quia tex.ibi tandem concedit actionem ei, cui vsus uel vsusfructus seruitutis relinquitur, unde ea actio debuit efficere, ut tale ius posset è bonis dici. Quapropter est

est aduertendum, quod I.C. ibi retulit illa uerba magis in quandam argumentationem, quàm decisionem, arguebat enim priùs, ut eo casu non diceretur usus fructus, nec usus, nec esset locus cautioni, de qua in titu. ff. de usufruct. ear. rer. & §. constituitur, Institu. de usufru. quasi ex eo relicto non resultaret ius aliquod, cui congruerent uerba senatusconsulti iubentis cauere: sed tandem cōcedit actionem ex eo legato, & dicit esse cauēdum: & sic uidetur etiā eo casu magis probare, id ius de bonis appellari, quod Docto. non aduerrunt. Conclusio enim & finis non argumentatio I.C. attendi debet, sicut in omni dispositione. l. si uoluntate, ad finem, C. de rescin. uendi. ibi, *post multas contentiones*: Bal. in l. si vt proponis, n. 12. C. quomodo & quando iud. Afflict. decis. ccclxxv. n. 5. Deci. in l. si ego, n. 3. ff. si cer.
9 peta. Resoluo igitur cōtra gl. Bart. & Doct. communiter
¶ in dictis locis: ut usus fructus propriè dicatur de bonis, & in bonis, ut etiam seruitutes non dicantur nō esse è bonis: & ab eis malè citari uerba dict. l. j. ad quæ melius aduertit Alb. ibi, & uerba illa uidentur à I.C. prolata ex subtilitate iuris, ut alias in dominio inquit Imperator in l. in rebus C. de iure dot. Nec omitto, quod Longoual. d. loco intelligit illa uerba, *non extra bona* id est, non extra cōmercium hominum, quod mihi non placet, nec credo alteri placiturum: quia licet ita aliquādo ea uerba accipi uideantur in d. princ. Insti. de rer. diuis. nō tñ I.C. ibi id respexit: nec congruū erat, attēto quod agebat de re non sacra, nec religiosa, nec simili, iuxta l. cōtinuus. clxxxvii. §. cū quis. ff. de uerb. obl. l. sed Celsus. vj. ff. de contrh. emp. l. apud Iulianū. xlj. §. cōstat. ff. de leg. j. ergo, *non extra bona*: simplicius dicitur in d. l. j. pro non omnino alienis, nec extra ius disponentis, nō uerò pro ijs quæ in bonis esse non possunt. Nec est nouum, ut aliquo respectu dicantur non esse de bonis, ea quæ alias regulariter ueniunt appellatione bonorum: vt uidere est in iuribus & actionibus, quæ inter bona propriè & sæpissimè cōnumerantur in mutlis legibus (ut latissimè deduxi suprà in j. par. Rub.) & tamē aliquando dicuntur nō esse de patrimonio l. cū pupillus ix. ff. rem pup.
10 salu. for. vbi notant & explicant Bart. & Pau. Ex supradi-

ctis

etis,& maximè ex hoc tex.quo pater ad aliqua dicitur do minus,cum filius verè dominus sit: infertur ad illud vulgare,de quo Vlpian.in l.si ut certo.v.§.si duobus.ff.commoda.ibi,*duorum insolidum dominium esse non posse*:ubi Pau. Castr.nu 2.inquit illum tex.esse meliorem de iure: cuius regulam variè limitat Soci.(si is est) regula xcix. & in alijs libris.cxxxv.& nouissimè Mantua.libro Paralipo.ca.l. vbi id ornat. quibus tamen addendum est Albe. ibi,nu. 17.eã regulã procedere non solùm in re visibili:sed etiam intellectuali,quod tamen nunc discutio.Ampliatur etiã ex traditis à Ias.in l.si pluribus,n.33. ff.de leg.j.ut idem sit in dominio acquisito ex dispotione legis absq; traditione contra Are.in l.iii.col.iii.ff.solu.matrimo. respondetque Ias. ad tex.ib,quem Aret. inducebat: sic idem Aret. in l.iii.§. ex contrario,nu.36.ff.de acquir.possessio. inquit quasi dominiũ apud duos esse posse:idque probat Ias.in §.ex pluribus,eiusdem l. in fine. Sed illud damnat idem Ias. in d.§. ex contrario,nu.53.eiusque opin. contra Areti.tutior uidetur regulariter . eadem enim ratio militare uidetur in dominio quæsito sine traditione, & in quasi dominio , ut neutrum eorum apud duos insolidum simul esse possit, vtrobique enim esset repugnantia quam iura non admittunt.Ampliatur regu.dict.§.ut nec duo possint procuratores simul cõstitui in rem suam:nec duobus idẽ ius cedi insolidum,ut ex Bal. tradit Ias.in l.non quocunq;.§. qui Camium,nu.6.ff.de leg.j.Ex nostra autem l.iam infertur limitatio ad regul.d.§.si duobus uehiculum:ut aliquando duo dicantur domini, vnus uerè & propriè, alter abusiuè , seu quoad quid: ut hic uidemus in patre & filio circa aduentitia,& alias filius uiuo patre impropriè dicĩt dominus,vt in l.in suis,& ibi Bar.n.4.Pau.& alij.ff. de liberis & posth.
11 & ibi Ias.n.17.& nu.40.& Ang.de perigl.n.11.Limitatur etiã ea regula.d.§.si duobus: ut procedat respectu eiusdẽ dominij directi uel utilis: sæpè enim dantur in iure in eadem re diuersa dominia, ut in fructuario & emphyteota: secundũ Pau.ibidem, nu.2.prius Bal.in l.in rebus, col.iii nume.7.C.de iur.dot. pro quo solet allegari.l.j. ff.si ager uectiga.uel emphy.peta.idq in Vasallo & feudatario no-

tat

tat glos.in c.j.uerbo personam, de l.Corrad.probatur in c.j.§.rei autem, & ibi glo.Bald.& latè Afflic.de inuestitur. de re alie.idem Afflic.post Iser.& alios in c.j.§.præterea, de capi.Corrad.& in præludijs consti.Neap.q.xxiii.Limitatur consequenter ea regula in hærede, & fideicommissario uniuersali, quorũ alter appellatur dominus directò, alius utiliter: ut notat Bart.in l.ex asse.ff.ad Treb.Ias.in l.post aditam num.2.C.de impuber.& alijs substit.sequitur Hisp.Segura.l.iii.§.fi.fol.x.col.iii.ff de lib.& posth.secundum ueterem editionem.probatur in l.j.ibi, *fructus*.ff.ad Treb.& in uersic.*quamquam*: eiusdem l.& l.si hæres.lxx.ff.eod.ibi, *directè*.in l. qui hæredi.xliiii.§.cum hæreditas.ff.de condi.& demon.eadẽ etiam limitatio probatur ex tex.in l.& si fine.viii.§. sed quod Papinianus in fine.ff.de minorib.ubi alter utiliter, alter directò dominus censetur:& in l.prima.§.si quis adita, cum sequent.ff.ad Tertuli.quæ iura notat Areti. in l.sub conditione.ff.de liber.& posthu. Eandem regulam limitat Bald.in l.nihil, ad finem C.de procura.in constituente & eius procuratore, in quibus admitti potest, ut vterque dicatur dominus litis, quia tunc nulla est repugnantia: quod in hac reg. considerat idem Bald.in l.in rebus, numero 6.in fine.C.de iure dot.Limitatur etiam ex decisione text.in §.cum in suo, Institutio.de rerum diuis.& ibi Ang.Areti. tanquàm mirabile id no
12 tat ante, n.1.quem uide.Limitant etiam aliqui hanc regu.in casu bonorũ dotalium, eo q aliqua iura dicunt maritum dominum alia uxorẽ dominam dotis appellant: de marito est tex.in l si prędium.xxiii.C.de iure dot.& vulg.l.doce ancillam. C. de rei uend. pro uxore autem est l.in rebus.C.de iure dot.ibi:*eadem res ab initio vxori fuerunt, et naturaliter in eius permanserunt dominio:* subditq; ibi bis Imperator dominium rerum dotalium viri non dici, nisi ex iuris subtilitate, & ita uidẽtur duo domini insolidum eodem tempore, quod inter specialia dotis scribit Baptista de S.Blas.priuile.cxvii.uel in ii.centuria.nume.16 facit l.sciendum.§.si fundus.ff.qui satisd.cog.Sed dicas non inde offendi hanc reg.quia vterq; coniunx dominus dicitur diuersis respectibus, ut inquit Bald.in d.l.in rebus, numero

6.in

6.in fi.& Corraſ.in §.nihil commune, ex nu.33.& Paul.in d.l.docc.nu.2.perpendens autem hanc difficultatem dicebat alias gl.ut maritus dicatur dominus de præſenti,uxor autem in ipſe, ob reſtitutionem faciendam ſolu.matr.ita gl.in l.quamuis.lxxviij.ff. de iure dot.in l.ſi cõſtante xxv. §.ſi maritus.ff.ſolu.ma.& in l.in ſuis,uerb.quomodo.ff.de de liber. & poſthu. quam reſolutionem uidetur probare Alex.in d.§ ſi maritus,num.3.ſimpliciter ſequens gloſſ.& Odofr.quem ſequitur Alber.in d.l.in rebus nu.1.Sed contra hanc reſolutionem gl.& plurium,urgent uerba tex.in
13 d.§.ſi maritus in fi.ibi,*in alienis,hoc eſt,dotalibus*, ubi.I. C. de præſenti uidetur uxorem dominam appellare,non uirum:urgẽt magis uerba d.l.quamuis,ibi,*mulieris tamen eſt*: quod uerbum de præſenti & aſſertiuum eſt. & ſic uides iura aliqualiter in hoc uariare, in qua difficultate reſoluit gl.in d.l.in rebus, uerb.iure naturali: ut maritus dicatur dominus conſtante matrimonio, uxor autem domina nõ dicatur,quod multis fundamẽtis probat,& eſt recepta ſententia ſecundum Salyc.ibi,nu.5.poſt Bal.& alios: & idem aſſerit Nouel.de dote.viii.parte,priuileg.viii.num.1.& in l.prima nu.227.ff.ſolu.matr. idemq́ue ut receptiſſimum tradunt Ange.& alij in princip.Inſtitu. quibus alie.lic.& Palat.in repe.cap.§.xliii.num.2.& Iaſ. in §.fuerat, nume. 2.poſt Fab.& alios, Inſti.de actio.Contrarium autem tenent aliqui maximè nouiores, imò quòd dominium rerũ dotalium magis dicatur uxoris quam uiri:ut probat Duaren.in Rub.ff.ſolu.matrimo.c.j. ad fi.Corraſ.in dicto §.nihil commune, ex num.33 latiùs libro v.Miſcel.capi.xiiii. hoc etiam magis probare uidetur Baldui.in d.princ.Inſt. qui alie.licet,& ante eos Zaſius (quem non referunt) lib. ii.intellectu.c.v.idq́ue uidetur antiquitus uoluiſſe.M.quẽ gl.refert: & aliqualiter Pau.in d.l.docc.nu.2.Inuoluit autem Chaſ.in conſue.Burg.Rub.j.§.iiii.Char.xxxiii. Segura de bonis lucra.nume.51.& 52.ſecundum nouam editionem: & Campeg.de dote, ſub Rub.de pactis & fund.dot.
14 quæſt.vii.latè Igneus in l.prima.§.ſi vir.ff.ad Sillan. & Riminal.Inſtitu. quibus alien.licet, ex numero 310.Hac in re uidetur inepta argumentatio qua magis nititur glo. &
com-

communis allegatio.d.l.doce ancillã,ibi enim non tã uiro conceditur dominiũ rerum dotaliũ, quã exercitium & ius agendi:& consequenter uxori non tam negatur dominiũ,quã actio.uidebatur enim absurdũ:existente uiro,mulierem agere,arg.§.patitur, Inst.de iniu.igitur ex illa l.nõ probatur cõmunis allegatio, quod euidenter ostenditur ex hac.l.in qua videmus filiũ esse dominũ, patréque habere solum usumfructũ, & tamẽ pater agit,ac si verè dominus esset,nõ filius:possetq; similiter argui à tutore & alijs administratoribus. In eodem articulo debuerunt nouiores aduertere,dũ contra cõmunem indistinctè asserũt, maritum dominum non esse constante matrimonio, obstare eis,quod communiter colligitnr ex d.l.in rebus,nouè ibidem disponi, ut soluto matrimonio, dominium ipso iure reuertatur ad uxorem absque traditione:contrariumque ante l.illam fuisse,ut tanquã receptum tradit Nouel.in d. tract.loco suprà citato: & Signoro.in l.si æstimatis,n.2.ff. solu.mat.Alc.in l.iii.col.ii.n.6.in princ.ibi, nam hodie.ff. sol.mat.& ita limitatur secundum Doct.vulgaris reg.exigens traditionem ad translationem dominij:ut tradit Ias. in l.si constante,nu.119.ff.solu.matr. & in l.traditionibus numero.20.C.de pact.Niconi.in Rub.ff.solu.matri.nu.3. uidetur igitur dominium non apud uxorem, sed apud virum fuisse, alias non diceretur ad eam reuerti.In eadem
15 difficultate attendendum puto, an res dotales æstimatæ uiro dentur,taliter quòd dominium transeat in eum, iuxta iuris regulam l.plerumqne ix.ff.de iure dot.l.quoties v.C.eodem, cum notabiliter traditis à Soci.cõsi.lvi.lib.j. in his enim terminis uidetur cessare quæstio,cũ uxori sola æstimatio debeatur, totumq; ius & periculũ rerum mariti sit,per dicta iura & l.cum dotem.x.C.de iure dot.l.æstimatæ lii.ff.sol.matr.l.item si non.xiii.ff.de pactis dotal. Nec obstat tex.in dicta l.in rebus ibi, *siue æstimatæ siue inæstimatæ*;quem tex.Bal.ibi,nu.4.& plures scriben.alibi.(ut constat ex suprà citatis)indistinctè notant quasi æquiparet in proposito,res ęstimatas uel inęstimatas dari.Sed ex iuris principijs talis æquiparatio stare non potest atque ideo reiecta uariatione glo.ibi, uerbo æstimatæ, amplecten-

ctendum est quod tandem gl.ibi resoluit in finè: & clarius Saly.ibi nu.5.ibi,*subsidium*.ut tex.ibi specialiter loquatur cum maritus premitur ære alieno. nec aliter uxori satis consultũ est: tũc enim lex succurrit, vt dominiũ & ius vendicandi ad uxorem reuertatur, nec creditores vllo modo occupent res, quæ uxoris fuerũt: quod iuuatur ex uigore pristinæ ueritatis l.fin.ff.de decurio.l.cum filius lxxviii.§. hæres ff.de leg.ii.& ita ex ea l.cum gloss. utiliter notauit Bald.in l.interest.C. de vsufr. in æstimationem dotis non nocere uxori quãdo vir non reperitur soluẽdo. quod extollũt & sequuntur Doc. inter quos Crem.notab.xix.Ias. in l.ex conueutione.C. de pact.Pala.in Rub.§.xvii.nu.8. uers.intellige:Alex.in l.Mæuia.§.fundus.ff.sol.mat. extollit Pa.in rep.cap.§.xxi.n.4. & alij ut tradit Ant. Hisp.l.l. Tauri.n.44.uersi.quod tamen:Ias.extollens.d.l.cum glos.
16 in §.actionum,nu.84.Inst.de act & Hippol.sing.ccccccxci. Expedita hac illatione & limitatione, infertur ex d.§.& suprà traditis,ad imperia temporalia,in quibus regulariter unus tantum dominus admittitur: iuxta c. in apibus. vi.q.j. c.licet,de voto:quibus ampliatur reg.d.§.si duobus vehiculum: plures tamen aliquandò simul imperasse constat ex historijs & ex multis.ll.Cod. tradit Mantua.in loco citato suprà in principio huius reg. & latius Tiraq.de primog.xvii.q.iiii.opin.nu.22. licèt de eo dubitare uideatur Alber.in l.benè à Zenone col.ii.n.6.C. de quadr.præscr.quod de facto contigisse dicit Alber.ibi, & prius gl.in d.ca.in apibus,& sic volunt quod de iure non possint esse duo reges uel principes eiusdem imperij: & ad hoc illam gl.alias cõmendant Imol.& Ias.& alij quos citat Tiraq.d. loc.n.20.& seq.quę opinio in regnis & imperijs generali consuetudine obseruatur:idque magis expedire reipub.& subditis plurimorũ authoritate probatur,inter quos Bal. in auth.hoc amplius nume.8.col.ii.versi. item quia C.de fideico. & alij quos citat Corse.in tract.de potesta.Reg. q.lxxj.seu in v.parte, num.1.quod grauius & elegantius probat Hieronimus,Osorius,Lusitanus,genere,moribus, eruditione clarus in suo lib. de nobilit.ciuili. Ad summum autem pontificatum cõstantius asseritur, duos nul-

lo modo admitti: ut asserit gl. in c. non autem vi. q. j. quam à Docto. commendari scribit Tiraq. ubi suprà nu. 21. rationem uerò exactissimè tradit insignis præceptor meus. M. Nauarrus in c. nouit. iii. notab. nu. 140. de iudic. ubi de potestate Papæ Imperatoris & Regũ melius, quam alibi multa non vulgaria explicat: de dictione autem (Papa) agit Corras. lib. v. Miscel. cap. xv. Ex eadem regula. dicto
17 §. & ex suprà dictis infertur ratio ad id, quod cõsuetudo obseruat, ut non tantum regna, sed etiam ducatus, marchionatus, comitatus, similesque dignitates non diuidantur, sed primogenit. uel proximiori deferantur. ca. primo. §. præterea ducatus, de prohib. feud. alie. per Feder. ubi latè Bald. Affli. & alij: & ex scribentibus in alijs locis signanter id tractat sequens, Alexand. cons. xxv. libro quinto Hispanus Xuar. in l. quoniam in prioribus, folio 81. cum seq. C. de inoffi. testa. Soci. cons. lxvii. libro primo & cons. clxv. libro secundo. Moder. cons. feud. lxvi. Curt. sen. cons. lxviii. Curti. iun. de feud. quarta parte. quęstion. xxx. Ias. in l. stipulationes non diuiduntur nume. 31. ff. de uerborum obligationibus copiosè & vtiliter Tiraq. de primog. q. quarta. ex numero 21. ubi usque ad finem quæstionis tradit ad hoc sexdecim limitationes, & ornat materiam d. §. præterea ducatus. Apud Lusitanos autẽ strictius hoc seruatur, non solum in maioribus dignitatibus, sed etiam in quacũque donatione, quæ à Rege fit de terra coronæ regiæ: solus enim ligitimus descendens promogenitus uel proximior, succedit, nec ulla diuisio admittitur: ut patet ex ord. libro secundo titulo xvii. §. tertio, qua tolluntur multa dubia, quæ ex scriptis Docto. occurrebant, ut per Alexand. cons. lxxxvii. Xuar. in quæstione maioratus, columna undecima vers. obtinet. Nam lex illa indiuiduam hanc successionem obseruari iubet, etiam si donatio à principio fiat pro donatario eiusque hæredibus & successoribus: in quibus terminis cõtrarium sentiebat Xuareus, ubi suprà: Iser. & alij, quos specificè refert Tiraq. de primog. q. quar-
18 ta, numero 55. Quibus præmissis, iam ad principalem cõclusionem huius legis in hac ultima parte accedamus: quæ habet. non posse patrem alienare aduentitia filiorũ in

in quibus habet vsumfructum:& ita restringitur potestas patri cõcessa. Ante omnia autem circa verbum alienare, est vulgaris decisio l.vlt.C.de reb.alien.non alien.quæ cõgruè adducitur ad l.nostram,dum prohibet alienationem illa autem lex inquit appellatione alienationis non solum intelligi eam ex qua dominium transfertur, sed etiam hypothecam vel seruitutem:quem tex.extollit Ias.in §.item si quis in fraudem,num.23.Inst.de action.& in nostra l.ita est intelligendum,per l.fin.§.ipsum autem,versicu. sed pater,ibi pigno.& hypothecæ,infrà tit.j.Sed contra allegatur reg.l.j.C.de fund.dot.vbi tex. inquit alienationem intelligi,ex qua dominium transfertur:& inde Docto.colligunt,non dici alienationem,vbi dominium non transfertur,idque magis probant ex I.C.in l.alienatum.lxvij.ff.de verbo.signific. Vndè cum hæc iura uideantur inuicem aduersari,respondet glo.in d.l.fin. verbo hypothecam: & in d.l.j.verbo est autem:vt d.l. fin. intelligatur de alienatione largo modo accepta,alia iura intelligantur de alienatione proprie & strictè sumpta:& ita Alber. in eadem l.fi. nu.1.Bald.ibi,nu.1.& 6.Salyc.nu.1.in fine dicens id receptum & menti tenendum,& Pau.ibidem,nu.2.Et hanc resolutionem probat Bal.in Authen.hoc ius.nu.1. versi. est autem,cum sequen.C.de sacrosf.eccles.& cum eo August. Bero.in Rubr.de Reb.eccle.non alie.ad fin. & in ca.nulli num.21.eod.tit.idem Bal.in c.j.§. aut si liberatio, num.6. quib.mod.feud.amit.& ibi Afflic.nu.30.idem Afflic.in c.j. nu.1.de aliena. feud. Crot. in l.filiusfamil.§.diui,nu.122. ff.de lega.j.Soci.consil.lxxv.nu.2.lib.1.vbi dicit gl. in hoc receptam, & ita alij suprà citati. Eandem conclusionem probat glos.in l.benignius.xvij.ff.de legib. & ibi eam notat Angel.& Alex.consil.xxix.nu.15.lib.vij. quam resolutionem vt receptam refert etiam Felyn.in Rub. de fid.instrum.nu.4.& Neguzan.de pignor.ij.parte iij.membr.nu.
19 71.Constat igitur ex hoc scribentium numero,receptissimam esse resolutionem glo. & hanc interpretationem ad illa iura: & indè inferunt Doct.aliqua vtilia, maximè ad statuta loquentia de alienatione:& hinc patet contra hãc receptam sententiam loqui Alcia. in l. alienationis verbum

bum.xxviij.ff.de verb.ſign.dicétem,alienationem propriè
appellari ex hypotheca vel ſeruitute abſque tranſlatione
dominij:ſed debuit reſpondere ad d l.alienatum: eo.tit.&
d.l.j.C.de fund.dota.verè tñ obſtat nimis d.l. vlt. quæ lo-
quitur indiſtinctè de omni diſpoſitione legis vel hominis,
& vniuerſaliter diſponit,compræhendi hypothecã & ſer-
uitutẽ:quod non ita indiſtinctè diceret, ſi propriè aliena-
tio non eſſet:nec poſſum negare duram uideri deciſionem
illius.l.tam indiſtinctè loquentis, obſtantibus multis tam
ex ſuprà citatis,quàm aliis,quæ gl.& Doct.adducunt: ta-
men ſecundum eam l.intelligitur apud Luſitanos.l.regia,
libro quarto titulo ſexto vt cõtineatur hypotheca in pro
hibitione de qua ibi iuncta alia l.eod.lib.tit.xiij. in fine.ar
gu.à ſpeciali.Ad dicta verò l.j.C.de fund.dot.non placet,
quod gl.& Doc.ſcribunt:dũ accipiunt illam.l. quaſi loqua
tur tm̃ de alienatione propriè & ſtrictè ſumpta:namq; in
materia illius.l.& tit.de fund.dota. non tantum prohibe-
tur alienatio cum tranſlatione dominij, ſed etiam *ſola* hy
potheca:ut in princ. Inſt. quibus alien. lic. & in l.iiij.ff.de
fund.dota.& ideò in d.l. j. dum explicat alienationis ver-
bum cum tranſlatione dominij,intelligi poteſt, vt non lo-
quatur reſtrictè nec excludat quin alio modo alienatio di
catur,tam ex d.l.fi. quàm ex alijs iuribus in eadem mate-
20 ria d.l.j.Minus placet,quod cum Bald.infert Paul.Caſtr.
in d.l.fin.nume.3.dum dicunt,quòd ſi ſtatutum prohibeat
ne res alienetur in forenſem , poterit tamen vſusfructus
conſtitui:arguunt enim,ꝙ tunc non eſt propriè alienatio,
¶ & diſtinguunt inter verba legis & ſtatuti.Ego autem ma-
gis attenderem ſtatuti rationem,& ſecundum eam iudica
rem,& in dubio contra Bald.& Pau.reſponderem , ex ea-
dem l.fin.in quacunque diſpoſitione legis vel hominis: &
ſic includit diſpoſitionem ſtatuti , idque mihi probatur,
quia dubitatio gl.& Doct.non eſt circa vſumfructum, ſed
circa hypothecam,per l.in quorum ff.de pignor.At in vſu
fructu.datur dominium:vt ſuperius latè deduximus, tam
in hac parte,quàm in ſecunda . Et Cicer.in epiſtol. famil.
id noſtrũ appellat,quo vtimur & fruimur. Deniq; impro-
babilis videtur ea vulgaris differentia , qua Bald.& Paul.
nituntur

¶ nituntur inter verba legis,& uerba ſtatuti: ad quam malè citatur paſſim tex.in l.tertia.§.hæc verba. ff.de nego.geſt. vbi I.C.id non dicit,nec dicere potuit:cum in omni diſpoſitione legis generalis,vel particularis, & hominis, pariter ratio attendi debeat,nec in dubio à verborum proprietate recedendum ſit:vt facilè ex multis probari poſſet, quæ conſultò omitto : & ita meliùs ſentire uidetur Salyc. in l. ſerui.nu.22.cum ſeq.C.de noxal.vndè cauendum eſt à Neguzan.& ab eis quos refert in d.ij.part.iij.membr.nu.72.

21 Ex hac autem regula prohibitiua,ne pater alienet aduentitia filij,cauendum eſt ab eo,quod plures putant ex ſententia Azo.poſ.ſe patrem liberè aduentitia filiorum alienare:Azo.n.id dicere non potuit,obſtante hac.l.& l.fin.§: ipſum aũt verſi.nõ autem infra titu.j.ſed tñ inquit Azon. in Rub.de bon. quæ libe.nu.9. quod non poteſt pater alienare hæc aduentitia niſi ex cauſa neceſſaria æris alieni, quod filius ſoluere teneatur:iuxta tex.in l.fi.§. ſin autem æs alienum,infra ti.j. & ex his iuribus ceſſat dubitatio Tiraq.in prin l.ſi vnquam nu.32.Et ſubdit Azo.nu.11.nõ eſſe neceſſarium decretum qñ pater ſic alienat ex cã neceſſaria:quod ſequitur & extollit Bal.in eo §.ſin aũt, in fine, & ibi Pau.nu.2.Fulg.& Cor.id aũt non ſatis aperit Alber. hic,nu.1.ad fi.opinio tñ Azo.receptiſſima eſt,eamq; probant Bal.Pau.Alex.in l.præſes.C.de tranſ.& alij,quos citat Tiraq.in l.ſi vnquam in prin.nu.28.C.de reuo.don.vbi allegat Roma.Aret.Dec.Socin.& quam plures:idemq; ſequitur Iacob.in l.j.nu.5.C.ſi aduer.vẽd.Seuer.in tract.de trãſac.q.vij.Affli.deciſ.cccxciij.nu.1.Bene.in c.Rayn.ver. duas nu.255.Loriot.de conſangui. Axiom.xl.& probauit Cuman. in l.j.ff.de re.co.& fatentur oẽs hanc opinionem cõem eſſe,vt etiam aſſerit Couaſ.lib.j.reſol.c.viii.num.6. ubi eleganter explicat quandam l. par. & ſecundum hanc opinionem Azo.iudicatum uidi.De his etiam memini legiſſe Io.Ign.in l.iii.§.eleganter ex nu.166.ff.ad Syllan.ſed librum nunc habere non contigi:cum hæc prælo dabãtur. Sed contra Azo.& receptam ſententiam tenet Sal. in d.l. præſes:arguendo à legibus quæ loquunĩ de patre tutore uel curatore filij,qui non poteſt alienare ſine decreto, vt

in l.iij.C.de præd.min.l.si pupillorum.§.si pater.ff. de reb. eor.sed Alex.& Ias.ibi bene respondent,post Bal. & Paul. ea iura loqui in filio emãcipato,cui pater datur tutor,vel curator:hic loquimur de filiofa. cuius pater est legitimus administrator & lõgè plus tribuit lex patri quã tutori: vt Ias probat & nos sup.latius deduximus in ij. par. Sed Ias. d.l.presses.nu.5.inquit,posse legendo & disputando teneri contra Azo. vt. s. non possit pater alienare immobilia ex aduentitijs filiorum,sine decreto iudicis: & triplex argu. adducit,duo priora leuia sunt,nec ab vlla lege deducunt: tertiũ dicit Ias.fortiter stringere ex d.§.sinauté æs alienũ, vers.sed pater,ibi,ritè,quod verbum solet significare solénitatem iuris: & ita contra Azon. teneri posse inquit ibi Cur.iun.nu.15.& tenet Crotus in l.frater à fratre nu.31. & Chas.in consue.Burg.Rub.vj.§.v.fol.10.col.iiij.nu.14. Hispanus Anton. Gomet.in l.xlviij. Tauri. ad finem:& sic opinio Saly.aliquibus placuit. Ego à cõmuni sententia nõ recedo,quia video hæc iura patri interdicere alienationé aduentitiorum, eamq; specialiter permittere ob causam necessariam æris alieni:tunc autem, ordinem explicare, quo fieri debeat alienatio:vt in d.§. sinauté æs alienũ:nec aliquam mẽtionem facere de decreto, vel authoritate iudicis:vnde cum nullibi talis solennitas scripta sit in patre ¶ legitimo administratore,rectè:pro Azon. retorquetur argumẽtatio Ias.in d.l.præses.nu.3.vers.unum:ne audiatur, qui sine lege loquitur:& inde respondetur ad argu. Ias.ex dicto verbo *rite*:refertur enim ad causam & ordinem: secundum ea quæ dixerat ipse Imperator in §. præced. vt bene aduertit Tiraq.vbi suprà post Deci. consi. ccix.nu.3. colligiturq; ex Ias.in l.filiusfa.ff.qui satisda.cog. Et fulcitur hæc sententia, quia lex in patre legitimo administratore non distinguit circa ætatem filij:& sic patet non bene applicari iura loquentia de tutore vel curatore & decre-
23 to.Cùm tamen regula sit negatiua,ut pater alienare nequeat aduentitia filij,ex hac l.& d.§.sinautem æs alienũ, & d.versicul.non autem:infertur vtiliter, quòd patre alienante,fundata erit intentio filij vendicantis rem alienatam:vt fere in terminis tradit Deci.cõsi.lx.col.ij. quia sufficit

ficit habere regulam : aduerſarius autem probare debet cauſam limitationis,vel ſpecialitatis ſecundum Bart. in l. ij.nu.1.ff.ſi quis in ius voca.& ibi Iaſ.idem Iaſ.in l.fi.num. 14.C.de edict.diui Adr.Deci.in l.j.nu.8. ff. de regulis iuris.Deci.conſi.viij.nume.1.notanter Bald.in l.iij. num.5. C.fin.regum.& ita is qui in quem pater alienauit non poterit vitare condemnationem, niſi probet alienationem ex legitima cauſa factam:facit doctrina Barto.in l.ſi fortè.ff.de caſtren.pecul.& in ſimili Pau.Caſtren.in l.vir uxori.ff.ad Velleia.& quæ tradit Alex.conſil.xviij.lib.iij. vbi enim regula iuris eſt prohibitiua, non ſtatur confeſſioni contrahentis uel teſtantis,ſecundum Doctor.vbi ſuprà:& Bar.in l.cũ quis decedens §.codicillis,& §.Titia ff. de leg. iij.Alex.& Decius in l.ſi donatione C.de collat.Dec. cõſ. xx.Rip.in l.ſi vnquàm.q.xv.C.de reuo.don.bonus tex.in l. qui teſta.xxvij.ff.de proba.notabiliter Dec.in c.quæ in ecclesiarum,nu.27.de conſti.& conſi.lxij.Ideoq; ſi pater vẽdat filio ſpurio (cui donare nequit) non creditur eius confeſſioni,ſi dicat ſe recepiſſe pretium cõtra gl.d.l.qui teſta. quæ communiter reprobatur, ſecundum Iaſ.in l.ſi is qui ex bonis,col.fi.ff.de vulga.& Deci.conſi.cccxj.col.ij. pro-
24 batur,in l.j.C.de natur.libe. Conſtat igitur ex prædictis, regulariter interdici patri alienationem aduentitiorum, excepta cauſa neceſſaria,& ſic eſt limitatio ad regulã,quę cõprobatur ex vulga.l.j.ff.de fund.dota.ibi,*quia hæc alienatio nõ eſt voluntaria*,qui tex.vbiq; allegatur,atq; ita à Bar. intelligitur.vt prohibita alienatione nõ cenſeatur prohibita ex cauſa neceſſaria:ad idem ẽt citari ſolet tex.in l.peto.lxxj.§.prædium.ff.de lega. ij. Sed non benè allegatur: quia ibi res non diſtrahitur,ſed tñ datur emptori ius retinendi pro tpe,quo res duratura eſſet penes debitorẽ, cuius bona alienantur:ſicuti in caſu notabili l.Statius.xlviij. §.ult.in fine.ff.de iure fiſc.de quo infrà,ad idẽ notatur tex. in l.alienationes xiij.ff.famil.erciſc.ibi, *duntaxat voluntariæ,non quæ cauſam habent neceſſariam*:& ibi Alber.& Flori. notant Mihi etiam ad idem eſt optimus tex.in l. tertia §. item quæri.ff. de reb. eor. ibi, *hac enim alienatio non ſponte fit.* & ibi : *valebit alienatio, propter rei iudicatæ authoritatem.*

Et inde colligitur ratio ad text. nota. in l.magis puto. §.si pupillus,versi.sed si pater,& versi.idemq;, & versi. eadem ratione ff.eo.vbi res immobilis sine decreto traditur à minore vel tutore,quãdo præcedebat obligatio eius,cui minor successit . quia lex tunc alienationem hanc necessariã censet:id ét probat tex.in l.j.& meliùs in l.iij.C.qñ decre. opus non est:vbi ex iussu uel obligatione testatoris alienatur res immobilis inconsulto prætore. In eandem sententiã põt notari tex.in l.non tm̃.lj.§.ijs autem. ff. de fideicó. lib.& in l.alieno.xxxj.§.qui fideicommissariam. ff. eo. vbi minor manumittit & alienat ex fideicommisso & iussu testatoris,quod aliàs facere non posset lege prohibẽte : idé probat tex.in l.cãm xx.ff. de manumis. ex quibus iuribus assignatur ratio decisioni notabili.l.fistulas.lxxviij. §.j.ff. de contrah.emp. vbi tutor sibi author est,sibiq; possessionem tradit rei,quam emerat à patre eius,cuius tutor est,
25 de quo alibi plura scribo . Ex d.§.fundum l.fistulas:& ex d.§.sed si pater l.magis puto:patet traditioné rei *uenditæ* necessariam appellari,ideoq; iura ibi, permittũt *tutorem* sibi tradere,negotiumq; perfici inconsulto.Vnde vltra Docto.vtiliter colligo, illis iuribus probari doctrinam glo.in §.pretium,verb.tradatur,insti.de emp.& uend.quæ,reiecta antiquorum varietate,bene resoluit , venditorem habentem facultatem rei tradendæ præcisè teneri tradere, nec liberari soluendo interesse:& idem probat Bart. in l. stipulationes non diuiduntur nu.39.ff.de verb.oblig.& est recepta doctrina secundum Alex.ibi,nu. 30.Ias.nume.35. qui prædictam glo.extollunt,& ita Ang.Areti.in §. actionum,num.14.Insti.de actio. dicens eam gl. sing. & ibi Ias. nu.147.idem Ias.in l.quoties,nu.34.C.de rei uend. Deci. in l.actionibus,num.16.ff.de in lit.iuran.& in l.certi condictio.col.vij.ad fin.ff.si cer.peta.idem asserit Anto.Burg. in Rub.de empt.& vend.num.3.dicens,eam glo.meliorem de iure,& magis communiter approbatam, aduersus aliquos contradicentes:& ita Bal.in l.contractus,nume. 14. C.de fide instrumen.& Bar.in l.j.nu.13.& ibi Pau.num.4. ff.de actio.empt.de quo etiam agit Tiraq.videndus lib.de retract. conuent.in fine §.vij.nume.55.& latissimè nouis-

simus

ſimus Reminald.in §.j. ex nume.37.Inſt. de donat.ubi ex nu.58.variè limitat:mihi autem,vt dixi,pro communi ſententia ſufficerent prædicta iura, quæ hic notaui:probatur etiã ex d.§.preciũ.ibi *omnino tradatur:* & in l.ex empto.xi. ff.de act.empt.ibi,*id præſtari,quod inter cõtrahentes actum ſit:* & ibi,*imprimis ipſam rem præſtare venditorem oportet*:& inde intelligitur tex.in §.pen.uerſi.idem ait.ead.l.& l.j.eo.tit. quibus Bulg.& contradicentes nitebantur : dum enim ea iura dicunt,uenditorẽ non tradentem ad intereſſe condẽnari,intelliguntur in fauorem emptoris : quando ſcilicet res tradi non poteſt,non verò permittitur venditori,ne rẽ tradat : & ita uſu obſeruatur.In idque verè adduci poteſt (cùm.M.gl.citato)tex.in l.qui reſtituere.ff.de rei uend.de his etiam quo ad intereſſe agit Molin. in l.vnica nu.80.cũ
26 præced.& ſeq.C.de ſent.quæ pro eo.De cauſa neceſſaria latè & utiliter agemus uel in fine huius l.uel in l.fi.§.ſi alijs autem,tit.ſeq. interim verò ex ſupradictis infertur alia limitatio ad reg.ut pater diſtrahere poſſit ea,quæ tempore perirent,ſeu quæ ſeruari nõ poſſint,uel quæ ſine vtilitate ſumptuoſa eſſent:quaſi tunc alienandi cauſa neceſſaria ſit,ex tex.notab.in l.Ariſto.v.ff.de iure delibe.ibi,*tractu temporis deteriores*:& ibi,*ſumptuoſa veluti iumenta, aut venalitia*:& ibi,*æs alienum, quod ſub pœna vel pignoribus debeatur*:& ſic I.C.tam iuſtã ibi cenſet cauſam utilitatis:quã æris alieni, ſeu neceſſitatis:licet in alijs ſit differentia,ut ꝑ Deci.in l.ii.n.6.ff.de offi.eius cui manda. eſt iuriſdi. & ita tex.in l.ait prætor.vii.ad fi.eo.tit.ad idem bonus tex. quẽ ibi cõmendat Bald.in l.non ſolũ.lvi.ff.de petit.hæred.ibi, *nõ ſolũ ad æs alienũ.ſed et ſi impẽſę neceſſariæ factę ſunt:*& ibi, *vel ſi mora res peritur deteriore ſue futurę erant*: ubi etiã hæc æquiparatio benè probatur: & in l.viii.ff. de mino.ibi, *in rebus fortuitis caſibus ſubiectis:*tex.& Doct.in Authe.ſi quas ruinas.C.de Sacroſ.eccl.& arguendo de tutore,à fortiori pro patre legitimo adminiſtratore adduci poteſt cum prędictis iuribus l. lex quæ tutores,uerſi.pen. & fi.C.de admini.tut. & ita ampliatur d.§.ſin autem æs alienum:& §. ſed pater,uerſicu.non autem l.vlt.infrà titu.j.ubi ſatis id probat imperator ibi, *exceptis rebus, quæ oneroſę hæreditati*

ſunt, vel quocunque modo damnoſæ, *quas ſine periculo uendere patri licet*:ſpecialia autẽ multa ob eam cauſam, quod res tempore peribunt uel deteriores reddentur, ornant Iaſ.& Rip.in l.cum res.ff.de dã.infec.Fely.in c.cum acceſſiſſent. n.20.de conſt.idẽ Fely.in c.fi.col.fi.de iudi.Hipp. in l.qui cedem.ff.ad l.Corn.de ſic.& alibi, ſępe, idẽ Iaſ. & Hippol.
27 & Alc.lib.j.de uer.ſig. Hinc inferri poteſt ad quæſtionem aduentitiorũ, in quibus ſunt aliqua immobilia ſubiecta inundationi prope mare, uel flumẽ, uel ſimili periculo obnoxia: ex prædictis enim iuribus ſatis colligitur poſſe patrẽ tales res diſtrahere: & idẽ fortiùs colligitur ex Doct. ſtatim citandis:facit tex. in.l. verum.xii.§. ſi locupleti. ff. de mino.ibi, *prædia ruinoſa:*& ibi, *prædia ruant*:& ibi, *multis caſibus obnoxia*:talia enim bona non iudicantur utilia, nec excuſant ut immobilia:ſecundum Bar.in l.ii.col.fi.nu.19. ff.ſolu. mat. ubi ampliat ad bona ſita in montibus quæ cũ aquis diluantur:& ita Alex.& Iaſ. in iiii.limita.in l. ſciendũ.ff.qui ſatiſd.cog.& Alex.in d.l.ii.nu.20.cum Bar.& ita
28 tenere omnes aſſerit Parp.ibi.nu.87.Amplius uoluerunt graues Doct.ut tutor uel curator poſſit alienare ſine decreto, molendina & bona ſita iuxta flumen obnoxia inundationi:ita Ang.ubi Fulg.id cõmendat in d.l.nõ ſolum.ff. de pet.hære.& Rip.in l.quominus.n.126. in fi.ff. de flumi. & Hiſpanns Pala.in repe.c.per ueſtras.§.xviii.n.4.& Rubeus cõſ.cxxxviii.col.j.ubi id extollit, & dicit neminẽ cõ-
¶ tradicere:& Tiraq.de retrac.lign.§.j.gl.vii.n.91.Ego non dubito hos patres erraſſe, licet enim bona ſint ſubiecta periculo inũdationis uel ſimili, nõ ideo alienari debẽt in cõſulto prætore:& periculũ quod ipſi Doct.conſiderant, erit pro cauſa decreti, quod neceſſariũ eſt in alienatione immobiliũ, etiã ſi talia ſint, ut illis carere expediat.l.magis puto.§.ſi æs alienum & l.ſi fundus ſterilis.ff.de rebus eor. & ideo cauſa iuſta ad has alienationes non ſufficit ſine authoritate iudicis, ut conſtat ex illis iuribus, & ita apertè I.C.in l.Ariſto.ibi, *adito prætore:*& d.l.ait prætor §.fin.ibi *prętor aditus:* quod etiã probatur ex l.fi.ff.de cura. fur.ibi, *donandi cauſa:*& ibi, *magna utilitate, cognitione iudicis* quod pro maiori ſecuritate(maximè ne iudices parũ periti decipian-

cipiantur)confirmari poteſt ex Bal.qui forſan id uoluit,in l.fi.§.nõ auté , infr.ti.ſeq.ex Bart.Paul.Iaſ.in l.cũ hi.§.eã: ff.de tranſactio.dũ ibi gl.reprobãt:& poteſt colligi ex Af
29 flict. deciſ.lxxxvii.In patre igitur alienante verius puto, quod in tutore & curatore inaduertẽter Doct.ſcripſerũt: cum enim in patre iuſta cauſa ſufficiat abſque decreto,vt ſuprà,ualebit alienatio ex prædicta cauſa, atque ita ſecurus reddetur emptor,vel is, in quẽ alienatum eſt: per tex. in d.l.fi.§.pen.ſuprà citato,ibi, *ſine periculo uendere paterna pietate licet*: quæ uerba mihi uidentur comprobare opinionem Azo.quam ſuperius defendimus, & receptiorem diximus.Videtur enim ibi tex.totam hanc conſiderationem paterno cõſ.cõmit.nec puto indiſt.verum,quod Bar.Alex.
¶ Iaſ.& alij ſuprà cit.ſcri. talia immobilia iuxta flumen,uel mare ſita,nõ excu.à ſatiſd.nec ut immobilia iudicari:contrariũ enim ſuadet cõm. homi. opi. & conſuet. qua uidemus molend.aliaq; bona , etiam inundationi & periculis obnoxia , ut pretioſa æſtimari:quæ hominũ opinio in his maximè attẽdi debet, iuxta vulgari.l.precia rerum.ff.ad l. falci.& ideò uidemus in prædictis iuribus nõ excuſari decretum,etiã in talibus bonis: & ſic regulantur ut uera im
30 mobilia . Ex prędictis ſatis infertur alia limitatio generalis:ut nõ obſtãte prohibitione poſſit pater alienare, quando id filio utilius fuerit, uel ut ex alienatione aliquid maioris utilitatis filio accreſcat: quod ex uerbis d.§. pen. l.fi.ti.ſeq.ita generaliter notat gl.in l.quæcũq;, uerbo interdicta,cod.titul.ubi.Bal.nu.1.id dicit menti tenendũ, & Areti.in l.mutũ,ad fi.ff.de acq. hæredi.ubi eã gl.extollit: & Soci.in l.conditionibus pupillus,n.1.in princ. ff. de cõdi.& demon.Gomet.in §.omniũ,co.x.Inſti.de actio.Iaſ.in l.cõtra iuris.n.8.ff.de pact.Tiraq.alios citans in li.de iure marit.gl.viii.n.74.char.cccxxxii. ſecũdum nouã editionẽ: quod confirmatur ex multis , quæ Socin.& Iaſ.cumulant in dictis locis,& Fely.in c.cauſam,in j.nu.8.de iudi. & maximè confirmatur ex text. cum gloſſ.in l.ii.ff.de acceptil. ubi admittitur obligatio impuberis ſine tutore , quando ex ea ſequitur utilis liberatio:quam gl.extollunt Soci. & Iaſ.ubi ſuprà,& Alexan.in d.l.mutum, nume.10. Iaſ.in l.
more.

more.n.11.ff.de acq.hæ.& in l.potuit.n. 3. C. de iure delib. quibus adde gl.in prin.Insti.de auth.tut.vbi est bonus tex. ibi, *nãque placuit meliorẽ conditione licere eis facere, sine authoritate tutoris*:& idem probat tex.in l. prima,C. de authori. præsta.Sic in uarijs iuris articulis tradunt Doctor.ubi suprà,latiusq; Tiraq.viii.quęstio.d.gl.viii.ex nu.56.quando in aliquo actu requiritur solennitas fauore alicuius personæ, ualere actũ absq; ea solennitate,si reperiatur utilis tali personæ:quod tradit Imol.in l.cum lex, ad fi.ff. de fideiuss. quem sequitur Soci. iunior. cons.xxviii.nume. 11. libro secundo.Et multa in hunc sensum tradit Corsin.nota.uerb.pupillus.folio 177.Idem probant multa, iura ultra suprà citata : tex.in l.non ideo minus.C. de proc.& in l.nec tutoris.C.de contrah.& commit.stipul.Idem probat tex.ubi notat Alber. in l.j.ff.de quib.in loc.sac.ibi:*quod ornamenti causa fit*.Et bonus tex.in l.si filius xj.ff.de ritu nup. ex quibus assignatur ratio. l. multi non notæ. ff. de lib. &
31 posth.& l.filijs matrẽ. C.de inoff.testa. Sed in hac re doc. aliquando uariant,ut tradit Tiraq.in d.loco. maximè nu. 62.Et præcipua uarietas adducitur ex tex.& glo. in l.cum ii.viii.§. eam ff.de transact. ubi tex.inquit ualere transactionem absque solennitate , quando continet utilitatem eius,in cuius fauorem solennitas requirebatur: aut patet ibi:*quia meliorem conditionem suam*.Et gl.ibi uerb.alimentarius:infert ad alienationem rei minoris, uel Ecclesiæ, vt ualeat sine solennitate , quando reperitur utilis ipsi ecclesiæ uel minori. Sed Bart.ibidẽ eam gl.reprobat,& Alber. nu.2.post antiquos : & magis communiter doc. secundum Ias.ibi.n.2.Et idem Ias.in d.l.contra iuris, in fine princip. & Fely.in dicto c.causam.n.8. hoc tanquam receptissimũ tradens, licet neminem citet:quod tenuerunt quam plures à Tiraq.citati.in d.loco, nu.56.57.& seq.Sed quamuis Ias.& alij dicant gl. cõmuniter reprobari, id non omnino expeditum est, cũ non pauci eam sequantur ut curiosè refert Tiraq.ubi suprà nu.62.& Cors.ubi suprà.Et idem Ias. sibi contrarius in §.action.n.43. inst.de action.quarta vbi eam gl.sequitur,quamq́ue magis probare uidetur Tiraq. eo maximè , quia secundum eum nemo respondet tex. in

dicto

dicto §. eam.vbi Iaſ.nu.ii. de ſolutione cogitandum relin quit.Fely.tamen in dicto c.cauſam nu.8.diſtinguendo reſpondet ut uidetur,in uer.ſolutio. cuius non meminit Tiraq. citans ad eandem diſtinctionem Al.& Fab. Ego autē non dubito opinionem Bar.& Alber.magis cōem & uerio rem eſſe, nec uideo qualiter negari poſſit:quia iura aper tiſſimè habent,ſolennitatem requiri in alienāda re minoris uel eccleſiæ,etiam ſi agatur de alienatione utili,aliter enim decretum non interponeretur , ut l.magis puto per totam.ff.de reb.eor.& in l.fi.ff.de curat.furio.cum ijs,quę adduximus ſuprà.n.28 & tradit Afflict.deciſ.lxxxvii.& ex his tolluntur obiecta Dec. contradicentis in c.quæ in eccleſiarū.n.9.de conſtit.hanc tamē uarietatem gl. & Doct. concordat nouiſſimè Molin.ad Dec.in c.j.in j. lect. uerb. *contentioſo:*litera *n*.de conſtitu. Sed conciliatio Molin.non erit neceſſaria , ſi attēdas ad aliam reſolutionem receptā, quę in ea difficultate habet : poſſe pro parte minoris uel eccleſiæ approbari,uel reijci alienationē, quæ ſine ſolennitate facta eſt:vt tradit vtiliter Iaſ.in d.§. eam tranſactionem,referens plures,& in ſimili per multa Fely.in c.dilectus in ii.n.8.ex uerſi.iii.de reſcrip. arg.gl.celebris in l.elegāter:uerb.nullā.ff.de dolo,ſimilis in l.iuris gentium.§. prætor ait.uerb.dolo.ff.de pact.gl. etiā in l.in cauſæ.xvii. verb.ne inter,ibi,:*eius fauore:*ff.de minor.glo. in l.ſi dolo. C.de reſc.uend.& ex multis vtiliter cōprobat Tiraq.in d. lib.de iure mari.gl.viii.q.x.n.92. cū ſeq. electio ergo poſtea ſolēniter facta ualidabit pręcedentē alienationē etiā inuito eo cū quo minor,uel eccleſia contraxerat,vt uolūt gl. & Doct. in dictis locis:in quod notari ſolet text.optimus in l.Iulianus.xiiii.§.ſi quis à pupillo.ff.de actio.emp. ibi,*ex vno latere cōſtat contractus:*facit gl.notab.l.ſi fundus. §.elegāter,uerbo.exercere.ff.de lege cōmiſ.quā ibi expendit Bal.Hæc tñ intelligi debent niſi pars aduerſa ante iudiciū uel actū conſummatū opponat defectū ſolennitatis: tūc enim nō erit electio perſonę priuilegiatæ volētis actū ſuſtinere ob vtilitatē:ut eleganter ex Bal.tradit Hiſpa.Pala.in rep.Rub.§.lxviii.nu.7.quos probat Tiraq. ubi ſuprà nu.88.& idem uult Iaſ.in l.non eo minus,nu.1.uerſ.limi-

ta.C.

ta.C.de procu. & Chaſ. in conſue.Burg.Rub.iiii.§.j.n.27. fol.128.col.iiii. Addo in ſimili uerã & receptã ſententiã ex l.licet.C.de procur.per quã (ſecundũ Iaſ.ibi n.10.verſ. tunc)limitatur gl.ſi mater.§.hoc iure, uerb.deducit.ff.de except.rei iud. de qua latè Iaſ.in d.loco.& Felynus in ca. cauſam.numero 9. de iudic.tradit Angelus Aretinus in §. item ſi.col.antepe.Inſti.de except. & Paul.in l.licet, ff.de iudicijs.ut ſcilicet non poſſit quis ratum habere geſtum à falſo procuratore, quando defectus mãdati oppoſitus fuit ante finem actus: hæc enim reſolutio recepta eſt. Limitantur etiam aliqua iura ex ſupra adductis: ut non ualeat actus iudicialis uel conuentionalis deficiente ſolennitate etiam ſi ſit utilis perſonæ, in cuius fauorem ſolennitas requiritur,quãdo perſona talis eſt,in qua intellectus prorſus deficiat,ut in infante notat Bal.in l.j.C.de auth.præſt. quod etiam patet in furioſo, iuxta tex.in l.furioſo ix.ubi Bar.& omnes.ff. de re iud.tradit Iaſ.limitando tex. ibi in
34 l.non eo minus nu.1.verſ.ii.C.de procur. Illud tamen omittendum non fuit,quod cõmuniter Doct.notant ex tex. quem extollunt, in d.l.Iulianus.§.ſi quis colludente.ff.de act.emp.ut quando cõtractus ita claudicat,poteſtq; ab altera parte tantum reſcindi, uel nullus declarari:poſſit tamen pars aduerſa agere,ut perſona priuilegiata uel alia, in cuius fauorem actus irritatur, declaret: an uelit ſtare conuentioni, uel ab ea recedere ex uerbis tex.ibi,*hactenus agendum,vt aut ſtetur emptioni,aut diſcedatur*: & in verſi. ſeq.eiuſdem tex.agitur de minore circunuẽto:& idem reſpondetur ibi, *vt in ſuperiori caſu*: & illum modum agendi alibi non reperiri,aſſerũt Paul.& Fulg.ibi:Bal.in l.dolũ n. 2.C.de peric.& commod.rei vend.& ibi Salyc.nu.1.Iaſ.in §.actionum n.42.Inſt.de acti. & in l.tranſanctione finita: ad finem.C.de tranſac.Et ex eodem tex.vnum utile infert Molin.in conſue.Pari.§.xli.nu.46.fol.328.Sed eandẽ deciſionem.d.§.limitat idem Molin. de contract.uſura.q.xj. n.157.& Tiraq. uidẽdus in fine ſui libri de retract.n.149.
35 cum ſeq.Qua in re aduertendum eſt quod is modus agendi ponitur in d.§.ſi quis colludente,in maiorem uel minorem circunuentum. Deinde ſequitur ſtatim.§.ſi quis à pupillo:

pillo:vbi in pupillo.I.C.inquit cõtractum claudicare: nec repetit,quod proximè dixerat in minore.Ideoque Bar.ibi intelligit, non procedere in pupilllo,quod dictum fuit in minore: ut sic contrahens cum pupillo non audiatur petens eam declarationem, an pupillus stare uelit contractui.Et ita intelligunt Alber.Pau.Fulg.& Salyc.ibi,quod confirmatur ex Bal. & alijs citatis proximè.nu.33.ad fin.

¶ Quam differentiam nõ aduertunt aliqui: ex suprà citatis: & cõtra eam loquitur Tiraq.de iure marit.gl.viii.q.x. nu. 91.ibi,*minore aut pupillo*:Addo etiam, quod Ant.Capi.decis.cx. contra omnes suprà citatos (ab eo autem omissos) scribit, non debere quẽ audiri in prædicto modo agendi. Sed minor nõ aduertere, se loqui cõtra tex.Bar.& omnes

¶ in d.§.si quis colludente. Quòd etiã nõ aduertit Rebuf.ii. Tom.constit.Galli.gl.vi.arti.ii.nu.7.pag.cxlix.sequens so

36 lum Capitum.Posset aliqualiter excusari Capi.& Rebuf. authoritate Alex.ad Bar.in d.§. si quis colludente (quem nõ referũt)ubi Alex. uidetur intelligere tex.quando agetur ad eã declarationẽ aduersus maiorẽ factum:non autẽ durãte minori ętate.Quod ẽt uidetur probare Imol.in cle.j.n.28.de in integr.restit.Sed Bar.in d.§. Paul.& Fulg. planè intelligunt tex.etiam durante minore ætate.Quòd etiam magis uidetur ex mente Doct.in locis suprà adductis:& colligitur ex Tiraq. de retract.in fi.n.149.Idq; magis cõgruit literæ: quia I.C.loquẽs de minore circunuento permittit eum agendi modum:& sic retinet eosdem terminos minoris ætatis, diuinatoriumq; esset subaudire,minorem factum esse maiorem.Quod etiam vrgenter comprobatur exemplo ecclesiæ:aduersus quam in eisdem terminis receptũ est agi posse,ut declaret,an uelit stare conuẽtioni:ut tradũt Doct.ubi suprà.& Hisp.Bernar.à Luco. reg.cxlviii.in septima similitudine.Videtur tamen necessario intelligẽdũ:ut ea declaratio à minore fieri nequeat, nisi adhibita solẽnitate, quæ in principio eius actus interuenire debuisset. Vt colligi potest ex Matesil. notab.clvi. ibi,*sit paratus facere interuenire solennitatem*.alias eodem modo periclitatur declaratio minoris, quo actus principalis arg.l.doli.ix.vers.idemque.ff de nouat.ibi, *rursus circunuenitur*

nitur minor. Nec puto tutum, quod Bart. Paul. & Fulg. volunt, in d. §. si quis colludente, dicentes, minorem eo casu semel declarantem se uelle stare conuentioni, non posse amplius restitui. Ad quem effectum intelligunt tex. ibi induxisse illum agendi modum: idque forsan ob calorem iudicij, sicuti in proposito sentit Nicolaus de Mil. in suo repertorio verb. minor. intelligens Bart. quando iudex confirmaret eam declarationem minoris vt tunc amplius restitutio non detur. Quòd etiã probat Aufre. (vir doctior, ¶ quàm plures putent) ad decis. capellæ, quæstione liii. ad finem. Sed hæc mihi non placent: quia nec calor iudicij, nec authoritas iudicis tollunt restitutionem minori, uel ecclesiæ, ut l. si quidem. C. de præd. mino. Panor. in c. cum causa. numero 6. de empt. & uendi. & in capitulo constitutus nu. 8. de in integ. restitu. nec declaratio, uel electio semel facta potest restitutionem tollere: cum postea uariare liceat minori: ut in l. & si sine. viii. §. restitutus. ff. de minor. & in l. fin. C. si sæpius in integ. resti. postu. cũ traditis à Math. Afflic. lib. ii. constitu. Neapol. Rub. xl. numero 11. & latius scribo in materia restitutionum. Vnde intelligo. I. C. in d. §. si quis colludente, eam declarationem petendam, præstandamque scribere, ut de præsenti res habeat statutum ualiditatis: utque contrahentes omnino incerti non extent de effectu conuentionis. Non autem ullo pacto. I. C. ibi sentire potuit, ex ea declaratione semel facta, negandam postea restitutionem minori læso, contra iuris principia: maximè, cum materia restitutionis diuersissima sit, nihilque commune habeat cum ea quam I. C. ibi tra-
37 ctat. Ideoq; à tã diuersis illatio fieri non debuit: iuxta vulgare reg. l. Papinianus. ff. de minor. l. fi. de calumn. Quòd forsan alibi non reperies. Potest etiam pro limitatione notari, quod scribit Alberi. hic, col. ii. num. 4. versi. quid si pater: dicens, quòd pater potest alienare suum usumfructũ præsupponẽs, idem posse regulariter quẽlibet fructuariũ: per text. quem adducit, in l. arboribus. xiii. §. usus fructuarius. ff. de usufruct. deinde subdit, ꝙ pater alienãs rem aduentitiam filij, censetur tantùm alienare usumfructum, quem in ea habet, adducit text. in l. qui tabernas. xxxii. ff.

de

de contrah.empt. & sic sunt in hoc duo dicta Albe. eumque sequitur Hisp.à Couas Ruu.lib.j.resol.c.viii.n.7.versicu. quod fit. Huius primi dicti immemor fuisse uidetur Fernā Loaz.in l.filiusf.§.diui.nu.17.ff.de leg.j.ubi dicto, & præsupposito totū contrariū vult: asserens patrem non posse alienare suum vsumfructum,per tex.quem non insubtiliter expendit,in l.cū oportet.§.non autem,uersi.& si quid:infrà titu.j.ubi tex. patri permittit alienare ea,quæ sibi accrescunt ex fructibus, quasi non ipsum usumfructū. & tunc subdit,patre alienāte usumfructū, statim eū cōsoli dari cum proprietate, sicut in usufructu cōi.per.§.finitur, quē allegat.Inst.de usufru. & sic uidetur ex diametro Alberico aduersari:uterque tamen in hoc æquiparat usumfructum patris,& aliorū. Alber.ut pater aliusq; fructuarius alienare possit.Loaz. ut neuter eorum possit,& cū ipsi pugnare uideantur,vtrumq; refert , & sequitur cū distinctione Couas Ruu.d.c.n.7.Eandē æquiparationē usus fructus paterni & aliorum probat Alber.in l.in uenditione. ff.de bon.author.iud.poss.nu.1.In hoc multa aduerterenda sunt.in quibus scriben.non sine incōmodo reip.lapsi videntur.Et primò cauendum est ab Alber.quatenus uidetur admittere alienationem totius paterni usus fructus: licet.n.cōmoditas, uel ius usus fructus à patre alienari posset,nō tamē transferri potest in aliam personā qualitas legitimi administratoris,quā pater habet: cū personalis sit, nec lex eam alteri tribuat.vt notissimum est, & suadetur ex reg.l. quia tale.ff.solu.matri. & ex uerbis tex. in l.per procuratorem.lxxxix.ff.de acqui.hære.ibi, *mutatione personæ,castrensia esse desierunt*:nec contrariū huius dixisset Alber.vir doctissimus. Magis tamē ab eodē Alber. cauendū est,dum eius uerba sonant: patre alienante rem aduentitiam filij , ualere alienationē quo ad usumfructum ipsius patris,quasi filius non possit,tunc rē uendicare. Hoc enim periculosum est : ut constat ex his, quæ diximus suprà,in ii.parte,& tractamus inferius n.74.contrariumque ut receptum scribit Couas Ruu.d.cap.nume.6.uersicu. nam si venditio. Nec minus cauendum est ab Albe.& alijs quos citat Couas Ruu.d. numero 7. dum tradunt simpliciter: patre

patre uel alio fructuario tam uendente, censeri, tantum ab eo uendi,& ab emptore emi ius,quod uendens habet: & sic ipsum usumfructum tantũ,uel eius cõmoditatem.Id enim uerum non est,pluresq; decipere posset: qui enim à patre, vel fructuario rẽ aliquã emit, iustè & uerisimiliter ignorare censetur,ꝙ venditor nõ habeat in ea,nisi usumfructum:cùm emptor totam rẽ emere intendat,eamq; liberè & plenè sibi uendi putet l.in uenditione xlii.ff. de action.empt.gl.in l.ex his prædijs.C.de euictio.Nec obstat d.l.qui tabernas,ab Alberi.hic,& à multis alibi non benè adducta:loquitur enim tex.apertè de tabernis sitis in loco publico, quarũ proprietas ratione soli,cui ædificium cedit,ipsius Reip.est, priuatorum usus tantùm:ut ibi tex.habet.Quapropter si emptor eiusdẽ loci notitiã habebat, satis admonitus cẽsetur ex qualitate rei,& tunc uẽditor ius tantùm,quod habet,alienare uidetur:alias oporteret uenditorẽ apertè admonere emptorem de quacunque qualitate minuẽte ius rei,quæ uẽditur.Et ita ad eandem l.qui tabernas, meliùs sentit Bal.in Rub.C.de contrahen.emp. nu.6.Pau.in l.serui electione.§.fi.n.2.ff.de leg.j.& ibi Areti.col.j.& alij, quod benè probat Ias.in l.fi.num.lxxxvi. C.de iure emphyteo. & ita resoluenda sunt,quæ inuoluit Gozad.consi.xxiiii.nume.7.& addi possent, quæ diximus suprà in j.parte Rub.ad l.cum tabernam.ff.de pigno. Sed
38 iam radicem huius difficultatis petamus quæ pendet ex cognitione uerioris sententiæ, circa alienationem usus-fructus:in qua scriben.mirè uariãt,tam ex professo, quàm latenter: ꝙ proximè dixi non esse sine detrimento Reip. cum quęstio sit quotidiana, ideoque magis animaduertenda: quam hic exactè pro uirili examinare intendo. Constat autem ex superiori relatione,Alberi.quasi indubitatum præsupponere, quemlibet fructuarium posse iure distrahere suum vsumfructum, atq; id,quod habet in alium transferre, non expectato consensu proprietarij: nec ex tali alienatione vsumfructum ad proprietatẽ reuerti. Cuius contrariũ quasi indubitatum etiã præsupponit Loaz. vbi suprà per d.§.finitur: Et sic vides iura vt expressa ad duo contraria,& pugnantia allegari.Scilicet.§.finitur,con

tra

tra fructuarium: ne alienare possit, & alienando perdat vsumfructum l. arboribus, pro fructuario: ut alienare possit, nec usus fructus amittatur: qua in re alia iura citari possunt, quæ eodem modo pugnare videntur: nam I. C. in l. venditione, & in prin. ff. de bo. author. iudic. pos. & clarius, in l. cui vsusfr. lxxiiij. ff. de vsufr. habet, vsumfructum alienari posse: ꝙ autem vsusfructus alienari nequeat, magis vrget litera tex. in l. si vsusfructus. lxxvj. vel lxvj. ff. de iure doti. de qua statim: & illa, cum d. §. finitur: adducitur ab iis, qui tenent fructuarium non posse usumfructum alienare: pro quibus etiam potest adduci tex. qui allegari nō solet, in l. noua C. de usufructua. hæc de iuribus: nunc de Doctor. Gloss. in dicto §. finitur, uerbo cedendo apertè vult, quòd si usufructuarius alienet suum usumfructum, nec exprimat se alienare commoditatem seu facultatem percipiendi fructus, alienatio non tenebit, & insuper usufructus amittetur, & cum proprietate consolidabitur, & ita glo. in d. l. si usufructus & originaliter id uoluit Azon. in summa. C. de vsufructu. nume. 20. idemque uidetur probare Alberic. sibi contrarius in d. l. in uenditione, in fine, citans dictum §. finitur idem securè vt indubitatum tradit Pau. in l. iiij. ff. de nouat. ad finem: idem Paul. in l. qui Romæ. §. duo fratres, col. ij. nu. 4. in fine ff. de uerborum obligat. per dictum §. finitur. & ibi Alex. col. pen. & fin. per dictam l. si usufructus, idem ut receptissimum probat Ias. in d. §. duo fratres, nu. 80. c. fi. & Rip. nu. 88. idem ut receptum & indubitatum tradit Soci. consi. 10. nume. 13. lib. j. Corn. consi. ccxviij. in fi. li. iij. & Loaz. & in d. §. diui. nu. 17. & Couas Ruu. vbi suprà: idemq; non obscurè probāt Doc. proximè allegandi, tenentes aliam conclusionem mitiorem: cùm hac tamen quòd alienatio usufructus non ualeat: item quòd ex ea poterit usufructus ad proprietatē reuerti, & ita Fab. & plures in dicto §. finitur, nume. 1. & denique hoc ab omnibus receptum asserit nouissimè Antoni. Gomet. in tomo, de contract. cap. xv. nume. 15. idque etiam magis asserit in comment. ad l. lxx. Tauri. nume. 33. & tanquàm sine dubio id ab omnibus probatū tradit Cardin. Paris. consil. 71. nume. 3. lib. ij. Alij distingunt, dicen-

res, quòd ususfructus non potest alienari, nec eius alienatio prædicta pœna carere: poterit autem licitè alienari cómoditas eiusdem usufructus, tanquàm diuersa ab ipso usufructu: quod inter alia probat glos. in dictis locis: Bald. in l. res quarum C. de iur. doti. & Barto. in d. l. in uenditione, & in l. interest. C. de usufruct. Barto. & Alexã. in l. cum Titio ff. ad l. Falcid. quod receptissimum fatentur Couas Ruu. & Gome. ubi suprà: & Fabia. in trac. de empt. & uéd. q. xxj. nume. 53. sub. iiii. quæst. principali: & comprobatur ex multis, quæ Docto. tradunt in uarijs locis, distinguentes inter ius, & commoditatem: ut tradit Pala. in rep. c. per uestras. §. xxxviij. & Tiraq. de retrac. lignagier. §. j. glo. vij. ex, num. 46. & Afflict. lib. iij. const. Rubr. v. num. 19. & Ias. in l. cum filio, ex nume. 157. ff. de leg. j. quod plenius tradimus in auth. idem est, infrà tit. j. & in hoc nemo discrepat. Alij autem ex proximis conclusionibus aliam mitiorem colligunt: vt scilicet fructuarius alienans usumfructũ, intelligatur in dubio alienare commoditatem: ad quod citatur Bal. in l. j. C. si res pig. dat. sit. cuius litera *ibi corrupta* est, id tñ ab eo colligit, & commendat Socin. *consl. lxvj. nu.* 7. lib. iij. Curt. iun. consi. cxlij. col. pen. 15. Aymo. Crauet. consi. lij. nu. 5. idem latiùs consil. ccxxij. nume. 8. & sequen. idque dicunt hi patres tenendum, vt actus sustineatur, & pœna uitetur, & ultra eos idem probat Aretin. in l. filius à patre, colum. v. post princip. ff. de libe. & posthum. & idem vult Bal. ab eis non relatus, in l. necessario §. fi. versi. & aduerte. ff. de pericu. & commo. rei uendi. ibi, *verba sic interpretanda sunt*: & in simili idem notat Imol. in l. usufructu. num. 2. in fine. ff. soluto matrimonio. & sic isti etiam fatentur, fructuarium non posse alienare usumfructum, fatenturque pœnam illam amissionis, & consolidationis, & ad eam uitandam. Interpretantur alienatam censeri solam
39 commoditatem. Ego credo grauissimos doctissimosque viros cum gl. in multis & ferè in omnibus tãgentibus húc articulum, sæpiùs lapsos fuisse: Igitur ad conciliationem
¶ legum, de quibus suprà, asserimus primò contra gl. & communem opinionem verius scripsisse Fran. Baldui. in d. §. finitur (licet in specie neminem citet) ꝗ usufructuarius impunè

impunè poteſt alienare ius ſuum, verè enim nihil aliud dicit tex.in d.l.arboribus.§.uſufructuarius.ff.de uſufru. ibi, *frui vel vendere*:& ibi, *ſi concedat vel donet* : ita ibi apertiſſimè Vlpia.nec minùs apertè Martianus I.C.in l. nō utitur xxxviij.& Caius,in l.ſeq. ff. eod. breuius autem,ſed apertius id probat I.C.Iulianus in dicta l.cui uſusfructus.dum dicit in hæc uerba, *cui vſusfructus legatus eſt,etiam inuito hærede eum extraneo vendere poteſt* : Ergo qua fronte ſuſtineri poterit communis Docto.traditio ex diametro contraria illis legibus, quæ fructuario alienationem permittunt: Docto.aūt eam non ſolum negant, ſed pœnas adijciunt. Nec ſuperſtitioſi dicant, hæc iura intelligi de alienatione commoditatis,non uſusfructus:quod glo. & communiter Doctor. pueriliter comminiſcuntur retinentes errorem ſuum:quo alienationem fructuario iure permiſſam interdicunt,fateor enim ex iuris ſubtilitate, & utilitatis cauſa aliquando differentiam conſtitui inter uſumfructum, & commoditatem,aliudq́; eſſe ius uſusfructus,aliud facultatem fructus percipiendi.Sed qui hūc articulum, de quo agimus,cum iudicio expenderit,manifeſtè intelliget inanem eſſe interpretationem gl.& Doct. ad prædicta iura, quia ſi uerum eſſet,quod ipſi tradunt pro regula,uſumfructuarium non poſſe alienare uſumfructum, & alienando eum amittere,& cū proprietate conſolidari:non dicerent iura(quod dicunt)uſufructuariū ius ſuum alienare poſſe, non .n. quis poſſe dicitur, quod ſine pœna facere nequit: vulg.l.nepos Proculo,argu.à fortiori.ff.de uerb.ſign.item
¶ ſi iura dicerent id,quod Doct.putant, redderentur inania & fruſtratoria,quia nunquàm uerificarentur, quod patet ex dictis glo.& Doctor.tradentium(vt retulimus)ceſſare pœnam,ſi alienetur commoditas,& ita eſſe intelligendū, ut actus ualeat,& pœna ceſſet: & ſic nunquàm haberet locum prohibitio & pœna,quam ipſi fingunt contra fructuarium, quod magis euincitur: quia prædicta tria iura clariſſima,& dicta l.in uenditione.ff.de bon.auth.iudi. poſſidend. permittunt alienationem uſusfructus per uerba, quibus de commoditate nulla mentio fiat, ſed de ipſo vſufructu:.& ſic non licet amplius tam expreſſa iura cauillari.

lari. Possetque contra Doct. vulgaris eorum argumentatio retorqueri: ne lex verbis non rebus imposita censeatur: contra l.ij.C. communia de leg. quid enim referebat, fructuario interdici alienationem per verbũ usus fructus: eandemq; ei concedi per uerbum commoditatis: certè nihil, effectum enim in iure, non nomina sequi docemur. l. si vno. ff. loca. l. non codicillum. C. de testam. cum quampluribus quæ omittimus. Item lapsus Doc. euidenter conuincitur: quia si talis prohibitio uera esset, & iura eam pœnã imponerent fructuario, non posset quidem uitari, ea fictitia æquitate, quam Doct. considerant: cum fructuarius alienando, directo faceret contra legem: qua mitiores esse non possumus, vt ait Imperator, probatq; I C. in l. prospexit. ff. qui & à quibus. namq; & in pœnabilibus, uerba iuxta eorum proprietatem sine restrictione intelligũtur l. cũ lege xxvj. & ibi Are. ff. de testam. imò verba legis pœnalis extenduntur: ne prohibitioni fraus fiat: vtq; pœna per obliquum non euitetur. l. j. §. fi. cum l. seq. ff. de calum. elegan ter Fely. in c. Rodulphus col. iij. de rescr. Ias. in l. talis scriptura. nu. 21. ff. de leg. j. & in l. j. ij. lect. ad finem. ff. sol. mat. Crot. in l. omnes populi. nu. 177. & alibi sæpe scrib. est tex. optimus in l. fi. C. si manci. ita ueneat ne prosti. hæc ueritas euincitur ulterius contra Doct. ex quadam eorum tra ditione (quam modò non examino) ipsi. n. dicunt, quod si usufructuarius non usumfructum, sed rem ipsam totam di strahat, non consolidabitur usus fructus cum proprietate nec erit locus prohibitioni, quam ipsi intelligunt scriptã contra fructuarium: quod probant, quia tunc fructuarius nihil aliud facit, quam vẽdere rem alienam: quod de iure valet. l. rem alienã. ff. de contrah. emp. & ita limitant. d. l. si vsus fructus ff. de iure do. & d. §. finitur: retenta eorũ interpretatione, ita Bal. in l. res quarũ. C. de iure dot. & tanquã receptũ tradit Hispanus Couas Ru. d. loco nu. 7. si ergo talis pœna non irrogatur usufructuario alienanti totam rẽ, & sic plus quàm in ea habet, minùs quidem puniri debet alienando quod habet, s. vsumfructum: hoc enim actu cessat mala fides, at in alienante alienũ, fraus negari non potest, facit l. fi. C. vnde vi. ibi, *quod suum non est*. Probata autẽ

satis

satis hac uera sententia contra gl.& Doct. respondendum est ad iura, quibus gl.& scrib. mouebantur: non obstat igitur tex. in d.§. finitur: Instit. de vsufruct. quem Alber. Barto. malè citant in d.l. in venditione: & Bald. in d. l. res quarum: & Pau. in d.§. duo fratres, & in d.l. iiij. ff. de nouat. & Loaz. in d.§. diui. & quam plures scrib. in aliis locis. Nam ille tex. magis probat contrarium: cũ dicit, *item finitur vsus fructus, si domino proprietatis ab vsufructuario cedatur, nam cedendo extraneo nihil agitur*: ex iis. n. verbis patet, tex. ibi agere de consolidatione, quæ fit, cum usus fructus proprietati accedit: ut in uersi. seq. eiusdem §. ibi, *velècontrario si vsus fructuarius proprietatem acquisierit*. Si autẽ extraneo cedat nõ punit tex. fructuarium, sed dicit actũ non valere: quod inferius explicabimus: & ideo glo. ibi, & in d.l. si usus fructus, fatetur, ex illo §. non probari suam communemque opinionem: quod etiam bene videtur sensisse Areti. in d.§. duo fratres nu. 29. Nec obstat tex. (qui magis urgere uidebatur) in d.l. si vsusfructus. lxvj. vel lxvij. ff. de iur. do. cuius uerba colorem præstarunt ad excusandos scriben. dum I.C. ibi inquit, *cedi non posse, nisi domino proprietatis: & si extraneo cedatur, id est ei qui proprietatem non habebat, nihil ad eum transire: sed ad dominum proprietatis reuersurum*. Sed cum leges superius adductæ, expressim permittãt usufructuario alienationem sui vsusfructus, necessum est, vt d.l. si usus fructus, intelligatur secundum alias de materia magis ex professo agentes, & dicamus, quod I.C. in d.l. principaliter ostendere intẽdit, cessioné à fructuario factã non nocere proprietario: nec impedire, quin usus fructus ad proprietariũ reuertatur: sed ea reuersio non erit statim, sed suo tpe, mortuo. s. vsufructuario, vel alijs modis legitimis. Nec nouum est, ut uerba alicuius l. intelligãtur ex aliis magis ex professo agentibus de materia. argu. l. diui. ibi *plenius tractaremus*. ff. de iure patr. facit vulgaris regu. l. unicæ. C. de inoff. dot. c. cũ expediat, de elec. in vj. & licet Doct. nõ aduertant, ita uariádo uidetur concludere gl. sibi contraria, in d.l. arboribus, uerbo *vel donet*. ad finem. ibi *posset etiam*. Restat tamẽ scrupulus ex d. l. si vsusfructus in illis uerbis *nihil ad eum transire*. Sed statim satisfaciam simul cum re-

 sponsione

ſponſione ad ſimilia verba.d.§.finitur.& l.ix. C.de vſufru.
Ita enim ratio ordinis poſtulat, & vt hæc res magis enu-
40 cleetur. Quamuis aũt prædicta iura permittant fructua-
rio alienare ſuum vſumfructum : non obſcurè ſignificant,
ita eum tranſire vt duraturus erat apud fructuarium ce-
dentẽ: id enim ſuadet iuris reg.ne plus iuris quis transfe-
rat,quàm habet,& hoc ſentit I.C.in l.ſi legatũ.iiii.ff.quib.
¶ mod.vſusfr.amitt.& ibi Fulg.notat dicens, ꝙ longo tem-
pore dubitauerat: quod colligitur ex eo text.quia ſpecia-
liter vult vſumfructum durare, & cẽſeri ex perſona ſecun
di,quia ad eum à primo legatario fuit tranſlatũ ex volun-
tate domini, ſeu teſtatoris, & ita I.C.in l.ſi quis vſumfru-
ctũ.xix.ff.de vſufructu leg.Idẽ ſuadetur ex reg.& deciſio-
ne text.in l.lex vectigali, ff.de pign. apertè probat text.in
c.nuper.de donat.inter vir.& vxo.qui ad hoc à noſtris ad-
duci non ſolet.ad idem facit text.in hoc articulo celebris
in d.l.neceſſariò.viii. §.fin.ff.de peri. & commod.rei vend.
quẽ notat & declarãt Pau. in l.ſi domina, C.de vſufructu.
idem Pau.in l.cotem,§.fi.col.ij.verſ.primus caſus,ff.de pu
blic.& vectig.poſt Bart.ibi: & Iaſ.in d.l.cum filio,nu.157.
ff.de leg.primo.notabat etiã(ſed non benè)Aret.in d.l.fi-
lius à patre, vt ſuprà. Ex hoc neceſſariò intelliguntur di-
cta iura probantia, quòd vſufructuarius alienare poteſt
ſuum vſumfructum, vt ſcilicèt non plus transferat quàm
ipſe habet: nec vuſusfructus amplius extet penes eum,in
quem fructuarius alienat, quam extaret penes alienan-
tem, & hoc volunt omnes ſcriben.in locis allegatis. Inde
ſecunda infertur reſponſio & intellectus ad verba d.§.fi-
nitur,& d.l.ſi vſusfructus : dum habent,nihil transferri in
eum,in quem vſufructuarius alienat: quia intelliguntur
quo ad effectum cõſtituendi in eo nouum vſumfructum;
qui ex perſona eius durare & cẽſeri debeat : verum enim
eſt, quod ex perſona primi fructuarij attendi debet ius &
vita(vt ita loquar)ipſius vſusfructus:nec alienatio in hoc
nocerè debet proprietario,quod principaliter ea iura re-
ſpiciunt : & ad id refertur talis nullitas, vt alibi in ſimili
intelligebat Bald.in l.ea lege.v.oppoſ. num.4.in fin.C.de
conditionibus ob cauſam.& ibi Saly.Inde ſimul iii. debet
intel-

intelligi, quod inquit text.in d.l.jx. C.de vsufructu.& est necessaria interpretatio ex dictis legibus, quibus aliàs ea l.ex diametro aduersaretur: vt scilicèt dicatur ibi, vsumfructum in aliam personam alienari non posse, quia effectus & tempus quo vsusfructus durare debet non attenditur, nisi ex persona fructuarij alienantis, & ita negociū & ius manet, ac si alienatio non fieret. Inde infertur iiii. contra gl.& Doct. quòd vsufructuarius quibuscunq; verbis alienans suum vsumfructum, siue nomine vsusfructus, siue commoditatis, non amittat vsumfructum: nec consolidetur cum proprietate: nec alienatio sit inualida. Et ita amplientur & intelligantur d. l. arboribus, & dicta legis cui vsusfructus, ff.de vsufructu. Infertur etiam v.uerus sensus ad d. §. finitur: vbi text. non posuit talem pœnam vsufructuario alienanti, cum ibi ex professò agatur de explicando, quibus modis vsusfructus finiatur: similiter apparet cur id non fuerit scriptum in tit. ff. quibus modis vsusfructus amittatur. quia scilicet nō erat iuridicum: nec iura illa id omisissent, si iuris fuisset, non enim omitti solent, nec debent, quæ notabilia sunt. l.item apud Labeonem.xv.§.ait prætor, ff.de iniuri.ver.*ea enim*.nec Doct.debuerunt pœnam addere, vbi expressim & apertè ius eam non irrogabat, secundum gl.c.fi.de iur.pat.& text.notab. in l.at si quis, §.diuus, ff.de relig.& sumpt.fun.cum multis quę omitto. Inde infertur.vj.non esse verum, quod Bald. & alij vbi supra dicebant, mitius agi cum vsufructuario alienante rē totam, quàm cum eo alienante solum vsumfructum, quod erat absurdum, vt probaui. Infertur.vii. inanem esse illam æquitatem, qua nonnulli supra relati fingebant, fructuarium releuandum à pœna alienationis sui vsusfructus, intelligendo, quod videatur tantum alienare cōmoditatem: par enim ratio & par effectus est hoc casu, siue alienetur vsusfructus, siue commoditas, vt probauimus, licèt quod alia differant, vt suprà. Infertur.viii. verus intellectus ad text.(quo nostra hæc ualidè comprobantur) in d.c.nuper à nobis, de donat.inter uir.& uxor. (vbi Panor. & Præpos. & alii non satis expendunt vim illius responsi) ibi enim data erat terra viro ad fruendum

 in vita,

in uita, & sic constitutus fuit vsusfructus:uir autem eá terram uxori dedit:respondet tex.eam concessionem in vxorem factam ualere:& durare tantum in uita mariti, eoq; mortuo terram reuersuram ad proprietarium. Vides ibi virum vsufructuarium potuisse ius suum transferre in aliũ: sed usumfructum tãdiu durare penes cessionariũ,quandiu durare debuit penes cedentem: & sic potest ille tex.citari simul cum.d.l.ex uectigali, & notari ad dictum paragraphum fina.l.necessario:simulque inde confundi illã inanem distinctionem Doct.distinguẽtiam per qua verba fructuarius cedat suum ius. Infertur ix.contra Loaz. ubi suprà ad peculiarem tractatũ huius.l.circa patrem alienantem suum vsumfructum,ut alienatio ualeat, nec vsusfructus consolidetur cum proprietate: licèt doctis. Couas Ruu.hoc non satis explicet. Et hinc tollitur restrictio & argu.Loaz.ad tex.in dicta lege cum oportet. §.non auté, qui ex his ampliatur,ut pater alienare possit usumfructũ, non tantum quod ex fructibus acquirit. Infertur,& necessariò ex dictis iuribus.ff.de usuf. differentia inter vsumfructum & emphiteosim. Hæc enim(ut est notissimum)distrahi non potest sine licentia domini directi.l. fina.C.de iur. emph.& ratio differentię potest considerari,quia fructuarius omnes fructus percipit,& durante suo vsufructu non recognoscit dominum,cũ n emphyteosi diuersum sit: aliã rationem differentiæ tradit Saly.in dicta l.fi. vbi Iason.refert.num.106.Sed c.l.nuper,& d.§.fin.l.necessario, & recepta opinio,quæ benè habet usumfructum finiri tunc ex persona fructuarij cedentis, intelliguntur necessariò ex lege quarta,& ibi notant Bar.& Pau.ff.de nouatio.nisi proprietarius concedat , ut vsusfructus alienetur:tunc enim alius nouus usufructus constituitur in eo,in quem alienatur : & cõsequẽter nõ finitur mortuo primo fructuario: sed durat ex persona secundi:in quem alienatur. Et æquè procedit secundũ eos in usufructu iam constituto , siue in eo qui nondum traditus erat: sed tantum competebat actio ad eum primo cedenti,& ita Fab.& Ang.in dicto paragrapho finitur,contra glo.ibi malè distinguentem inter vsumfructum & actionem, immò subtilius expendatur d.

l.iiii.

l.iiii.probabit, quæ suprà deduximus.Ideò enim ibi consensus domini in cessione usufructus operatur, ut cessionarius fiat uerè usufructuarius,& usufructus duret ad uitam eiusdem,non cedentis:quia quoad translationem cōmoditatis,utque usufructus durare deberet ad uitam cędentis,non erat necessarius consensus proprietarij, secundum ea quæ ex dictis iuribus uerè deduximus: facit trita reg.l.si quando cxij. secundū Bart. & cōem allegationem. ff.de leg.j. & sic potest esse xj. illatio. Ex eiusdem iuribus & alijs suprà adductis infertur xii. quæ dicta sunt de alienatione usufructus, procedere tam in uenditione, quàm in donatione,& sic tam ex causa onerosa,quàm lucratiua, ut patet ex d.l. arboribus, ibi, *vendere uel concedere*: & ibi, *uel donet*:& in omnibus par ratio est:ex quo sequitur nulla tenùs tenendam esse futilem distinctionem glo. in d.l. arboribus, & in d.l.si usufructus, quæ distinguebat inter concessionē & cessionē(mirāda nouitas)& putabat gl.admittendā concessionē,non cessionē: Et huic ineptæ distinctioni subscripserunt Angel.in d.l.arboribus: Fulg.& Iacobi.in d.l.si usufructus.Ad hoc autem confugerat gl. ob iura quibus uidebat fructuario permitti concessionem,ut ita euaderet difficultatem,qua premebatur ex d.l.si vsusfructus,negante cessionē: quæ iura aliter conciliantur vt supr. Nec talis distinctio gl.erat probabilis,cum idē sit in effectu cedere,quod concedere, nā cessio aut erat ex causa onerosa,& censetur uenditio:aut ex causa lucratiua,& censeretur donatio, iuxta notata in lege per diuersas.C. mandati.& sic de cessione etiā loquitur necessario.d.l. arboribus,cum similibus suprà citatis: & uerbū alienationis omnia ea comprædendit,iuxta.l fi.C.de rebus alienis non alien.quod uidetur magis de mente scribentiū cōiter,licèt nō reprobēt specificè illam distinctionē uel differentiam gl.inter cessionem,& concessionem.Ex prędictis ad dictā legem quartam.ff.de noua.xiii.infertur cauendum forè à Baldui.qui circa eam incautè labitur in d. paragrapho finitur. tradens eum qui habet actionem ad usumfructum, posse eam transferre in alium. ita ut faciat illum uerum usufructuarium:utque duret vsusfructus in uita eiusdem, non

non cedentis:hoc enim absurdum esset, & cõtra iuris principia, ut probat Bartol.quem alij benè sequuntur in d.lege iiii.Fab.& alij in d.§.finitur:idque ostenditur, quia habens actionem ad usumfructum cederet eam alij,qui uerisimiliter longiùs uiuere speraretur,quod esset in fraudẽ proprietarij:item esset iniquum,vt quis inuitus cogeretur alium habere fructuarium. quod iura non admittunt.aperteque id cõfutatur per tex.in d.c.nuper. & reg.d.l. lex vectigali: & tãdem iuris ratio non patiebatur: ut habens actionẽ solã plus posse transferre quàm habens vsumfructũ iam constitutũ,contra l.minus ccv.ff.de reg. iur. quod inuoluit Imol.(nisi litera corrupta sit)in d.l.iiii.ad finẽ,ff. de nouatio.Ex eisdẽ infertur xiiii.ꝙ is,in quẽ vsufructuarius transfert,uel cedit usumfructũ uel cõmoditatẽ nõ teneatur cauere proprietario:nec in eo militet reg.l.i.ff.vsufru.quẽ ad.cau.ut inquit Hispa.Anto.Gom.d.c.xv.nu.15. in fin.in tomo de cõtract. sed prius Bal.(quẽ non allegat) in d.§.fi.l.necessario.Tandem & xv.inferunt aliqui, & specificè infert Hispan.Anto.d.loco, uersi.secundus effectus, quod is in quem usufructuarius transfert ius suum,nõ habebit ullum remediũ possessorium:quia cum nõ sit usufructuarius,non possidet. Sed hoc indistinctè dictum periculosum:est nec omnino uerum,nam & detinẽti rem ex causa iusta,nec verè possidẽti, datur remedium possessorium, si spolietur uel turbetur iniuste: ut probat tex.in l. Aquilius ff.de dona.implorato iudicis officio,ut in illo tex.ibi, *quòd si expulsus ad iudicem ueniat;ad exemplum interdicti,quod fructuario proponitur, defendendus erit*: & ibi benè notat Pau. Castr.idẽ notabiliter in l. manifestissimi.§.sed cũ secundam,C.de fur.Bar.in l.rem quæ nobis, nu.1.ff.de acq. pos.benè Pano.in c.cõtingit,col.fi.de dol.& contu.Cæpol. de seruit.urba.c.ii.nu.12.ad finem.Dec.ad illam.l. consil. ccclv. Et in materia remedij possessorij benè id tradit idẽ Hispanus in commẽt.l.Tauri.xlv. nu.12. ex quibus cõstat articulus à scriben.hucusque non explicatus:simulque habetur uerus sensus multorum iurium contra gl. & Docto.
41 Hæc lex,ut suprà,ad restringendam potestatem patris in aduentitijs:negat ei alienandi potestatem:& sic docemur

minus

minus iuris habere eum, cui alienatio interdicitur (quod patet ad sensum) Vndè ex hoc & ex dictis in superiori articulo infertur ad ea, quæ Docto. hucusque scripta relinquerunt, per l. Proculus, ff. de usuf. quem tex. putant omnes decidere expressim: quòd si testator legat usumfructũ domus, cum onere, ne legatarius altiùs tollat: uel legat aliam rem cum onere: ut legatarius in ea constituat seruitutem alteri, tunc per vsumfructum intelligi proprietatem, & ita Bart. Bal. & Alber. Ang. Fulg. ibi, extollentes eam l. & ita etiam Barto. in l. ex hac, nu. 3. ff. de donat. Cuma. in d. l. donationes. §. species. n. 4. ff. eod. & ibi Roma. & ita Alex. in l. si constante, nu. 2. ff. soluto matrimo. Alci. in l. rectè dicimus. ff. de uerborum sign. Claud. Marme. in §. nihil commune, col. xj. nu. 48. Iaso. in l. si mihi & tibi. §. in legatis j. lect. nu. 10. ff. de leg. j. Galiau. in l. Centurio. nu. 465. ff. de vulg. & ita prædicti Doct. & alij consulendo responderunt, ut proximè referemus: eumque sensum probat gl. ibi, & in d. §. species. l. donationes. nihilque receptius est apud scriben. & ad hoc eam extollunt Bal. & Fulg. ibi: dicitque mirabilem Cuma. d. §. species, nu. iiii. & alij infra. Cum autem gl. & Doct. id decisum putent in d. l. Proculus, pro rationis colore dicunt id procedere ex eo, quia de iure vsufructuarius non potest altiùs tollere, nec rem alienare, iuxta l. vsufructuarius j. & ii. & l. nisi. ff. de vsufru. l. interest. C. eo. Quia propter aiunt, necessum nõ esse, interdicere vsufructuario, ne altiùs tollat, nec in eo adaptari constitutionem seruitutis: unde colligunt, ne uerba testatoris sine effectu maneant, intelligendũ fore: quod nomine vsusfructus legare uoluit proprietatẽ, in qua cõgruit cõstitutio seruitutis, quæ à plenè domino, non à fructuario cõstitui potest. Hoc est, quod pro ratione illius putatiuæ seu imaginariæ decisionis gl. & doct. afferunt. Et inde quasi necessarium consequens infert Bal. in d. l. Proculus, & extollunt omnes: si quis leget vsumfructũ, eo adiecto, ne legatarius rem alienet, censeri legatã proprietatẽ: quia in simplici vsufructu superflua esset ea prohibitio. per suprà dicta: idemq; probant & extollunt Ang. & Fulg. ibi: Alex. & Ias. vbi suprà Marme. in d. loco: Brunus in tract. de dimi-

nu. vj.

nu.vi.cõclu.n.15.Cuma.in d.§.species.nu.4. & ita cũ Bal. respondetur in praxi Cuma. & Fulg. quorum consilia citantur à Ferrar.& Parıſ.ſtatim allegandis: & ita Picus, in §.Titia cum nuberet.nu.171.ff. de leg.ii. & Bauer.in rep. cũ filio.nu.48.ff.de leg.j. & ita ſecurè Mathæ.de Afflic.in prælud.feud.n.128.& ita Reminal.ſenior, & alij quos refert Riminal.iunior in princ. Inſti.de donat.nu.357.& Hiſpan.à Caſtello.l.x.Tauri.col.pen. & Tho. Ferrar.cautel. ii.colũ.j.Creme.notab.xxviii.Hippol.ſing.ccccclxi. & ita conſuluit vterq; Raph.vt ſuprà:& Corn.quẽ refert, & ſequitur Loaz.in rep.§.diui.nu.15.ita Soci.conſi.cxxxi.nu. 15.lib.j.Barb.conſ.lxiiii.col.fi.lib.ii.Curti.ſenior.conſi.lj. nu.23. idem conſuluit Card. Pariſ.cõſ.71.per totũ,li.ii.& Hieron.Grat.conſ.xxix.nu.13.lib.ii.idẽ tradit Bellon.cõſ. vi.nu.8.& nu.1.Curt.iun.cõſil.xiiii.col.j.Rom.conſi.ccvi. n.4. Cor.cõſ.lxiiii.n.2.li.iiii.& Caro. Ruyn.cõſ.xxix.n.3. lib.ii.& idẽ ſentit Deci.conſ.xli.nu.2.Apparet igitur rem hanc in uſu forenſi frequentiſſimam eſſe:ideoq; magis doleo,uidere hoc ſcriptũ à Doc. grauiſſimis,tã legẽdo quàm cõſulẽdo:cũ id longè iniquũ,iuri cõtrariũ,& reip. pernicio
42 ſum eſſe nõ dubitẽ. Vt autem apertè quod in hoc ueriſſimum puto,cõtra gl.& & omnes, ponenda ob oculos ſunt verba tex.in d.l.Proculus (quæ in aliquibus libris eſt.xix. in alijs xxiii.)& ita ſe habẽt, *Proculus putat inſulã ita poſſe legari vt ei ſeruitus imponatur, quæ alteri inſulæ hæreditariæ debeatur, hoc modo, ſi ille hæredi meo promiſerit, per ſe nõ fore, quò altiùs ea ædificia tollãtur, tum ei eorũ ædificiorũ vſumfructũ do, lego, vel ſic: ædium illarũ quoad altiùs, quã vti nunc ſunt, ædificatæ nõ erunt, illi vſumfructum do, lego*: nihil habet vlterius litera illius l.qua inſpecta nemo ex ea euincet, quod gl.& oẽs putant ibi deciſum. Nullũ enim verbũ ibi eſt quo I.C. ſignificet in ea ſpecie cõprehẽdi proprietatẽ. Et cũ abhinc quindecim annis in hac inclyta Academia Conimbricẽſi aliquando incideret allegatio illius l.mirabar tot viros grauiſſimos iuris vertices, tã iniq; tãq; abſurdè l.illã intellexiſſe, ꝙ nouiſſimè bene ſentit Conna.li.iiii.c.iii.ad fi.& pro hac ſentẽtia cõtra gl.& Doct.nõ ſunt neceſſariæ argumentationes.cum lex illa nullo modo probet cõem errorem:

rem: Doct.auté ingenuè fatentur ex iuris regulis contrarium esse dicendum,& Fulg.ibi inquit: se contrarium responsurũ lege illa nõ visa:ideoq; Bal.ibi eam l.miratur,& Cum.mirabilé appellat ind.§.species.Ego autem semper suspecta habeo hæc mirabilia Docto.contra quos(vt ipsi fatentur(sunt in hoc iuris regulæ,à quibus facilè recedẽn dũ non est: contra eos ét vrget cõsideratio ex verbis eiusdẽm l.& tit.quę vsumfructum,non proprietatẽ designant: Vrget magis alia consideratio:quia illa adiectio, vel onus seruitutis,uel iussus nõ ædificandi,uel nõ alienãdi, verba sunt manifestè adiecta,causa restringẽdi:ideoq; nõ debẽt augere legatũ: iuxta vnlgaré reg.l.legata inutiliter,ff.de leg.j.cum similib.facit etiam quia, si talem dispositionem consideres, uerè comperies ea verba adiecta in fauorem hæredis, uel proprietarij, contra legatarium uel alium, cui vsusfructus donatur, prohibitio enim ædificandi,vel alienandi non potest esse fauor, cum sit onus contrarium libertati,& potestati,quam quilibet dominus regulariter habet in re propria, ut patet ad sensum, & colligitur ex Bart.in definitione dominij, in l.si quis vi.§.differentia.ff. de acqu.poss.Ergo absurdum & iuri contrarium esset,verba adiecta fauore hæredis uel proprietarij, contra eos retorqueri: & ècontra adiecta contra legatarium, uel donatarium,in eorum fauorem intelligi:contra iuris regulas, & contra ea quæ tradit notanter Dec.cõsi.ccxxxii. nu.8.ad fi.Item contra glo.& Docto. facit decisi.I.C.in l. cum tale.lxxi.§.fin.ff.de condi.& demonst.ibi,*non plus asse quetur*,facit etiam à fortiori elegans responsum l.Titia.§. vlti.ff.de manu.test.ibi,*his verbis potius adimi,quàm dari*: facit etiã tex.facto.xix.ff.de hęred.instit.& tandem cum relicto usufructu simpliciter, non veniat proprietas,non est ¶ cur magis uenire debeat adiectis uerbis:ne res alienetur vel ne in ea ædificetur,per suprà dicta,& quia talia verba nec necessariò nec verosimiliter proprietatem dari significant,præcedens autem dispositio principalis,tantum cõcedit vsumfructum,& sic interpretari tunc cõcessam proprietaté,esset contra regulã.l.nõ aliter.ff.de leg.iii.l.interest.C.de solu.ibi,*tantum,quantum lectio probat in scriptura*: & l.j.

& l.j.§.si is qui nauem.ff.de exercit.ibi, *verbis seruire*.Nec obstat puerile motiuum gl.& scriben. dum arguebant: q in tali specie erat superflua prohibitio fructuario imposita, cum sine ea fructuarius non possit nouum opus facere, nec rem alienare, nisi volente proprietario: quod fundamentum ideo puerile appello, quia virili ætate indignú est: quis enim non videt quotidiè testatores & contrahentes ea in suis actibus adijcere, quę de iure inerant: ideo talé adiectioné censeri tm̃ appositam pro maiori declaratione ét in legibus ipsis? ut probat l.j.ver.ego puto.ff.de Edil.edic. nõ verò ad mutandã iurrs dispositioné, iuxta.l.iii.ff.de leg.j.l.nõ rectè.C.de fideiuss.l.qui mutuan.ff.mád. tex.notab.in l.si cõuenerit.xiiii.ff.pro Soci. Quis ét ignorat sæpius testatores & cõtrahentes esse iuris ignaros? vt inquit.I.C.in d.l.nõ aliter lxvii.§.j.ff. de leg.iii.quid mirú igitur, si relicto uel dato usufructu, testator vel donans iuris ignarus adijciat, ne fructuarius faciat in re aliquid à iure prohibitũ? Nõ est igitur inde colligendũ, plus concessum, quã uerba sonẽt. Quod magis probatur ex.l.quod in rerũ.xxiiii.§.j.ff.de lega.j.vbi relicto usufructu, non venit proprietas, ét si relictũ maneat inutile: (quod est fortius) Igitur talis adiectio, de qua in d.l.Proculus (licet de iure necessaria nõ sit) intelligi debet scripta, vel ad maioré declarationẽ, vel ex imperitia iuris, ut alibi dicit Papinianus, in l.qui fructus.xxv.ff.de vsufr.leg. Ex quibus euidenter conuincitur error gl.& cõis interpretationis. Quòd si aliquis curiosè nimis insistat quærens, quid nobis afferat decis.I.C.in d.l.Proculus, respõdebo cũ litera cui non est addendũ (contra iuris regulas) quod in ea nõ habetur: nec ét multũ curabo, si quis obijciat carere eã decisioné probabili ratione dubitãdi. Id enim frequẽtissimè in legibus pandectarũ & Cod.videmus.vt prudenter notat Bart.in l. vbicunq;:col.iiii.nu.10.vers.vltimò, ff.de interrog.acti.Et tandem potẽst dici voluisse forsan.I. C.ibi declarare, & limitare quod in multis ll.eiusdé tit.scribitur: vt scilicet ex iussu testatoris, & cõcedentis usumfructum, possit fructuarius, rei seruitutem imponere, cũ regulariter nequeat, ut superiùs in ii.parte latè deduximus, mihi autem satis ẽst

I. C.

I.C.nõ dicere,quod gl.& scrib.colligunt. Credo igitur neminem deinceps probaturũ,quod gl.& scriben.hucusq; ex ea lege colligebãt:& inferebant qua in re certissima ueritas nos coegit cõtra moré nostrũ aduersus scribẽtes liberius loqui.
43 Infertur ex his,uerius esse quod diximus,relicto usufructu cum onere,ut legatarius constituat seruituté in re,non ideò augeri relictum:nec cõpræhendi proprietaté:contra gl.& omnes.Infertur similiter cõtra Bal. & innumeros suprà citatos, relicto usufructu cum prohibitione,ne legatarius ré alienet, non uenire proprietaté, quod aliquando tentauerat fragiliter Roman.in d.§.species,sequẽs tamen cõem erroré ad d.l.Proculus.Ex prędictis infertur etiam cessare iniquã illam cautelã,& Christiano homini execrabilem:qua aliqui in hoc articulo scribunt, posse à testatore extorqueri proprietaté rei contra eius mentem,ut tradebat Thom.Ferr.d.caute.ii.Quid enim iniquius,quam uolenti legare solum usumfructũ imponere:ut adijciat illa verba,ne legatarius ædificet,uel ꝙ seruitutem constituat,uel ne rem alienet:quæ omnia testator rectè potuit sentire,magis esse contra legatarium, quã ut ex his uerbis colligatur legatũ proprietatis?Quod absurdum, & iniquum resultans necessariò ex traditione gl.& scriben.sufficit ad iustificãdam nostram sententiam. Ex his etiã cessat aliud absurdũ:quod Doct. admittebant in sua erronea interpretatione, & quo non immeritò laborabant Bal.Ange.Fulg.in d.l.Proculus, putantes ex ea lege, verba conditionalia ibi disponere, & inducta ad unum effectum,operari cõtrarium, aduersus iuris regulas: quo etiam laborant Barto.Cuma. & alij in dicta l.donationes.§.species,& Galiau.in l.centurio.n.456.qui aliqua friuola cõminiscuntur,contra stimulum calcitrantes. Infertur etiam ad id quod tradit Barb. d.consil.lxiiii. col. fi. dicens: quòd si testator legat usumfructum, & permittit: ut legatarius possit bona distrahere,tunc censeatur legata proprietas arguendo à fortiori ex d.l.Proculus, & Bal. ibi: secundum communem intellectum. Quod tamen improbat Socin.d.consil. cxxxj. num.15.libro primo, dicens Barbat. more suo paralogisare, & retorquens præpo-

stera

¶ stera subtilitate dicta Bal.& aliorum.Ego aduerto vtrumque niti falso fundamento, (nempè ex communi intellectu d.l.Proculus, quem probauimus sustineri non posse.) Aduerto etiam minus iniquam esse opinionem Barba.in suis terminis.Si enim maturè cõsideres, comperies: ex ea adiectione(vt legatarius alienare possit)verò similius posse præsumi,quòd testator legat proprietatem:cum ea potestas non conueniat fructuario. Quo casu, ex qualitate à disponéte expressa recedi potest à uerbis,iuxta l.si vno xviii.ff.locati:& l.vbi ita.ff.de don.causa mor. cum multis alijs.At in casu d.l.Proculus , & in his quæ Docto.cõiter colligunt & inferunt:(quę nos reprobamus)adiectio minuit & restringit legatum:Ideoq; absurdum esset ex talibus verbis relictum ampliare,atq; ita non absurde Barbar.à maiori arguere potuit.Nec omitto,quòd Cum.cõs. cxxi.idẽ consuluit ante Barbat.& ita arguit à fortiori.nu. 3.cuius nec Soci.nec Barba.meminerunt.Et hoc sequitur Cardi.Paris.d.cons.lxxi.num.3.qui cum eis concludit,relicto usufructu cũ potestate,ut legatarius de re disponere possit(maximè post tempus mortis) cõpręhendi proprietatẽ:quia alias repugnaret iuris regula,quæ habet: usumfructum morte finiri, idq; iuuari potest, ex reg.l.illud.ff. de acqui.hær.& l.ad legatum,& l.ad rem mobilẽ.ff.de Procur.Tandem aduerto contra Cum.Barb.& Paris.non semper ex tali adiectione , vt fructuarius alienare possit sub nomine usufructus intelligendo proprietatẽ.Obstant enim ea,quæ superiùs adduximus de obseruãda proprietate verborum,ac non facilè admittẽda extensione concessionis: & in tali specie intelligi, quòd testator uel donans usumfructum, concedẽdo simul potestatem alienandi, nõ id expresserit, qua si proprietatem legare velit:sed magis ad tollendam dubitationem & pœnam , quæ contra fructuarium alienantem,à multis traditur in iure nostro: ut in præcedenti articulo deduximus,circa §.finitur.Inst.de vsuf.Et in eisdẽ terminis esset cautè aduertendum, an verba testatoris seu concedentis usumfructum, tribuant potestatem alienandi in causam fortè necessariam, & reseruato in fauorem alicuius quod ex bonis supererit:tunc enim

nim constat, tantũ relinqui vsumfructum, eamq; alienandi facultatem ad aliud concedi, non vt proprietas censeatur. Vltimò circa d.l Proculus, & suprà adducta, ostenditur veritas nostræ interpretationis: quia Doct. in sua nõ sibi constant, ferè enim oẽs suprà citati intelligunt. d.l. & quæ ex ea colliguntur, in omni concessione: Bart. aũt, & Cuma. in
¶ d.§. species: eam legẽ, & cõem opinionem specialiter intelligunt in vltimis voluntatibus, diuersumq; dicendum fore in concessione inter viuos. Quod etiam sequitur Fulg. in d.l. Proculus: quæ confirmari posset ex congestis à Ias. in l. quæ de legato. ff. de leg. j. ab Alc. lib. iij. de verb. sign. Sed contrariũ sentiunt cõiter Doct. in locis suprà citatis, indistinctè loquentes de qualibet concessione vsusfructus per talia verba: licèt ex facti contingentia frequentiùs id tractent in verbis testatoris. Et rationes, argumẽtaq; scriben. ad communem interpretationem d.l. tam militant in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus: dum arguunt, ne verba sine effectu adiecta videãtur. Quod ipsi scribẽ. vbiq; ad oẽs genus dispositionis trahunt, sæpe extollentes periculosam doctrinam Bal. in Rub. C. de contrah. empt. n. 9. quæst. ix. Illud tamen huic restrictioni Bar. Cuma. Fulg. debeamus: vt communis error inductus ex d.l. Proculus, minùs noceat. saltimq; ad actus inter viuos non trahatur. Hæc sunt, quæ ad l. illam, & hunc articulum vtilissimum afferre potuimus, sed forsan non deerunt superstitiosi, qui repertis & exhibitis frugibus, glandibus vesci malint. Hic
44 oportunè duo discutiemus, quæ omissa fuere suprà in secunda parte: an pater circa bona aduentitia filiorum possit trãsigere, vel compromittere? Qua in re ex traditionis scriben. videretur dicẽdum: quod, cum pater prohibeatur alienare (vt habet hæc vltima pars) non possit compromittere. Pro regula enim traditur à nostris, vt qui non potest alienare, nõ possit compromittere: per text. vbi notant Panor. Imol. & alij, in c. cum tempore, vers. *cum & si sponte*: de arbitr. per quem tex. generaliter id vt receptum scribit Ias. in l. fi. nu. 119. B. de iure emphy. Dec. cons. xliiii. per totum, & cons. cccclxv. in fine, & cons. xxxix. num. 4. & quamplures eandem regulam probant: vt copiosè tradit Tiraq.
 in lib.

in lib.de iure marita.gl.v.n.202.cum ſeq.& Anton. Capi. deciſ.xciij.nu.3.& Math.Afflic.lib.iij.conſtit. Neap. Rub. v.num.52.& ſeq.& Soci.nepos,conſil.lxvij.nume.77.lib.j. & Marcus Blan.de compromiſſ.iiij.q.nu.28.Rip.lib.ij.reſponſ.de reſcr.c.vij.nu.12. Idem poſſet quis dicere in tranſactione(de qua breuiſſimè agunt Bal.& Albe.hic) Eodē enim fundamento uideretur dicendum non poſſe patrem tranſigere,ſicuti non poteſt alienare. Id ut receptum tradunt ſcriben.in lege prima C.ſi aduerſ.tranſac.& alibi ſæpè,ut per Iaſon.in lege fin.nume.122.q.x. C.de iure emphyt.& plures,quos citat Tiraq.in dict.libr.gloſſ.v.nume. 205.q.xx.& latiùs in lib.de retract.lignag.§.i.glo.xiiij.ex nu.60.cum multis ſeq.& generaliter id probat Pano. per tex.ibi,in cap.contingit,de tranſact.Pro qua regula adduci ſolet text.in l.non ſolum. C. de præd. mino. ibi, *ſed nec tranſactionis ratione*. Quem tex.debuit citare Pau.Caſ.hoc tradens,in leg.cum ij.§.tranſactiones.nu.4. ff. de trāſact. Quod comprobari etiam poſſet: quia compromiſſum & tranſactio æquiparantur:ut colligitur ex Iaſ.in d.l.fi. & Tiraq.vbi ſuprà:& ita hæc duo æquiparat Hoſti.& alij,quos citat Lanfran.de arbit.iij.parte num.3.fol.5.in iij.uolum. tract.& Baptiſ.Cacialup.in eo.uol.tract.de tranſac. q.vij. nu. 5. eandemq́ue æquiparationem tranſactionis & compromiſſi probat Bar.in l.prætor.ff.de tutor. & curato. dat Bal.in l. de re.j.lect.ff.de tranſac.Alex.conſ.xxij. nu.3.lib. j.& conſ.cxix.nu.3.lib.2. eſtq́ue receptum, ut tradit Alci.
45 in l.cum te.nu.4.C.de tranſact. vbi id declarat. Hæc non leuiter urgere uidebantur,poſſentq́ue plures ex his indiſtinctè putare,negandam patri facultatem compromittēdi & trāſigendi:quaſi hæc ſint ſpecies alienationis:in idq́; poſſet induci text. in l.prima ff.de offic. procur. Cæſa.ibi, *venditionis vel tranſactionis cauſa.* & ibi, *non enim alienare ei commiſſum eſt*. Sed hæc maturius ſunt aduertēda.Nec enim tam ſtrictè cum patre legitimo adminiſtratore agendum eſt:vt latè deduximus ſuprà in ij.parte.Ex proximè autem citatis,uidetur mihi regulariter uera æquiparatio, quam ſcribē.faciunt de compromiſſo & tranſactione,& ita Bar. in l.mandato. ff.de procura. diſtinguens inter procuratorem

rem quantumcunque generalem, & inter administratoré R. P. æquiparans tamen cõpromissum & trãsactionem: & eius doctrinam probat Alex.in l.transactionis, & in l. de fideicom.num.3.C.de transact.Ias.in l.Imperatores. ff.de pactis:uide Ias.in d.l.transactionis. Antequam uerò agamus de transactione,illud memineris in compromisso:vt scilicet præcedentia dicta non procedant in compromisso necessario ex vigore legis uel statuti,iubentis compromittere.Tunc enim pater sine dubio aduentitijs compromittere posset,cùm id tunc uoluntariè non faciat:vt in minore eius tutore uel curatore:notant Albe.Bal. Salyc.Paul. Alexan. in l. fi.C.de in integ.rest.Panor.consi.xxxj.lib.ij. Aret.in l.more.col.fin.ff.de acq.hæred. Pau. in l.si plures nu.5.ff.de pactis:& ibi Ias.sub.§.fin. l. iurisgentium num. 14.& hoc generaliter intelligunt doct.etiam si aliàs ratione rei vel personæ prohiberetur alienatio, & compromissum , vt bene tradit Rober. Mara.de ordi.iudic.vj.par.in tract.de compromi.nu.8.cum duobus sequentibus . Vnde ¶ cauendum est à Dec.d.consi.xliiij.vbi uidetur malè respõdisse circa simile statutum, dicens:illud non procedere in rebus alienari prohibitis,arguensq; ex generali illa traditione,de quà suprà.Sed debuit aduertere, quod tunc compromissum uitari non potest,cum fiat ex necessitate legis: & consequenter cessat argumentatio à prohibita alienatione:iuxta ea quæ suprà diximus ex lege alienationes:ff. famil.hercisc.& l.j.ff.de fun.dot.cũ aliis.Et ita contra Decium melius aduertit Marcus Blanc.in d.tractatu de com prom.iiij.quæstio.nu.28.ad finem.Et ita in terminis nota. Bal.quem illi non citant,in lege de re.ij.lect.ff.de transactionibus facit le.iij. versic. hæ enim ff.de rebus eorum . ibi. *non ex tutoris voluntate , sed ex magistratuum authoritate.* In trãsactione autem (vt iam articulum nostrum resoluamus)dicit Alber. hic,columna secunda nume.4.versic. puto etiam.quod pater poterit transigere in aduentitijs , ut tutor in rebus pupilli,per l.præses C.de transact. Bal. autem hic.numero 2.citat eandem l.sed addit,quod pater retinendo poterit transigere , non autem rem dando, uel trãsferendo subdit ét Bal. posse patré transigendo promit

tere in aduentitiis,quod rem non petet,eamque promissionem ualere (scilicet ad excludendum filium) quando causa est dubia,arg.d.l.præses,& hãc resolutionẽ Bal.probat Alex.consi.clxj.ad finẽ lib.ij.Aymon Craue.cons.154 nu.1.Steph.Bertrã.col.xviij.nu.vj.lib.j.Qua in re debuerunt Alb.& Bal.meminisse gl.in d.l.de re.ff. de transact. quam ibi probant Bar. & alii:quæ dicit posse patrem transigere in aduentitiis,citatque hanc l.& d.l. præses:ex qua alienatione colligit gl.sensisse idẽ,quod Bal.& Alb.& illã gl.dicit communiter receptam.Cacialup.in d.trac. de trãsact.q.vii.nu.4.doctrinam autem Bal.in j. membro sequitur,& extollit Ias.in l.nulli,in fine.ff.de transact. Qui oẽs ęquiparant in hoc patrem,& tutorem,aliosq; administratores:præterquam quoad solennitatem decreti, quod in patre necessarium non esse,communiter tradunt, cũ Azo. ut superius diximus,& in transactione,de qua agimus,apertè id notat Bal.in d.l.de re.ff.de transaction.Cacialup. vbi suprà,Alexan.& alii in d.l.præses.Sed ego in his plus semper patri tribuerem,quam alii administratori, ex iuribus & rationibus,de quibus superius egimus in hac lege. Nec negari potest illa differentia inter ius clarum & ambiguum,cum id apertè decidat.d.l.præses : & idẽ in simili probat gl.notab.in l.contra iuris xxix.§.fi. in glo.ult.ff.de pactis.de qua tñ uidendus est Alex.consi.xxij. nu. 7. lib.j. & Tiraq.in l.si unquam uerb.donatione.nu.159. C.de reuoc.donat.vbi plures citat. Sed exemplum gl. non est omninò tutum,dum loquitur de probationis defectu; ut per Ias.ibi,ad finem,Alex.d.cons. Dec. in l.pactum curatoris. nu.3.C.de pact.Aduerto etiam , communem dicendã esse resolutionem Bal.in primo membro,quatenus habet,posse patrem trãsigere retinendo rẽ,non autem eam dando. Idem enim in aliis administratoribus,simulq; in patre ut receptum tradit Ias.in d.l.nulli, & ita ibi distinguit Bart. ita etiam Ias.in d.l.fin.nume.122.C.de iure emphyt.& Alcia.in d.l.præses.num.1.Et Anton.Capyt.d.decis. xciij.nume.4.Et ita distinguit Panor.in d.c.cum tempore,in fine , de arbitr.Et Io.Nicol.in l.generaliter.nu.142.C.de secũd. nupt.& in simil plures citat Tiraq.de retract. lignag. §.j.

glo.

glo.xiiii.nume.62.& nume.66. Exemplum autem & praxis est: quando pater conuenitur in aduentitiis, & transigit retinendo rem, aliquid autem dando actori, ut à lite recedat: quod sæpe faciunt prudentes uiri, ob dubium litis euentum, & alia litium mala. Facit bonus tex. in l.iiii. versicul. non tamen. ff. de alienatio. iudic. ibi. *non est uitupe-randa cogitatio eius, qui lites execratur.* In quo circa alios administratores, acerbè contrarium etiam in hac specie dicebat Panor. in c. contingit. de transact. à quo cauendum est, licèt alii scriben. id non aduertant. ¶ Sed dum Bald. hic (quem sequuntur tot insignes uiri suprà citati) inquit, patrem econtrariò non possidentem, sed agẽtem pro filio, transigendo posse remittere litem, id ego uerum non puto: quia licèt fundamentum Bal. admittatur, ut taliter remittẽs nihil donare uideatur, ex notatis. in lege si pro fundo. C. de transact. id tamen non cõcludit, quia ius filio inutile maneret, cum semper repelli posset ex transactione, quæ efficacissimã exceptionẽ præstat conuento, iuxta legem non minorem. C. de transact. & c.j. de lit. contestatione. lib. xj. & sic per talem transactionem pater adimeret dominiũ, uel ius, seu dominij, uel iuris exercitiũ ipsi filio, & consequenter esset alienatio, cõtra hanc l. & cõtra tex. quẽ suprà expẽdimus. in l.j. ff. de off. procur. Cæsar. Quod ualidè confirmari põt ex multis, quæ ferè in terminis doctè tradit Tiraq. in d. lib. de retract. lignag. §.j. gl. xiiij. nu. 66. in fine, & nu. 69. cum seq. idq; in proposito colligo ex Bar. (ad quem alij non satis aduertunt) in d.l. nulli, uersi. & hoc est uerum ff. de transact. & ibi Ias. ubi non amittit transactionem, uel remissionem ex ea, nisi res maneat penes ecclesiam, uel minorem: & similiter penes filiũ in nostro tractatu, & cũ Bar. Cacialup. d.q.vij. nu. 8. & Curt. de feud. iiii. par. q. vii. nu. 96. Facit glos. in d.l. non solum. iiii. uerb. dedisti, ibi, *imo idem.* C. de præd. minor. Et ita saluabitur Panor. in d.c. contingit, de transact. & limitabũtur quę ¶ tradit Molyn. in consuet. Paris. §.xxii. nu. 67. Igitur contra Bal. & alios hoc casu puto nihil referre, an renuntietur liti, uel actioni, seu iuri competenti, licet Bal. sequatur Ias. in d.l. si pro fundo. nu. 10. C. de transact. In effectu enim

paria sunt actione carere, uel eam perpetuò inutilem reddi. argu. l. iij. ff. de fideiusso. optimus tex. in l. is cui xlj. ff. de act. & obl. ibi, *sic tamen ne exceptione repellantur*. Et ex his cõfirmabitur, quod in transactione circa bona maioratus notanter tradit Hispanus Anton. Gomet. L. Tauri. xl. nu. 86. cui adde. Iser. & Afflic. in c. si Vasallus. nu. 47. si de feu. fue. contro. Nec iis oberit tex. in l. iij. vers. item queri potest. ff. de reb. eo. qui ad hæc adduci non solet, de quo alibi latius ago. In praxi autem si contra transactionem patris filius postea agat, considerandũ à iudice puto, an transactio utiliter prudenterve facta fuerit, vt ita lis cesset: cum patris arbitrio hæc administratio concedatur in iudicialibus, & extra, dummodo pater vtiliter gerat: ut probat tex. in l. generaliter, vers. negotia. C. de secun. nup. Ex prędictis infertur ad tex. in l. ait prætor. ff. de iure delib. de quo opponit. gl. hic, verb. vel ignorans: opponũt ẽt Bar. & alij. Hic enim pater actiones exercet, agendo & defendẽdo, cum alienare prohibeatur. Ibi autem Vlpianus contrariam regulam tradere uidetur, dum inquit: *est enim absurdum, ei, cui alienatio interdicitur, permitti actiones exercere*: gl. non soluit: Bar. autem respondet d. l. procedere in eo, qui agit nomine suo, hanc in agente nomine alieno. Et ita Bald. hic nu. 4. & alij communiter: vt tradit Corn. nu. 4. & ita Bart. in d. l. ait prætor: & idem ibi videtur probare Albe. & apertè Paul. Sed hæc resolutio non uidetur concludens, si ad prædicta verba illius l. aduertamus: indistinctè enim I.C. illationem facit, vt qui alienare nequit, nec actiones exerceat. Nec verum semper est, quod Bar. & alij in patre præsupponũt ad vitandã difficultatem, dicentes: patrem agere nomine alieno in aduentitiis. Sæpe enim nomine proprio in his agere potest, vt probauimus in ij. parte huius l. Vnde ad eã. l. aliter respondere tentent Bald. & Cum. ibi, sed ferè in idem recidunt. Aliter etiam variando respondet Albe. hic. nu. 3. concludens: hanc. l. loqui de eo, qui non indistinctè alienare prohibetur: cum aliqñ patri alienatio permittatur ex l. fi. §. si autem æs alienum, cum seq. infrà titu. j. & diximus superiùs. Illam autem l. loqui de eo, qui simpliciter & omninò alienare prohibetur. Sed hæc solutio Albe. deterior

videtur,cum lex noſtra ponat regulam, ne pater alienare poſſit.quæ attendenda eſt,non autem caſus ſpecialis. d. §. ſinautem.Maximè,cum & in d.l.ait prætor. etiam permittatur alienatio ex iuſtis cauſis:vt patri permittitur : prout manifeſtè ſubdit.l.illa inferiùs,ad quam Albe.malè aduertit.Aliter ad illam l.reſpondet Panor.in ca.doceri.col.iij. nu.6.de reſcrip.cuius ſecunda ſolutio corruit,ut ſuperiores,in quas reincidit:ideoq́ue eam non refero. Prima autem ſolutio Panor.eſt:ꝙ lex illa contineat caſum ſpecialē in eo,qui petit ius deliberandi ad adeundam,vel repudiandam hæreditatem:& idem ſcribit Io.Imol.ibi.ij. col.nu.5. Nec hi patres verentur opprobrium illud gl. vulg.in l.filiū quem habentem.C.famil.erciſc.Ibidem autem Felyn. nu. 2.tantum,refert aliam ſolutionem Bald.ſuperioribus non

¶ diſſimilem.Ego autem difficilia puto uerba illius l. accepta indiſtinctè(vt iacent)licet ita indiſtinctè ſæpe allegentur,vt conſtat ex allegatione Tiraq.lib.de iure mari.gl.v. nu.207.& ex allegatione gl.j.in d.c.edoceri:& in c. cōtingit,glo.j. de tranſact.obſtat enim argumentum huius l.in patre,& aliorum iurium,in tutore, aliiſq; adminiſtratoribus.Item aduerſus verba illius l. videmus ècontrario,poſſe quem agere nomine proprio ſed nō alienare:vt in l.iij. C.de his qui ven.ætat.impetr.Similiter emphyteota feudatarius,& fructuarius agere poſſunt, ſed non rem ipſam

¶ alienare. Quapropter tutiùs videt̄ intelligēda.l.illa,vt ex prædictis verbis non conſtituatur regula , quia eſſet iuri contraria:atq; ita verba illa,*ei cui*:non accipiantur generaliter,ſed reſtrictè:quod fieri poteſt ſine impropriatione,vt dicamus,*ei*,de quo.ſ.ibi agitur,& ita accipiatur verbum ſequens,*cui*:ratioq; illius deciſionis non vr̄ conſtituere ſpecialitatem,vel exceptionem ab aliqua regula:Imò cum iuris ſciētia ſæpiùs verſetur circa particularia & indiuidua iuridicū fuit in caſu illo deliberantis circa hæreditatē, negare ei facultatem agendi,& alienandi.Quodammodo.n. videretur repugnans,non adire hæreditatem,exercere actiones hæreditarias,contra l.pro hærede.& l. gerit.ff.de acq.hæred.Et ſic verificatur quod ad illā l.aliàs dixit Bal. in authé.hoc ius,col.fi.n.x.in fi. C.de ſacroſ.eccl.vbi inqt:

quòd in casu illius l.eadē est ratio prohibendi utrunque: patet igitur ex d.l.nō esse sumendam regulā, ad quam frequenter malè citatur,ut meliùs sentit Spec.de actor.n.79. ad finem,uers.quid de clericis, quem sequitur quidam ad
48 Bar.in l.fi.§.ubi autem,ac finē infr.tit.seq.Necessaria fuit proxima inuestigatio circa intellectum d.l.ait prætor.solet enim adduci à Docto.magni nominis,ad decisionē causarum inter nobiles,in negotijs maximi momēti.Doctiss. enim Phili.Dec.consi.ccccxlv.nu.29.in causa ardua, ex illo tex.arguit,eumq; summè expedit:ut in feudis, & bonis similibus restitutioni subiectis,(ut sunt apud Hispanos bona maioratus) sententia lata cōtra aliquē non noceat successori descendenti, uel alij,cui succesio erat deferenda post mortè seccumbentis: eamq; dicit bis cōem opinionē Dec.ibi,præcipuumq; eius fundamentū est ex d.l. quā inducit ex uerbis suprà examinatis:ut scilicet qui nō potest alienare,non possit actiones exercere. Certū autē est talia bona uinculata regulariter alienari nō posse. Et eodē argumento in eadē re vtitur Soci.nepos,probans opinionem Deci.eamq; cōem asserens cons.cxxxj. nu. 93.li.ii.& cum Deci.Aimon.cons.cxcvii.n.7.Deciumq; sequitur idē Aimon.ex eodem fundamento cons.lx.nume.1. Tiraq. de iure mari. glo. v. num. 207. eumq; referendo sequi uidetur Cagnol.in l.res iudicata.nu.5.ff. de reg. iur. Eandem opinionem uidentur probare Feudistæ : Isernia. Aluar. & latius Mathæ.de Afflict. in c.j.§.si uasallus, antepenul. si de feud.conten.sit inter domi.& agn. idemque est de mente Bal.ibi,quē ibidem sequitur Præposi. dum uolunt sententiam in his causis non nocere alij,nisi scienti & patienti: secundum materiam.l. sæpe. ff. de re iudic. Et eandem opinionem referens Iserniam uidetur probare Fely. in c. fi.nu.5.de maio. & obed.& Anto. Capi.decisio.xx.nume. 23.& magis probare uidetur Cur. de feu.vii. par.q.xj. nu. 29.& Zas.de feud.alie.nu.21.Pro hac sententia adducitur authoritas.Bart.in l.filiusfa.§. diui.nu.9. ff.de leg.j.in j.q. ibi,*forsan non præiudicaret talis sententia, nisi ille fuisset citatus*.Alia fundamenta fragilia sunt ex illo uulgari: ne sententia inter alios noceat, uel prosit.Sed contraria opinio

verior

uerior & receptior est,ut scilicet sententia lata contra ali
quem in bonis feudalibus,& maioratus,noceat descẽden-
ti,uel alij qui post succumbentem successurus esset: ut col
ligitur ex Oldr.consi.xciiii.nu.19.cuius sententiam, vt re
ceptam in iure primogenituræ , probat Tiraq. in trac. de
primogeni.q.xxxv.nu.17.& Mart.Laud.ibi relatus,& Al-
be.in l.pen.col.iiii.C.de don.inter uir.& uxo.ibi, *primoge
nito obstare debet etiam si hæres non sit:* & ibi, *sententia contra
prædecessores lata.* Et ita Boer.decis.cclv.col.pen.in fine.ubi
aliquos refert, & ita Iacob.à S.Geor.de feudis:uerbo , &
dicti Vasalli, nu.33. & in terminis Hispanus Anton. Go-
met.l.xl.Tauri.nu.73.citans plures,immemor tamen De-
ci.& aliorum, quos in contrariũ hic citamus:& hoc sequi
videtur Hispan.Xuar.alleg.xxvii.post princ.ibi,*sed quod in
bonis subiectis restitutioni:* & alibi consilium illud Oldr. se-
qui uidetur Deci.in l.pactum dotali.nu. 17. uersi.in con-
trarium.C.de collat.Eademque opinio satis colligitur ex
Barto.in l.in diem.n.1.uers.quæro,ff.de aqua pluu.arcen.
& ibi Pau. Cast.n.2. & cum plures ex suprà citatis pro &
contra,fateantur resolutionem huius puncti pendere à q.
Bar.in d.§. diui(quæ uerè eandẽ rationẽ habet) crebriùs
in eodẽ §.contra Bart.tenent reliqui ibi, inter quos Ang.
Ioan.Imo.& Alex.nu.9.idem Alex.in d.l. sæpe,col.xlj.nu.
109.& seq.Et hoc contra Bart.ibi receptum dicit Ias.in d.
§. diui.j. lect. n.47. cum eodem Bart.in d.l.in diem. idem
Ias.in ii.lectu.nu.91.adducens Cuma.& alios,ita Rip.ibi.
nu.50.dicens hanc opinionem cõem,quod etiam ibi asse-
rit Ferdi.Loaz.nu.126.& ibi Crot.nu.38.& ita Alex.cõsi.
cxxiii.num.3.lib.j.Fely. in c.quamuis, col.fin.in princ.de
re iud.ubi reprobat opinionem Iser.Pro hac sententia fa
cit quod in iure habetur:sententiam latam conrra recto-
rem,uel prælatum nocere successori: ut tradit Pan.consi.
lxii.li.j.quem sequitur Aimon. consi.x. nu.8. Sed pro hac
parte,omissis alijs,stringunt uerba tex.in l.j §. denuntia-
ri.ff de uentre inspic.dum habet I.C.*denuntiari autem opor
tet ijs,quos proxima spes successionis contingit:* & ibi,*hæredi in-
stituto , non etiam substituto:* & ibi, *qui primum locum tenent,*
quem tex.rectè citat Bar.in d.l.in diem, & alij supra cita-
ti,cum-

ti,eumq́ne multis ornat Iaſ.in d.§.diui.j.lect.ex nu.47.idē Iaſ.in l.dictantibus,n.2.C.de teſta.Alex.conſ.clvj.li.ii.Deci.conſ.cccxlii.col.fi.Anto.Capi.deciſ.cvii.Et ſi maturè attenderis,cōperies Iſerniā & alios pro prima opinione adductos,non ſatisfacere argumentationi,& fundamento d. §.In quo I. C.apertè ſignificat ſatis eſſe iudicium tractari cū primo poſſidēte,ſeu cū eo, cui prima ſucceſſio defertur.

49Pro hac uera & recepta ſententia magis urget tex. à Bar. non citatus,ab Alex.tamen,& alijs ubi ſuprà adductis, in l.ex contractu.xliiii.ff.de re iud.quem ibi extollunt Iaſ.& alij.idē Iaſ.in l.decem.n.38.& 40.ff.de verb.oblig.& Alex. in d.cōſ.cxxiii.n.3.lib.j.extollit Hiſpan. Xuar. d.alleg.xxvii.& in l.poſt rem iudicatā.fol.cxxiii.col.ii. Iaſ.in d.§.diui.ii.lect.n.92.In quo text. patet, ſententiam latam cōtra inſtitutum nocere ſubſtituto : & ſic ab identitate rationis probat tex.ſententiam latam contra eum,qui priorem locum habet,nocere ei,cui poſt illum ius defertur.Nec Deci.& alij priùs allegati huic.l.ſatisfaciunt,de qua ad aliud agit Stella in rep.§.Augerius.l.qui Romæ.n.101.Nec ſuſtineri poteſt reſponſio Decij.d. conſi.ccccxlv.nu.30.(quā etiam tentabant alij , ut tradit Alex. in dict.§. diui.)dum inquit,intelligendum eſſe in ea.l.citatum fuiſſe ſubſtitutū: quod eſt diuinare, & cauillari:cum I.C. ibi tantū referat iudiciū agitatū fuiſſe cum inſtituto,& ita gl.Bar.& omnes ibi colligentes , etiam ex tali ſententia dari ius executiuum.contra ſubſtitutum, uel ſucceſſorem, nec illius.l.meminit Fely.in d.c.pen.col.fi.in prin.de re iud.quod colligitur ex Bar.in l. cùm filius , & ibi notat Paul.in fine. ff.de uerb.olig.& ex d.l.ex contractu,in terminis cōfirmatur reſolutio Alex.(eam nō citantis)in l.ſi patroni.§.fi.nu. 2.ff. ad Trebel.& ibi Pau.nu.5.His autem fundamentis,ut uides , nullatenus ſatisfaciunt tenētes priorem opinionem: quæ autē ipſi adducunt,nihil urgent. Illud enim vulgare, (res inter alios) non rectè hic applicatur:quia neceſſariò & conſequenter agitatum iudiciū cenſetur cum ſucceſſore, ſi ſolenniter actū fuit cum anteceſſore ſecundū iura ſuprà adducta,& quæ copioſè congerit Iaſ.in dictis locis,& Hippol.in nota.cclix.& Niconitius in c.quoniam contra,

fol.

fol.96.& in simili tradit Mathæ. Afflict.decis.cccxcvj. nu. 4.& nu.7. Nec ualet, quod respondent aliqui ex tenentibus priorem minus ueram opinionem,dum fatentur ualere iudicium agitatum cum instituto, uel habente priorem locum,non citatis substitutis,vel alijs, quibus posteà successio defertur,sed tamen his non nocere sententiam,vel iudiciũ,cum citati non fuerint.Quod uidetur probare Fely.in d.c.fi.de maio.& obedi.nu.5.& in proposito Curt.de feu.& Soc.nepos ubi suprà post Deci.in dicto consilio.Id enim ridiculum est,cùm nemo dubitare possit,an sententia & iudicium noceret ei, cum quo actum est, & tandem hæc cauillatio manifestè confutatur ex dicta l.ex contractu & doctrina dicto.§. denuntiari, quæ iura inductione non egent, cum nihil aliud dicant. Vnde cauendum est à Bal.alibi,quem sequitur Paul.in l.si patroni.§.fin.in fine. ff.ad Trebel. quod meliùs aduertit Ias.in d.§.diui.ii. lect. nu.93. Minusque obstat illud argumentum Dec. & Soci. ex d. l.ait prætor, à qua hæc omnia manarunt: quo argu. etiam utitur Mathæ.in d.c.si Vasallus. nu.27.uersi.tertio. Fallitur enim Deci. cum alijs ex sono & cortice uerborum d. l. quia iam suprà ostendimus falsum esse dicere, quòd qui non potest alienare,nequeat iudicium subire,vt ex multis in iure manifestum est.Et fundamentum à prohibita alienatione(quo utuntur Deci. & sequaces)contra eos retorquetur. Notum enim est in iure prohibita alienatione non interdici alienationem ex sententia, & re iudicata, iuxta vulg.l.j.ff.de fund.dota.Et hic melius, quàm alibi congruit,quod scribentes omnes tradunt de alienatione ex causa necessaria, ne prohibita censeatur, quamuis alienatio generaliter prohibeatur:& hoc satis probatur ex I.C.in l.iii.ver.hæ enim,& §.item quæri potest, & uersi.idemque ff.de rebus eorum ibi,*ex magistratuum authoritate*:& ibi,*non sponte tutorum*:& meliùs ibi, *ualebit alienatio propter rei iudicatæ authoritatem*. Ex quibus resultat declaratio ad d. l. ait prætor. Declaratur etiam d. l. ex contractu. & d.§. denuntiari, limitaturque reg.l. de unoquoq; ff.de re iudic.limitatur etiam regula illa,Res inter alios acta. Resultat iuridica differentia inter alienationem

nem voluntariam,& necessariam,ex sentẽtia scilicet,quę fertur in inuitum. Tunc enim succumbens non dicitur alienare,& sic incautè argumentabatur insignis Decius in ¶ dicto consil. Est enim in proposito constituenda differentia inter actum uoluntarium,& necessarium iudicij. Primus enim non nocet successori, & ita procedunt adducta à Dec. Secundus autem ex iudiciò & re iudicata successori nocet:ut eleganter docet Bart. in dicta l.in diem num. 1.ff.de aqua pluu.arc.& Pau.ibi sub l.in concedendo.n.2. idem Pau.in l.facta.§. si hæres numero 4.ff. ad Trebel.& Soci.in l.Gallus.§.& quid si tantùm,col.fi.facit l.si dictum lvi.§.si compromisero.ff.de euict.ibi,*nulla necessitate cogente*: colligitur ex alijs citatis à Fely.in c.pe.nu.13.vers.ubi sententia,de re iud. Videtur igitur decisionem ex distinctione utilissimæ quæstioni sæpe contingentis nõ in paruis negotijs,sed in maximis,& inter nobiles,ut scilicet alienatio ex conuentione, uel alius actus uoluntarius non noceat successori in rebus maioratus,uel aliter restitntioni subiectis.noceat autem res iudicata, in qua cessat culpa & voluntas succumbentis. de præscriptione autem an noceat successori in his bonis:agemus,Deo duce, in Auth.nisi tricennale inf.eo.Et tandẽ in sentẽtia pro hac parte,cõtra Dec.& alios, stat fortissima ratio publicæ utilitatis:nũquam enim daretur quies,nec litium finis, si post sententiã solenniter latã, in maioratu uel feudo admitteretur filius vel consanguineus, qui succedere nõ poterat, nisi post eũ,in quẽ sentẽtia lata est. In infinitũ enim id allegare possent omnes successores, cõtra doctrinã tex.in l. singulis vi. ff.de except.rei iud.ibi,*vnum iudicati firmi sufficere, ne aliter modus litium multiplicatus in explicabilẽ faciat difficultatẽ*.Ex quibus etiã & ex ratione proximè adducta, inferrtur, ꝙ sentẽtia solenniter lata in his terminis nocebit cõsanguineis vel successoribus ignorantibus:obstabit ẽt posteà natis, cũ ius faciat quoad omnes contra Iser.& alios, maximè Affiic.in d.c.si Vasallus.nu.29.Infertur etiam quod in his terminis nõ erit nec esse citare alios generaliter per proclama: contra Crot.in d.§.diui.numero 39.vers.limitatur: & Loaz.nume.128.quicquid sit in alijs arti-

articulis, vt ex Io.Imol.notat doctè Alex.in d.lege sæpe. nu.82. idque patet, attento quod sententia tũc obstat postea natis. Ex prædictis etiam infertur cauendũ est à Bal. ¶ consulente, quem malè sequitur Soc.nepos.dic.consi.clxxxi.nume.89. & sequen. qui scribunt sententiam non nocere substituto non citato: contra iura clara. in dicto paragrapho denuntiari, & d.leg.ex contract. Infertur etiam ad quæstionem renuntiationis primogenituræ: de qua omnino vide. Tiraq.de primogenit.q.xxix. quod renuntiatio primogeniti, cum sit voluntaria, licèt nocere possit ipsi renuntianti, non tamen noceat eius successoribus, in feudo uel maioratu à maioribus proueniente: siue renuntiatio fiat viuente & consentiente patre uel auo: quicquid contra sonent verba Ias.alios referentis in l.pactum dotali. nu.4.ad fi.C. de collat.magisque cauendum à Dec.ibi.n. 17.contra quos stant iura & rationes, de quibus suprà in alienatione voluntaria: stat etiam decisio & ratio tex.in ca.j.de alien.paterni feudi: ne in feudo antiquo possessor noceat successoribus. notat Cur.de feu.iiii.parte.q.vii.& q.ix.Gozad.consi.lxv.Dec.cõs.cxciii.nu.4.& cons.cclxiii. n.3. & consi.cclxix.nu.5.Ias.cõsi.lxiiii.lib.iii.Alex.consil. xv.nu.8.lib.v.ubi id eleganter ampliat, & cõs.cvi.li.iiii.& in simili Ias.in l.ii.ex nume.208.C.de iure emphyt.ubi in fortioribus terminis id latè tractat in emphyteosi:& notanter Alex.ubi Molin.cons.viii.nu.15.lib.iii. Bolog.cõs. xlviii.& latè Tiraq.de retract.lignag.§.xi.gl.vi.nu.23.contra eos etiam stat ratio iuris, q tunc descendens uel successor non capit ius maioratus uel feudi à renuntiãte, sed à primo instituente uel concedente, iuxta.l.cohæredi.§.cũ filiæ.ff.de vulg.ubi Ias.n.7.bonus tex.in c.j.de feud.Marc. ibi, *per inuestituram patris & aui*. Ideoque in his bonis grauari non potest ab antecessore, etiam habẽte potestatem eligendi, iuxta tex.nota.in l.unum ex familia.§.i.ff.de leg. ii. facit ratio tex.in l.si arrogator.ff.de adoptio.ibi, *nõ iudicio eius: sed principali prouidentia*: & quæ notat Molin.in consue.Paris.§.xxii.nu.82. facit magis tota l.iii.ff.de interd. & releg. quam iudicio meo non uerè, nec rectè notabat Old.d.consil.lxxxxiiii.nu.20.licet eum sequantur plures, per

per Tiraq.de primog.q.xxxv.Retenta auté hac sententia, quam ueriore & receptiorem dicimus,eã utiliter aliquot modis limitamus. Et j.ut procedat quãdo is contra quem sentétia lata est, erat tunc prim. & princ.ad qué spectare posset successio.quã sequétes posteà pretédunt.Et eo.mo. debet esse psona,cuius maximè interesset obtinere, ut est de mente Bar.& omnium in d.l.in dié. & in d.§.diui.& in omnib.locis suprà adductis, tex.cũ gl.in l.cũ non iniusto. ff de colus.deteg. tunc enim stat iuris præsumptio, quod ille ob interesse proprium,fideliter & attentè litigabit:vt notat Soci.in l.Gallus.§.& quid si tantum,col.fi.vers.cósidera.secùs igitur si alius esset equalis in gradu & iure litigandi, secundum Bal.in l.ii.numero 6.C.quib.res iud. non noc.ibi, *non cum ipso fonte generationis*: & plures citat Tiraq.de nobilitat.c.xxxvii.nu.7.Alex. in d.leg. sæpe.nu. 57.ibi, *ius æquè principale*.Limito.ii. vt hæc conclusio non procedat, quando sententia lata esset contra aliquem ex renuntiatione,quam fecit. Tunc enim ea sententia nó magis obstabit successoribus in feudo,vel maioratu antiquo, quam obstaret ipsa renũtiatio, in qua iudicatũ fundatur, iuxta regulã uulgarem causæ limitatæ effectum limitatũ producétis.Pro quo facit tex.not.in l.j.§.si quis sub conditione.ff.ut legat.seu fideicom. nom.cau. ibi, *easdem causas & conditiones inesse*: de quo tex.alibi plura scribimus: idq; probatur ex causa talis sentétiæ fundatæ in renuntiatione, non in alio iure litigantis.Vndè non parit exceptioné rei iudicatæ contra agentem & diuersa causa, iuxta legé cum quæritur.xii.& seq.ff. de except.re.iud.Et in his terminis sustinetur, quod consuluit Cardi.Paris.cons.v.nu. 37.li.j.& probaẽ ex verbis Bal.in l.ii.nu.5.C.quib.res iud. non noc. ibi, *talis sit natura causæ, vt omnibus præiudicet*:& ita eleganter amplia,quod ibi notat Bal.n.8.ibi,*renuntiatio*.Limito iii. ut quamuis sentẽtia tunc obstet successoribus, alijsve consanguineis,non tamen eis adimatur facultas appellãdi. Receptum enim est,ut tunc appellare possint,& in causa appellationis ius suum prosequi,ut tradit Alex.in d.§.diui.nu.9. ad fi.& ibidem Cro.nu.39.vers.ii. & Rip.nu.62. & Loaz.nu.128.& alij quos allegat Felyn.

in c.

in c.cum ſuper, nu.11.de re iud.qui alios citant.Sed hæc eorum declaratio nõ ſatis ab eis explicatur:melius igitur ex mente Alex.in d.leg.ſæpe.n.83.verſi.nono:dicas, quòd cum ſcriben.appellationem admittant, neceſſariò ſignificant nõ fuiſſe latam ſententiã in maiori tribunali:aliàs enim non eſſet tractandũ de appellatione: & conſequenter hæc declaratio applicatur tantũ,quando ſuccumbens non proſecutus fuit cauſam uſque ad maius tribunal, in quib. terminis hæc recepta declaratio, uera & neceſſaria uidetur:nec ſucceſſoribus & alijs citatis,noceat quælibet ſententia inferioris : ſed tantum ea,in qua ſuccumbens nihil omiſit, ut in ſimili colligi poteſt ex te.l.euictus.xxxv.ff.de euictio.ibi,*cum ſpes habẽdi abciſſa eſt*.Sic uidemus in emptore:qui appellare debet,& appellationẽ proſequi,vt de euictione agere poſſit. Nec enim prima ſẽtẽtia noceret vẽditori:ſed hoc non indiſtinctè,ut notat gl.Bar.Alb.Fulg.in lege Herẽnius.lxiii.ff.de euictio.& ita inquit Math.Affli. in c.j.§. rurſus.n.15.qui.mod.feu.amit. & melius reſoluit Hiſp.Anton.Gome. in libro de contrac.c.ii.Char.xx.col. prim.& ſeq. & hanc ſententiã apud Luſitanos probat Ordinatio,li.iii.ti.xxx.§.v.ibi, *eda apelacaon a qual ſera obrigado proſeguir.* quæ lex regni videtur hoc indiſtinctè probare,cum gl.& Doct.ubi ſuprà,uariè diſtinguant.Limitatur iiii.prædicta concluſio,niſi ſucceſſor uelit probare,ſentẽtiam,quæ ſibi obijcitur,latam fuiſſe ob culpã,dolum, uel negligentiã eius, contra quẽ lata eſt:ut tradunt omnes in d.§.diui numeris & locis ſuprà citatis: Soci.in d.§.& quid ſi tantum,col.fin.Molin. in conſue.Pariſ.§.xxii.n.34.probatur ex doctrina.l.ſi perluſorio: & l.à ſententia.ubi Bar. & Imol.ff. de appella. & in terminis probatur in dic.l.ex cõtract.ff.de re iud.ibi,*niſi culpa tutoris*:notant gl.& Doct. alibi ut tradit Tiraq.d.c.xxxvii.de nobil.nu.1. ubi tamen non loquitur de negligẽtia. Limitatur v.in pulchro caſu, de quo conſuluit Sigiſmun. Neapol.in uolu.conſil.feud. conſil.x.nume.7. ubi notabiliter reſpondet, quod ſi unus poſſideret,aliuſque eum conueniret, petens ut declaretur, mortuo conuento,ad ipſum agentem pertinere feudum,uel maioratum, & ita pronuntietur:tunc ea ſentẽtia

non

non obstabit liberis, vel successoribus eius, contra quem lata est. Ratioq; est, quia agens non prætendebat excludere conuentum viuentem, ideo non censetur tam principale eius interesse: & mihi placet hæc opinio, quamuis videretur dicendum, quod pater conuentus ita vigilabat pro liberis futuris successoribus, sicut pro se ipso: argu. l. nihil, ff. de bon. libe. ibi, *omnia liberis nostris ex voto paremus.* Sed hæc opinio nititur æquitate, & fouetur ex iuris regulis, vtque veritas magis elucidetur, argu. l. j. & ibi Paul. & Ias. ff. si quis cau. iuuatur etiam ex suprà traditis, quia tūc conuentus non videtur principalis contradictor, attento præiudicio, cum ei viuēti nihil veniat auferendū: & tandē non videtur fraude carere iudicium illud agitatū principaliter contra futuros successores, eis non spectatis: contra reg. l. non quemadmodū, ff. de iudic. nec videretur de iure admittenda talis petitio, secundū ea, quæ infra tradeimus. Limito vj. vtiliter, quando sentētia ex aliquo defectu posset ostendi nulla: quia tunc semper videtur admittendus successor succumbentis: cū talis sententia ob nullitatem careat nomine rei iudicatæ. l. iiii. §. cōdemnatum, ff. de re iud. l. j. ad fi. ff. quod quisque iur. gl. si pater. C. ne de statu defun. l. j. & seq. C. quando prouo. non est necess. Sed dicet aliquis, quod data tali nullitate, idē erit in principali, contra quem sententia lata fuit, per illa iura, & receptas sententias: ego aūt pro vtilitate huius limitationis considero, ꝙ si post sentētiam quantumcunq; nullam transierint triginta anni, non audietur condemnatus obijciens nullitatem, tanto enim tempore præscribitur ius obijciendi nullitatem, saltem agendo: vt tradit Math. Afflic. Decis. clxxviii. n. 5. & ex multis probat Tiraq. de retract. lign. §. xxxvj. gl. ij. nu. 37. ea tamen præscriptio non nocebit liberis, vel successoribus succumbentis: quia tunc non datur vigor rei iudicatæ ex sentētia, sed ex præscriptione, quæ non ita nocet successoribus, secundum communem opinionem, vt tradimus in auth. seq. & militat ratio neglig. de qua suprà: videturq; aliqualiter tunc alienatio voluntaria ex l. alienationis verbum, ff. de verb. sig. facit doctrina Bald. in d. l. ij. C. quibus res iudic. de qua diximus suprà in secunda limita.

mita. Septima limitatio colligitur ex superioribus & ex scribentibus in locis suprà allegatis, vt conclusio hæc non procedat, quãdo sententia lata fuit ex probatione nõ perfecta: omnes enim exigunt in proposito, vt nihil omittatur in causa, nec succumbens aliquid voluntariè cõcesserit victori, vt per Bal. in d. l. ij. C. quib. res iud. non noc. Alex. in d. l. sæpe, nu. 78. cum præceden. & seq. Felyn. in d. c. pen. nu. 14. vers. vbi sententia. Vnde videtur dicendũ, quod sẽtẽtia lata ex iuramento victoris non noceat successoribus succumbentis: & hoc in simili probant Innoc. Ant. Pan. quos citat Fel. vbi suprà, videturq; verior opinio, etiã ¶ si iuramentum sit litis decisiuum, contra Alex. in d. l. sæpe, nu. 131. quem videtur sequi Fely. in d. c. pen. nu. 14. In quo notabili articulo miror eos non allegasse gl. in l. ingenuũ, ff. de stat. hom. dum ampliat text. ibi, de sententia & re iudicata ad iuramentum, & sic vult, quòd ea l. (quæ communiter intelligitur. vt sententia super statu personæ faciat ius quo ad oẽs) procedat etiam vbi causa iuramẽto partis deciditur: & ita cum gl. transeunt Bar. Bal. Ange. ibi eamq́ue expressim uidetur probare Alber. ibi. nu. 4. & eam ad hoc extollit Ange. Aret. in §. præiudiciales, nu. 9. & ibi Ias. n. 31. Insti. de actio. sed de illa gl. dubitat Fulg. ibi, qui tandẽ eam sequitur. Ego veriorẽ puto regulariter opinionẽ ¶ Innoc. Pan. contra Alex. Fely. vt sic sententia lata ex iuramẽto non noceat successoribus succumbẽtis in feudo, vel maioratu, alijsve bonis familiæ relictis: tunc enim nõ potest dici probatio perfecta, vt suprà. Quod cõfirmo magis, quia si iuramẽtum erat necessarium in supplementũ probationis, receptũ est, vt talis probatio dicatur priuilegiata, & ideo sententia retractari possit ex nouis documẽtis, etiam ad petitionem succumbentis, secundum cõem intellectũ ad l. admonẽdi. in prima parte ff. de iureiur. nec tale iuramẽtum causis grauibus applicari potest, secundũ communem doctrinam: vt per scriben. in l. ii. C. de rebus cred. & latè Ias. in repet. l. admonendi. ex nu. 271. & num. 294. si autem iuramentum delatum fuit voluntariè, non potest nocere alijs non habentibus causam à deferente, secundũ supra tradita. Quòd si delatum fuit non omnino volunta-

riè,sed quia aduersarius illud deferebat, iuxta l. manifestæ.ff.de iureiur.adhuc militat ratio, ne sententia lata ex tali iuramento aliis noceat:licet enim Felyn. in d.c.penu. nume. 14. de re iudi.dicat tunc iuramentum non esse uoluntarium,sed necessarium,tamen est aduertendum,quòd tunc necessitas non est præcisa:potuit enim iurare, is qui aliis iuramentum detulit:ac proinde deferendo illud, uidetur uoluntariè facere.Iuuatur hæc sententia, quia communiter traditur, probationem uerè legitimam non dici ex iuramento.gl.celebris,in l.cum de indebito,verb.legitimis.ff.de proba.quam extollunt scriben. per Cors.in notab.uerb.mandatum fol.clxviij.& Ias. in §. quadrupli. nu. 4.Instit.de actio.Fely. in Rub.de proba.col.iij.& in praxi commendat Alex.consi.cxix.nu.9.lib.ij.Nec fert ratio, vt quis proprio iuramento obtineat,non solum contra eum cum quo tunc litigabat,sed etiam contra alios, nec tunc merita causæ applicantur contra alios:nec est tuta argumentatio à sententia ad iuramentum,vt per gl.& Doct.in l.ij.ff.de iure iur.quæ differentia maximè iuuatur ex tex. ad hoc notab.in l.si iurauero.ff.de iure patro.Iuuatur satis ex alijs in simili,quæ tradit Ias.in l.si quando.num.38. C.vnde vi:vbi cum Bar. & multis resoluit, probationem ex iuramento(etiam permittente statuto)non nocere tertiò seu alij,præterquam ei cõtra quem iuratum est. Facit tex.& ibi notat Bar.in l.j.ff.quãdo ex fac.tut.tradit Math. Afflic.lib.j.consti.Neap.Rub.xxvj.nu.35.& in simili multa tradit Hispan.Xuar.in l.post rem iudicatam.fo.128.secundum priorem editionem.Concludo igitur vt tunc sententia faciat ius quo ad alios,quando lata fuit ex legitima probatione omninò necessaria, non quando ex iuramento partis obtinentis,maximè in iis,de quibus agimus circa feudum uel maioratum,similesve causas graues, in quibus cautiùs est agendum.

¶ Ex quibus infertur d.l.ingenuum,non ita procedere in causa decisa iuramento uictoris contra gl.& Docto.ubi suprà. Quod confirmatur ex traditis à Bal.d.l.ij.nu.5.C.quib.res iud.non noc. Alex.in l.sæpe.nu.76.Feli.in d.c.pen.nu.9.& num. 17.de re iudic. Deci.consil.cccxlij.colu.fin.Præpos.in c.causam ij.qui filij

sint

ſint legiti.dum ſcribunt requiſita,vt ſententia alij noceat: & melius per Tiraq.de nobil.d.c.xxxvij.ex nu.2. Octaua limitatio colligitur ex prioribus : vt quamuis ſententia & res iudicata noceat ſucceſſoribus in bonis feudalibus, vel maioratus,non ita noceat tranſactio,ex ſententia eorum, quos probaui,ſuprà hac parte,nu.46.uerſ.igitur. Quibus addo in terminis Pau.poſt.Inn.in c.auditis.nu.21.de præſcrip.faciunt quæ ſuperiùs tradidimus de tranſactione & cõpromiſſo nõ admittendis in iis,in quibus alienatio prohibetur:quod ẽt tradit Cardi.Pariſ.cõſ.85.nu. 12. li.iij.& & ſic eſt differentia inter rem iudicatam & tranſactioné. Ex quo eleganter limitatur æquiparatio,quã de his facit tex.in l.nõ minoré.C.de tranſac.& c.j.de litis cõteſt.in vj. Quam dñiam confirmo authoritate Albe.& Cuma.in l.3. §.item quæri.ff.de reb.eor.in fine,ſuper gl.ibi,opponente de l.cum ij.ff.de tranſac.Sed hoc de tranſactione ſublimi- ¶ tandum puto,niſi tranſactio à Rege,vel ſupremo prouinciæ domino confirmaretur, (vt ſæpe vidimus in ſimilibus cauſis arduis inter magnates prudẽter trãſigentes.) quod iuuatur fauore pacis,& publicæ utilitatis:vt in ſimili dixit Ang.quem ſequitur Iaſ.in l.contra iuris.§.fi.nu.7.verſi.vj. ff. de pac. iuuaturq; magis authoritate regia confirmante tranſactionem,ut in ſimili tradit Pariſ.conſ.xvj.nu. 35. & ſeq.li.j.facit tex.in c.j.in fi.de tranſac. ibi, *vires pleniſſimæ notionis ex noſtra authoritate ſuſcipiat:*& ibi gl. & Doc.notãt & Math.Afflic.in c.j.nu.110.quæ ſint regal. vbi multa ad hoc cõducentia cumulat,& Chaſ.in catal.glor.v.part.24. cõſide.à nu.1.uſq; ad nu.208.quod etiam ſatis iuuatur ex I.C.in l.adoptio.xxxviij.ff.de adoptio.Iuuatur etiam ex l. ij.ibi,*imperiali beneficio*.ff.de rebus eor.Nona limitatio inferri uidetur ex ſuperioribus, maximè ex duabus proxi- ¶ mis:ut non procedat concluſio ſuperius firmata, quando ſententia lata eſt ex confeſſione ſuccumbẽtis: licet enim ea dicatur optima probatio contra confitentem, non tamen nocere debet aliis, in quorum fraudem fieri poſſit. arg.l.qui teſtamentum.xxvij.in fi.ff.de probat. & ibi Bar. facit ẽt l.cũ quis decedens.§.codicillis,& §.fin.& utrobiq; Bar.ff.de leg.iij.Conducunt ẽt quæ notat Iaſ.in l.ſi quan-

do. nu. 38. C.vnde vi:Sed magis in terminis hoc comprobatur ex doctrina Bal.in c.fi.col.ij.nu.7. de confes. ibi, *ex confessione surgeret alienatio proprietatis*, vbi sentit inefficacẽ esse confessionem eius,qui alienare prohibetur: quod maximè intelligi debet,vbi talis prohibitio est in fauorem alterius vt plenè & vtiliter tradit Tiraq.(quem sępius allegare non piget)in li.de iure marit.gl.v.q.x.nu.114.& 116 118.Ita tandem resoluo grauẽ illã, vtilemq; quæstionem: vt sñia in feudo,& maioratu solenniter lata obstet successoribus regulariter, maximè liberis ipsius succumbentis, exceptis casibus superius notatis. & ita iudicatũ uidimus coram serenissimo Rege nostro,cuius æquitate & prudentia incomparabili, maior huic sententiæ authoritas acce-
51 dit.Aliter etiam limitanda videtur regula huius l. dũ patri interdicit alienationem aduentitiorum,vt non procedat qñ filius haberet rem,quam is vel pater ei emisset, cũ pacto reuendendi. Tunc .n. securè dicendum vr̃ posse patrem rem tradere primò venditori , vigore pacti . cum ea alienatio non nouam , nec uoluntariam causam habeat, sed veterem & necessariam : argum. eorum quæ diximus suprà num.24.& seq.ex l.iij.§.item quæri.& l. magis puto.§.si pupillus.ff.de reb.eo.l.fistulas.§.fundum.ff.de contrah.empt.facit tex.in l.voluntate,in fin. ff. quibus modis pig.uel hypothe.solu.ibi, *in pristinam causam res redit resoluta uenditione*:de quo tex.vtiliter agit Ias.cons.cxxviij.lib.4 & in specie ibi eum expendit.nu.4. col. iij. Probatur hæc nostra declaratio ex verbis Aret.in l.si ita quis.§. ea lege. ff.de uerb.oblig.col.ij.in fine,vbi inquit, ꝙ contrahens ex necessitate præcedentis obligationis non dicitur propriè contrahere,sed magis fidem absoluere , & obligationem implere:per tex.in l.si tibi pecuniam.xx.ff.si cert. pet. ibi, *ex soluendi causa magis quam alterius obligandi:* ad idem satis in simili facit,quod notat Soci.cons.xlviij.nu.4.lib.j.cuius sententiam referendo probat Dec. in d.l.si tibi pecuniam. nu.2.in fine. Idem Deci.in l.fi.nu.5.C.de pact. de quo inferius . Ad idem conducunt multa , quæ vtiliter cumulat Tiraq.lib.de iure marit.gl.viij.q.xxiij.nu.184. vsq; ad nu. 204.Ad idem facit, quod de necessitate ex iussu testato-

ris,

ris,vel alterius obligationis,ad remittendam iuris solennitatem,tradit Alex.consi.xxvij.lib.iij.& consi.lxii. lib.ij. & cons.ccxv.lib.vj.& quæ in simili tradit vtiliter Crot. in l.filiusfa.§.diui,ex nu.74.ff.de leg.j.Quæ iura & scribentium dicta,si rectè attendas, tutiùs procedunt in patre legitimo administratore, in quo sufficit causa sine decreto iudicis, vt superiùs tradidimus. Et ita in patre cessabunt aliqua,quæ ex scriptis Doctor. in aliis administratoribus obiici possent.Ad patrem enim legitimum administratorem trahenda non sunt cum lex multo plus ei tribuat, ut probauimus suprà in ij. parte. Cessabunt etiam alia quæ obiici possent,si intelligas hanc declarationem (vt eã scribimus) quando tale pactum apponitur in principio contractus. Tunc enim obligatio est magis necessaria, idque vrgentissimè probatur ex multis,quæ utiliter cõgerit Tiraq.uidendus in lib.de retrac.conuent.in fine,num.1.cum

52 multis sequen. Ex hac autem vera declaratione ad l.nostram,tollitur obiectio,quæ fieri posset ex text. notab. & difficili,in l.j.§.fi.ff de reb.eor.ad quem aptè infertur:cuius uerba sunt,*si minor vigintiquinque annis emerit prædia, vt quoad pretium solueret essent pignori obligata uenditori:non puto pignus valere, nam vbi dominium quæsitum est minori, cœpit non posse obligari.* Vides in illo §. rem minori uenditam pretio non soluto,conuentũq;,vt res obligata esset, quandiù pretiũ non solueretur:& tñ I.C.inquit pignus, uel hypothecã non ualere,quia cum semel res facta est minoris, impeditur obligatio ex prohibitione legis generaliter interdicẽtis alienationẽ rerũ minoris,sine causa & decreto. In primis aũt adducã aliqua, ex quibus patebit difficultas & rigor illius tex.contrarium.n. dicendũ uidereĩ ex suprà citatis,& quia pactũ illud pignoris,dũ pretium non solueretur,erat legi consentaneũ, uxta tex.in §.offerri.l.Iulianus.ff.de act. emp.& pactum iiuri consonum magis seruatẽ l.non impossibile.lj.ff.de pac t.gl.Bar.& omnes,in l. ea lege.C.de cõdic.ob.cau.Bar.in l.legitima.ff.de pac.Ias.in §. diui.j.lect.ff.de leg.j.nu.31.& præceden. Videbaturq; eo casu minor id facere,quod faceret prudẽtissimus paterfa. & consequenter iure cõmuni uti : nec circunscriptũ ullo

modo tunc dici posse, augeturq; ratio dubitandi, quia venditor verisimiliter aliter venditurus non fuisset, quæ ratio contrariam decisionem exigebat, vt colligi posset ex decisione tex. in l. si quis aliã xlvj. ff. de solu. ibi, *non accepisset rem integram:* & tex. in l. cum eiusdẽ. xxxiiij. ff. de ędil. edic. ibi, *nõ nisi omnes venditurum fuisse*. Nec erit leuis ratio dubitãdi ex eo, quod ibi tota conuentio vnica videbatur, vt sic minor aut totam probare aut tota recedere debere: iuxta tex. in l. cũ quæritur. xvij. ibi, *adolescenti aut in totum*. ff. de admi. tut. & in l. Caius. xxiij. ff. de manumis. Nec minus aduersabatur ratio iuris, qua illud pactũ vel obligatio rei vẽditæ pro pretio soluendo censebatur pars ipsius venditionis l. fundi partẽ. lxxix. ff. de contrah. emp. ibi, *nam hoc ipsum fundi pretium videtur, quòd eo pacto venditus fuerat*. Et sic vna, eademq; res in casu d. §. nõ debuit diuerso iure censeri: contra reg. l. eũ qui ædes. ff. de vsucap. Contra decisionem illius. §. facit ẽt iuris ratio, ne quis locupletetur cũ iactura aliena. quod ibi iniq; concedi vr̃ minori cõtra tex. in c. ex tenore vers. nos igitur. de fo. cõpe. Nec leuis ratio dubitandi insurgit ex decretis Pontificũ, arguendo de ecclesia ad minorem. Videretur. n. omninò seruandum pactũ obligationis, sicut in ecclesia in pacto resolutiuo fortiùs rñdet tex. in c. verũ, de condi. appos. obligatio autem erat leuior. ideoq; facilius admittenda l. fi. C. quæ res pignor. oblig. Bar. in l. si ita nu. 1. & nu. 3 ff. de auro & arg. leg. Nõ immeritò igitur subtilis Cuma. ibi mirabilem dicit decisionẽ illius. §. & Fab. de emp. & vẽd. vij. q. prin. n. 1. adeo ut Tiraq. de retrac. cõuen. in fine. nu. 13. putare se dicat esse mendũ in litera illius. §. sentiens, verosimilius esse, ꝙ I.C. contrarium voluerit, idq; confirmant ex allegatione Bal. consi. ccccxv. lib. ij. vbi Bal. d. §. citare uidetur ad contrariũ eius, quod habetur in litera communi: idemq; potuit Tiraq. aduertere apud Bar. in l. item quia, in fine princ. ff. de pact. vbi eundem. §. citat, quasi ibi obligatio minoris tenuerit, quod est contra literam illius text. Sed communis

¶ litera verissima est, tum quia ita habetur in libris Florentinis, quorum exempla circunferuntur: tum magis inspecta litera, quæ habet decisionem negatiuam, cui annectitur

tur ratio,quæ nullo modo congrueret decisioni affirmatiuæ:ostenditur etiam ex l.seq.in qua I.C.manifestè indicat præcedentem decisionem.d. §. negatiuam esse,vt communiter habetur,ideoque eam commendat,& limitat, vt nō procedat fisco vendente, quia tunc dicit valere eam obligationem,quę non ualeret,quando priuatus venderet.Veritas etiam literæ communis ostenditur ex eadem l. ij. ad finem,dum inquit:in priuato venditore opus esse imperiali rescripto ad ualidandam obligationem rei emptæ à minore cum prædicto pacto,vt obligata sit quousq; pretium soluatur. Verba autem d.l.ad exemplar Floren.& literam communem ita se habent: *Sed hic videtur illud mouere, quòd cum dominio pignus quæsitum est,& ab initio obligatio inhæsit. Quòd si à fisco emerit: nec dubitatio est,quin ius pignoris saluum sit. Si igitur talis species in priuato venditore inciderit:imperiali beneficio opus est,vt ex rescripto pignus confirmetur.* Patet igitur veram esse literam,vt in d.§.obligatio non teneat,licet ea decisio(vt dixi)rigore non careat, multisq; iuris rationibus aduersari videatur.Nec teneri potest, quod ad vitandas difficultates variando scribit Cuma.in d.§.ad finem & nu.1.vt eius decisio procedat, quando talis obligatio contraheretur post uenditionem perfectam,& sic ex interuallo. quasi contrarium foret. si à principio venditionis res obligaretur.Quę Cuma.declaratio æquitate non careat, iuuaturq; maximè ex his,quæ superiùs adduximus pro ratione dubitandi,ad decisionem d.§.Sed quid hæc prosunt? ¶ loquitur enim Cuma.contra literam.§.vt ex ea patet,ibi, *si emerit prædia,vt quoad pretium soluerit essent obligata*: & sic significat tex. euidenter, venditionem ab initio fuisse cū pacto obligationis,nec aliter,intelligi potest,cum non separet tempus pignoris à venditione. Idque magis constat ex d.l.ij.cuius uerba proximè retulimus, ibi, *ab initio obligatio inhæsit*: quæ verba consulendo expendit Ludou. Gozad.infrà citandus:& Alcia.in l.si tibi pecuniam, ad finē. nu.21.vers.nec ego ff.si cer.peta. licet nullus eorum Cuma.alleget,& eodē modo patet stare non posse declarationē Math.de Affli.in c.j.n.10.de feud.dat.in vic.leg. comiss. qui etiā pressus difficultate d.§.(de quo agimus)intellige-

bat, pactum obligationis ibi adiectum fuisse ex interual lo:quod est manifestè contra literam tex.vt proximè pon deramus cōtra Cuma.& ita labi etiam uidetur Neguzan. de pigno.iiii.par.principa.n.37. qui eodem modo respon debat. Vides igitur acerbum rigorem Vlpiani, in d.§. cum eius decisioni obstent plures iuris rationes superius adductæ,quibus rectè contrarium responderi possit:ut sic ¶ excusetur Ang.Perus.qui immemor illius tex.indistinctè scribit,in l.sin autem,ff.de pac.posse tutorem uel curatorem minoris emere & contrahere eius nomine adiecto pacto resolutio contractus:& ita ibi Iacobi.n.3. Paul.nu. 4.& Ias.num.11.in §.si filius, l.contra iuris:ibi præceden. Excusandus etiam Pau. Cast. qui consulendo immemor fuit illius.§.contra quem respondere uidetur cons.cccxviii.col.fi.lib.j.Sic etiam contra eundem tex.respondere ui detur Bal. cons.ccccxv. lib. ii. Sic etiam contra illum tex. eius immemor loqui uidetur Gozad.in l.ii. nu.144. C.de pact.inter emp.& uēd.simillter eiusdē tex.immemor fuit Cagno.in ead.l.ii.nu.56.& seq.Et denique eiusdem §.immemores fuerunt doctissimi antiquiores: dum in minore & ecclesia cum rigore respondebant nō valere obligatio nē,uel pactum resolutiuum circa rem emptam: cum debuissent opininem suam probare ex decisione d.§.quo nihil mel ius adducere poterāt:& mirū est eo oblitus illius tex.in qua obliuione fuerunt Franc. Accur.& Ioan.And. cū referens:& Albe.meminit tñ Pau.sibi contrarius, alio cōs.vt inf.probāt ex illo tex.opinioné.Ioan.An.quā repro bat in d.cōs.318.nu.4.Excusandus etiā est Curt.iun.cons. cxlvj.& seq.qui nō immemor illius tex.(& cauillādo)cōtra eum respondet,execratus(ut puto)nimium rigoré illius §. Sic etiam excusandus est Isernia in d.c.j.§.de feud. dato in vic.leg.cōmis.qui in simili q.Ioan.And.& antiquorum(quos non citat,sicut nec ipse ab alijs citatur)cōtrarium scribit,memor tamen.d.§. quem arguendo allegat, nec ei respondet: Math. autē Afflic.ibi respondebat contra literam,ut suprà.Vnde quilibet peritus satis cōperiet, quantus sit rigor illius tex. quātaque sit huius articuli dif ¶ ficultas. Ego ingenuè fateor,(si cōtra I. C. loqui liceret) contra-

contrariũ in ſpecie illius §. æquius & uerius uideri. Cõſidero enim iuridica & vrgentiſſima eſſe ea,quæ ſuperius pro ratione dubitandi ad illum tex. adduximus. Aduerto etiã minorẽ ementem, ibi venditoris rem cõſequi pretio nõ ſoluto,hypothecamq; eiuſdem rei fuiſſe, non alterius, quam pupillus anteà haberet: & ſic nullum erat incõmodũ minoris ex obligatione rei, ſed potius uenditoris:obligatio etiã tendebat ad ſoluendum pretium, quod neceſſariò ſoluendum eſt,ſi minor vult rem obtinere:& conſequenter uidebatur obligatio in cauſam neceſſariam quæ nullo modo vitari poteſt:quo reſpectu ſolet à iure permitti alienatio rei minoris,ut ſuperius deduximus: & ſic cõtra iuris principia uidetur ibi Vlpianus reſpõdere:approbando emptionẽ,& irritando obligationẽ eiuſdem rei emptę. Minus enim durũ fuiſſet totã cõuentionẽ irritare, ſed dãdæ ſunt manus reſpõſo.I.C.Vlpiani, cuius rigorem notare uidetur I.C.Paulus ibi l.ſeq.in illis uerbis, *ſed hic illud mouere uidetur*,& ibi,*pignus ab initio inhæſit*: *quod aduertit* Neguzan.de pigno.d.iiii.par.princ.num.35. cui addes, quod Pau.uidetur etiã ſugillare ratio. trad. ab Vlpiano: eo quod in illa ſpecie nũquã fuiſſe uidetur dominiũ quæſitũ minori,ſine uinculo obligationis, quæ ab init. inhæſit. Sic cõtra d.§.(ultra iã adduct.)urget tex. eiuſdẽ Vlpiani, in lege iiii.§.pen.ver.ſed & ſi minor.ff.de manumiſ.ibi,*nã & ſi pupillus emat æquum eſt eum fidem implere, cum ſine damno eius hoc ſit futurum*.Quẽ tex.ibi utiliter inducũt Bar.& Albe.ſub §.fi.plenius Benedict.Plumbi.in eadem l.§.pen. nu.4.notat etiam Bal.in l.una.q.x.nu.20. C.ſi ſeruus extero.Cõſtat igitur ex æquitate & iuris rationibus,iudicioque Cumani magiſque authoritate.I.C.Pauli,in d.l.ii.ff. de reb. eor. ſummum eſſe rigorẽ deciſionis Vlpiani in d. §.fi.l.j.(de quo agimus)qui tex.ad patrẽ legitimũ adminiſtratore trahi non poteſt rẽ:ut ſuperius probaui, in præceden.& colligitur ex inf.dicendis. Et inde inferendo eleganter ſignificat I.C.in d.l.ii.petendã eſſe in ea ſpecie,cõfirmationem obligationis à principe: quaſi dicat, tunc ſine dubio pincipem confirmaturum obligationem, idque à I.C.dictum puto,quia ſentiebat iuſtè facturum princi-

pem

pem cōfirmando obligationē, quæ iure ipso ualere debuisset: ut aliàs habetur, in c.j.de trāsac. Et diximus suprà hac par. in fi.nu.50.& ex hoc notabiliter colliges sentire I.C. ibi, nō cēseri difficilia quæ iure & æquitate à principe peti possunt, licèt ab inferioribus obtineri nequeant: licèt etiā in cōcessione derogandū sit iuris rigori q in simili ex grauibus Doct. tradit Soci. in leg. quidā relegatus, col.iii. vers.ii. infertur, ff. de reb. dub. Tiraq. de retrac. lignag. §. xxxij. gl. j. nu. 63. cui adde in simili. Pau. in l. omnimodo. §. imputari. C. de inoff. test. adde quod circa iustitiā multa à solo principe impetrari possunt, quæ nec ualde difficilia censentur. leg. diui. xxvii. ff. de pœn. leg. j. §. ult. ff. de quæstionibus leg. ii. §. fi. ff. si liber. ingen. esse dic. Sic gratia adoptionis uel legitimationis. l. ii. ff. de adoptio. l. quęris. ff. de nat. resti. Sic ex causa permittitur, ut à iuris regulis recedatur. l. si hominē. xxx. ff. māda. quā Bart. ibi dicit sing. & Fely. in c.j. nu. 49. de cōstit. Ias. in leg. nemo potest. j. col. ff. de leg. j. Ias. in l. nō solum. §. morte. nu. 37. ff. de nou. oper. nunt. Hispanus Xuar. alleg. xiiii. pag. ii. Infertur. cū decisio. dict. §. summo rigore procedat, rectè Cuma. ibi nu. 1. sentire tex. illū omnino restringendū ad suos terminos, nec ad alios trahēdū: facit. l. quod verò cōtra ff. de legibus & quæ notat scriben. in Authe. quas actiones C. de sacros. eccles. Infertur iii. quod cū tex. loquatur de minore emēte, & sic de causa onerosa, nō extendetur ad causam lucratiuam secundū Cuma. notabiliter ibi nu. 1. & exemplū huius restrictionis est, quādo aliquis donaret rē minori. aliquo pacto rem ipsam afficiente, quod inferius vltra Cum. expressis iuribus probabitur illatione. xxj. Infertur tñ ex superiùs adductis, nō esse uerā rationē differentiæ, quā tradit ipse Cuman. ibi dicens, pactum, de quo in eo paragrapho non censeri partē contractus, ut censentur alia pacta: quia illud erat ad securitatem conuentionis, quod ratione caret & satis corruit ex doctrina I.C. in dict. leg. fundi partē ff. de contrah. emp. teneo igitur restrictionem Cum. ob summum rigorē illius §. ex quo restringitur, ne ad alia pacta trahatur: improbo tamen rationē differentię. Cuma. Infertur v. quod cū decisio illius tex. trahenda non sit extra terminos

minos suos, iam facilius sustinebitur, quod æquius & verius tradũt Iser. vbi suprà in dict. c. j. de feu. dat. in vic. leg. com. vt minore uel ecclesia emente rem aliquam ualeat conditio uel pactũ addictionis in diem, & legis commissoriæ: quibus emptio ipsa resolui potest, & res à minore vel ecclesia auferri: licèt aliqui malè cõtradixerint: & sententiã Iserniæ, eo nõ relato satis probat Plumbi. in dict. l. iiii. §. pen. nu. 4. ff. de manumis. Nec admittenda esset iniqua restrictio ad hæc pacta in uenditionibus approbata, ut constat ex titulis. ff. de in diem addic. & de leg. commis. minor enim & ecclesia tunc iure cõmuni utuntur, nec ex illis pactis circunscribuntur, ideoque personæ in alijs priuilegiatæ sub regula illorum iurium compræhendũtur: iuxta notanter tradita à Dec. cons. v. idque satis probatur ex c. verum, de condit. appos. & in terminis ex l. si in emptione xxxvj. ff. de minor. vbi tunc ex causa læsionis minori conceditur restitutio, & consequenter præsupponitur ualere cõtractum, ut docet Imperator in l. ii. & l. si quidem. C. de præd. min. quod latius uide inf. illatione xiii. ad finé, vers. idé autem, & vers. iam igitur. Infertur vj. ex uera declaratione & restrictione. d. §. iam eius decisioné nõ obstare veræ traditioni An. Iaco. Pau. I. in d. l. sin aũt. & l. cõtra iuris. §. si filius ff. de pac. quos suprà retuli: ut scilicet tutor, uel curator minoris, administratorq; ecclesiæ: possint illis emere cũ similibus pactis & cõditionibus: quicquid respõdendo inuoluat Gozad. cõs. xv. ad finé ver. ad quartũ. Infertur vii. decisioné illius. §. iam nõ obstaturã ei, quod tradit Tiraq. in lib. de iure marit. gl. viii. n. 204. dicens se cõsoluisse, quod cũ mulier ante matrimoniũ emisset rem aliquã cũ pacto reuendendi, possit postea, contractis nuptijs, ex vi pacti ré restituere, nõ expectato cõsensu mariti, sine quo ex lege, statuto, uel cõsuetudine facultatem contrahendi non habeat. Quod apte confirmatur (ut ipse inquit) ex multis, quæ ibi tradit: cõfirmatur etiã ex ijs, quæ hic adduximus nu. 15. & nu. 24. Infertur viii. à maiori, quod hodie apud Lusitanos, quamuis maritus immobilia alienare nequeat sine cõsensu uxoris. l. reg. lib. iiii. tit. vj. poterit tamen libere retradere ei, à quo ante matrimoniũ emerat

cum

cum pacto reuendendi, cum ea alienatio non voluntaria, sed necessaria sit originemque habeat à tempore ante matrimonium. Infertur ix.non obstante decisione d.§.sustineri possit opinio Dec.in l.si tibi pecuniam.nu.5.ff.si cert. pet.ampliantis eleganter tex.ibi,limitantisq; tex.praecedētis parag.si pupillus.l.nō omnis, eo.ti.tradentisq; ut minor ex causa mutui transferat dominiū pecuniae sibi donatae eo pacto,ut eā mutuò daret. Multa enim iuuant opinionem Dec.cui obstare uideretur tex.in d.§.fi.de quo agimus , cuius immemor fuit Dec.eiusdē tamē memor ibi Alc.n.21.opinionē decis.ex illo tex.improbat:nec sine colore si literā respicias cui tamen responderi potest ex suprà dictis quod nullo modo extra suos terminos trahi debet.& pro Dec.eleganter inducas decisionē,& ratio.tex. d.l.iii.§.antepe.ver.nā & si pup.ff.de manumis.Infertur x. ex declarat.& restric.illius §. nō obstare eius decisionem ei, quod in facto respondit Soci.consi.xlviii.col.j.& ii.li.j. quē sequitur Dec.in l.si tibi pecuniam n.5.ad fi.& in l.nu. 5.C.de pact.ubi tradunt,quod mulier ex statuto prohibita alienare,uel dare marito ultra certā quantitatē: poterit liberè id facere de ijs quae sibi donātur eo pacto, ut vi de illis liberè disponat: quod tamē ita indistinctè scriptū, nō est uerum: debetq; intelligi,ut resoluo in Auth.excipitur inf.ti.seq.interim tamen ex suprà dictis tollitur obiectio,quae ex d.§.fieri posset contra Soci.& Dec.uideretur enim ex uerbis illius text.quod cū semel res peruenit ad personam alienare prohibitam,nō ualeret pactio adiecta in contrariū : sed(ut dixi)decisio illius §.non est trahenda extra suos terminos,habetq; diuersam rationē: vt constat ex suprà deductis. Infertur ij. ex vera declaratione d.§.eius decisionē nō obstare doctrinae gl. receptae, in l.seruus, C.de pact. & traditioni gl. etiam receptae,in leg.ij.in fine. C.de inut.stipul.sic non obstabit gl.in l.Titio centum,§.ii. gl.vlt.ibi,*tempore manumissionis* : ff.de condit.& demonst.in quibus locis & multis similibus, nemo videtur meminisse illius duri,§.nec Boeri.in simili.decis.clxxxii.n.34.& seq. Infertur xii.non esse verū,quod ex rigore illius §.scribunt quàmplures viri doctiss.in locis inf.proximè citandis, tra

hentes

hentes decisioné illius §. ad alia pacta resolutiua uel cõditionalia, in cõuentionibus minorum uel ecclesiæ: quod esset contra P.V.& cõtra iuris rationes, ut suprà. Hæc inferuntur ex restrictione Cumani ad d.§. probata ultra eũ ex multis iuribus rationibus: nunc autem subijciam alias illationes, ex rigore, expressaque decisione illius.§. Infertur igitur.xiii.ex decisione rigoreque illius, §.ibi esse casum notabilem, in quo unica conuentio scinditur, & pro parte approbatur, pro parte irritatur: ad limitationẽ d.l. Caius.ff.de manum. cum ibi notatis à Plumbino, & Boerius.ad eum: ad limitationem etiam tex. in d. l.cum quæritur.xvii.ibi.*aut in totum*,ff.de admini.tuto.utque ita limitentur, quæ sæpe tradunt scribẽ. quòd actus in totum debet acceptari uel omitti: ut latè Iason.in d.l.contra iuris.§.si filius, ex num.10. & seq.ff.de pactis.Infertur xiiii.notabilis limitatio ad regulam & rationem d.l.fundi partẽ.ff.de contrahen.empt.dum probat quòd talia pacta censetur pars pretij in uenditione: de quo copiosè agit Tiraq. d.libro de retrac.conuen. in præfa. ex nume.20. cum seq. tex.notab.in l.quinta.§.melior.ff.de in diem adiect.Bart. Ias. Ripa. in l.prima.§. si hæres.ff.ad Trebel. scrib.in l.ii. C.de rescind. vend. Infertur.xv.ex decisione.d. §. nouum exemplum. ad doctrinam, quam Bar.& alij colligunt ex tex.in l.Iul.§.si quis colludente.de acti.emp. ut succurratur tunc ei, qui cũ minore contraxit: ut agere possit, an minor uelit stare contractui: idq; iustius fieri tũc poteri, quã in specie.d.§.si quis colludente: cum hic non sit minor circunuētus, & ita magis militat ratio eorum quæ Doct.tradunt.de quibus suprà dixi num.63. Infertur xvi.ex decisione illius.§. limitatio ad id quod scriben. in uarijs locis notant, dicentes non censeri damnũ, amittere id quod erat acquisitum, si reuertatur ad eum, à quo processit: gl. & Doc. in l.eam quæ lviii. ad finem, ff. de dona.inter vir. & uxo.gl.Bar.& alij in l.si ita.xix.ff.de uerb.obl. ubi melius Ferret.latè Tiraq. in l.si unquam uerb.donatione ex nu.156.notat Hispanus à Couas Ruu.li.de spons.ii.par.c. iii.§.iii.nu.viii. Vides autẽ in d.§.(de quo agimus) rem ad minorem uenire à manu uenditoris, non tamen ei obligari,

ri, ne minor lædatur. Infertur. xvii. à Math. de Afflic. vnum notatu dignum, li. iii. const. Neapol. Rubr. v. nu. 16. ubi ex d. §. absque alio fundamento tradit: quod si habens feudum impetret à Rege, ut illud alienare possit, & vendat adiecto pacto pignoris, seu hypothecæ ipsius feudi, quousque pretium soluatur, uenditio ualebit, non autem obligatio: cum ex natura feudi nec obligatio, nec alienatio valeat absque consensu domini. Quod extollit idem Afflic. in c. j. xii. not. q. xxiiii. nu. 107. de prohi. feud. alie. per Feder. Sed hæc uera opinio Afflic. magis iuuatur ultra eum, alia cõsideratione. quia scilicet in ea specie cõsensus regius limitatus est ad vnã alienationẽ faciendam à primo feudatario, ideòq; extendi non potest ad aliam, alteriusq; feudatarij: cum rescripta non extendantur de casu ad casum, minusq; de persona ad personã. iuxta reg. c. cum dilecta, cũ ibi notatis, de rescrip. ca. ex parte. de offi. deleg. no. Bar. in l. j. §. interdũ nu. 4. ff. à quib. app. nõ lic. Iuuatur magis: quia permissio unius alienationis nõ extẽditur ad aliã maiorẽ uel minorẽ: ex tex. not. in l. si pup. §. si prętor. ff. de reb. eorũ. ibi, *qui aliud fecit, quã quod à prætore decretum est, nihil egisse.* Quod notant. Albe. & Cuma. & Bar. in l. sicut. §. si permiserit. ff. quib. mod. pign. uel hyp. solui. & Alex. in l. in actionibus. n. 2. ff. de in lit. iuran. & ibi Ias. nu. 13. Idem Ias. in l. in suis. nu. 28. ff. de lib. & posthu. & Anto. Burg. in Rub. extrà de empt. & vend.. col. vlti. vbi illum tex. extollunt. Ex quo vrgenter iuuatur opinio illa Afflic. quæ apud Lusitanos vtilis erit, in habentibus terram coronę Regię, quæ sine assensu regis nullo modo alienari, uel obligari potest, ex l. reg. lib. ii. tit. xvii. & ex d. §. si prætor aptè comprobabis, quod notabiliter inquit Pau. Cast. in l. quicunq; §. j. n. 2. ff. de institor. act. Inferri potest xviii. ad identitatẽ rationis, vt proxima illatio Math. de Affl. habeat locum, non solum in pacto, quo feudũ ipsum obligatur ab emente. iuxta terminos, in quibus loquitur Affli. sed etiã in pacto reuendendi: qñ scilicet feudatarius impetrata à Rege vendendi licentia, venderet adiecto hoc pacto reemendi. Ad hoc enim necessarius etiam esset regis consensus, cum sit diuersa alienatio, ad quam non extenditur simplex

plex licentia priori feudatario concessa. Faciunt, quæ notat Bart. in l. j. nu. 5. ff. ad l. Iuli. maiesta. sed tunc putarem attendendum cuius fauore concedatur ea licentia, an feudatarij vendentis, an ementis: vt priori casu extendatur concessio ad pactum reemendi quam alienationem vidimus inter virum nobil. & comitem illustrissimum. In-
53 fertur xix. vtilius & aptiùs, ad quæstionem antiquorum, quæ frequentissima est, an in venditione facta minori vel ecclesiæ, ualeat pactum reuendendi, seu reemendi. In qua Fran. Accurs. tenuit tale pactũ ecclesia vel minore emente pro non scripto haberi, venditionemq; puram censeri: & ita Ioan. And. ad Spec. tit. de pact. in prin. (vt suprà retuli) Et Alber. dicens ita decisum fuisse, in l. si ad resoluendam. C. de præd. mino. & Fabian. de empt. & vend. vii. q. princ. nu. 1. citans solum Ioan. Andr. eiusq; opinioné probãs, ex d. §. de quo agimus, & ex eodem opinionem probauit Pau. Castr. consil. cxii. ad fi. lib. j. refert Tiraq. in lib. de retrac. conuent. in fine, nu. 10. idemque Tiraq. retulerat in lib. de iure marit. fol. 250. secundum antiquã æditioné. Nam post. xxx. plus minus annos, eundé librum reformauit, & in nouo hanc. q. tantum tangit gl. viii. nu. 90. remittens se ad lib. de retrac. & in d. li. de iure marit. vbi suprà dicebat Tiraq. nõ uidere, quid responderi possit ad tex. in d. §. posteà autem in d. li. de retra. nu. 13. idem repetit, subdés tandé sibi persuasum, esse médum in litera. d. §. quod suprà cõfutaui: & eandé partem ex d. §. securè probat Gozad. consil. xv. & seq. Vides igitur in hac quotidiana. q. authoritatem Franc. Accur. Ioan. Andr. Alber. Pau. Cast. Fab. Gozad. vt pactum de retrouendẽdo non ualeat, qñ minor vel ecclesia emit. Vides etiam confessioné Tiraq. dicentis, non posse responderi ad tex. d. §. deinde ipse Tiraq. d. loco de retrac. nu. 11. ad corroborandam eam opinionem, aptè adducebat sententiam Innocen. in c. verum. de foro competen. quam aliqui sequuntur, ut per eũ ibi: cui adde Pau. Cas. in Authe. multò magis. C. de sacros. eccles. vbi extensè refert Innocen. & in fine citat Ioann. Andr. ad Specu. ubi suprà. Notabis tamen quòd Tiraq. d. numero 10. non bene citat in hac. q. Lodou. Gozad. in

duobus locis. Magis enim contrarium dicit eius, ad quod eum citat, ut statim uidebis. Idem autẽ Tiraq. vir doctus & mirè diligens in eodem loco, nu. 2. in fine, refert Iacob. Butri. contrarium uolentem, imo quòd tale pactum de retrouendendo valeat, & obseruari debeat, ecclesia vel minore emente: ad idemque refert Pau. qui consulendo (sibi contrarius) hoc asseruit, consi. cccxviii. col. vlt. lib. j. Bene etiam ad hanc partem citat Bal. consi. ccccxv. lib. ii. aliqua etiam notanter adducit in confirmationem huius sententiæ: cui adde pro hac stare apertè Gozad. sibi contrarium, in repe. l. ii. nu. cxliiii. C. de pact. inter empt. & vend. vbi malè allegat Ioan. An. qui contradixit, vt suprà. Hanc partem etiam apertè quasi sine dubio sequitur Neguz. de pigno. iiii. parte princi. num. 37. immemor eorum, qui cõtradixere: hanc partem etiam magis uidentur probare, licet generalibus verbis, Ang. & Iacobi. in l. *si in autem. ff.* de pact. & specificè Pau. nu. 4. & Ias. nu. 11. in d. §. *si filius.* l. contra iuris, eo. ti. quamuis videantur tandem remittere ad Ioan. And. contradicentem, ideoque Gozad. in d. consi. contendit, Paul. & Iaso. in d. §. adduci magis debere pro contraria parte, in quo cum Gozad. digladiatur Curt. Iun. consil. cxlvi. consil. seq. Ambo enim in hac. q. consulti contraria responderunt, & vterque conatur in suam partem adducere Pau. & Ias. in d. loco. Addo etiam pro hac parte apertè Boer. decis. clxxxii. nu. 35. ubi ita intelligit, citatque Pau. & Ias. in dicto §. si filius, vt etiam facit Neguzantius, dicto loco, & sic contra allegationem Gozad. in dicto consilio. Vt autem priùs liqueat de numero aduertas hanc partem magis placere Tiraq. in d. loco. num. 3. cum ob id putet corruptam esse literam d. §. Similiter hanc partem uidentur magis probare Docto. dum communiter reprehendunt opinionem Innocen. in d. c. *verum:* concludentes, ualere pactum expressum resolutiuũ contractus contra ecclesiam, vel minorem tali pacto ementem, vel ex causa donationis recipientem: vt copiosè refert Tiraq. in d. loco. nume. 14. & vltra eum Anchar. consi. ccxvii. nume. 2. Isser. & Afflict. nume. 10. in d. c. j. de feud. dat. in vi. leg. commisso. & securè Soci. consi. xlviii. num. 5. lib.

lib.j. & Hiſpan. à Couas Run.lib.j.reſolut.c.xiiii.num.6. verſic. qui omnes: & colligitur ex Præpoſ. in c. verum de cōdit.appoſ.ex qua relatione vides Doct.variare, ſed hāc receptiorem opinionem videri,contra quàm forian putauerit ipſe Tiraq. hoc ex profeſſo tractans.Cur.autem Iun. d.conſi.cxlvii.nu.1. & conſ.præced.timens opinionem Io. And. & deciſionē d.§.fi.l.j.ff.de reb.eor.(de quo agimus) excogitauit in minore emente,nouam differentiam:diſtinguendo,an minor emat, an eius tutor vel curator.In priori caſu intelligit procedere text. in d.§.fi. & ſimiliter opinionem Io.And.vt tunc nec obligatio,nec pactū valeat.In ſecūdo aūt quādo tutor vel curator nomine minoris emit, intelligit contrariā opinionē,vt ſcilicet obligatio & pactū teneat. Quam diſtinctionem probat etiam ſuccinctè Cagnol.in l.ij.num 57. C.de pact.inter empt. Sed eam differentiam futilē cenſet Tiraq.ind.loco, nu.10.& priùs Gozad.d.conſ.xv.ad finem,quem in hoc malè cum Curt.iungebat Tiraq.Antequàm verò aperiam,quid veriùs putem in hoc articulo, non dubito rectè Tiraq.& Gozad.improbaſſe differentiam illam Curtij & Cagnol.nec eam ſtare poſſe ad text. in d.§. de quo agimus: cū enim loquitur de minore emente,intelligitur per ſe,vel per curatorē: quia eadem ratio eſt, & vtroq; caſu pariter militat prohibitio legis,quàm I.C.ibi reſpexit: & ita ſentiunt communiter Doctor. ſi eos attentè legas,maximè dum æquiparant minorem & eccleſiam,iuxta c.j.de in integ.reſtit.licet quoad alia facilius præſumatur fraus, & læſio minoris per ſe contrahētis,quàm per curatorem,Angel.& Cuma.l.apud Iulianum, §. contractum, ff.quib. ex cau.in poſſ.ea tradit Card. Pariſ.conſ.xcviii.nu.2.& conſ.ſeq.lib.j. Iam igitur reiecta diſtinctione & differentia Curt.& Cagno.omiſſaque ſcribentium varietate,æquiorem,verioremq; cenſeo ſecundam opinionem,cōtra Io.And.& Alber. vt ſi minor, vel eccleſia emat cū pacto reuendendi, quia venditor aliter alienare noluit, pactum valeat, omninoq; ſeruari debeat:quia cōtrarium eſſet longè iniquum, & reipub. perniciosum: auferret enim res ſuas hominibus contra fidem conuentionis,quod dici nō debet,iuxta l.j.§.ſi conueniat,

T ff.de

ff.de pos.& cõtra doctrinã tex.in l.in commodato. xvij.§. sicut.ff.cõmod.ibi, *non decipi beneficio oportet*: Probatur ét, quia pacta resolutiua contractus licita censentur,& indistinctè à iure approbantur, vt deduximus suprà in v.illatione. Sed vrgentius probatur hæc sñia,& iudicio meo euidéter: quia videmus summos Pontifices in sacris canonibus admittere talia pacta resolutiua contractus, & in specie pactum reuendendi, si non habet labẽ vsuræ c.ad nostram, de empt.& vend.c.illo vos.de pign. & vtrobiq; scrib. & in c.conquæstus, de vsur.notat Chas. deci.j.de vsur. & alibi sæpe scrib. Ergo approbatio iuris canonici non potest non compræhendere ecclesiam, personasq; ecclesiasticas, & eadem ratione minorem, similemve personam priuilegiatam: quod mihi probatur ex doctrina I.C.in l.verum, xii. §.sciendum.ff.de minor.ibi, *causa cognita si capti esse probentur*: & ibi, *sobriè rem suam administrans*: & ibi, *nec enim euentus, sed inconsulta facilitas*: & inferius. *Nec enim captus est emẽdo rem necessariam, licet maritalem*. Facit etiam doctrina tex. in l.quod si minor.§.non semper, eod. tit. ibi, *nisi manifesta circunscriptio sit*. Facit l.j.C.si aduers.dona. Nec talem restrictionẽ patitur decisio, ratioq; l.ij.C.de pac. inter emp. quæ ratio magis militat in ecclesia emente, quæ nulli laqueũ iniicere vult, nec in actibus suis fraudẽ admittere c. per tuas, ubi gl.& Doc.de don. Probabitur ét hæc sñia ex traditis in sequenti illatione, in qua rñdebimus d. §. quo
54 contra dicentes fundant suam opinionẽ. Infertur.xx. vtiliter ad intellectum tex.in l.si ad resoluẽdam.C.de præd. minor.cuius uerba hæc sunt: *si ad resoluendam donationem, quam in emancipatum te pater contulerat, min.xxv.ann. cautionem ei emisisti: cum huiusmodi scriptura contra senatusc. data sit, non oberit iuri tuo*. Nãq; ex decisione illius l. inquit Alb. ibi fundari opinionẽ Fran. Accur. quam proximè improbauimus: & eandem l.pro ea opinione adducit Tiraq. in d.li.de iur.mari.fol.250.secundum antiquam æditionem, idem aũt Tiraq.d.lib.de retract.conuenti.in fi.nume. 12. inclinans in contrariam partem, respondet ad eam. l. cum expositione gl.ibi, in uerb.emisisti: uidelicet quod ibi resolutio donationis fiebat ex interuallo: quã expositionẽ probat

bat etiam Cuma.in d.§.fi.l.j.ff.de reb. eorum., numero 1. Paul.consi.cccxviij.col.fi.lib.j.& apertè Saly. in d.le.si ad resoluendam:& sic expositio glo.recepta uidetur,secundũ quam cessat argumentatio Albe.Io.And.& aliorum,quia quæstio de qua agimus,procedit,quando pactum resolutiuum contractus uel donationis ponitur à principio: nec ¶ est diuinatoria expositio gl.quia si attẽdas ad uerba illius l.apertè uidebis,donationem fuisse perfectam ac proindè minor non poterat amplius rem distrahere,nec ea translatio poterat dici incontinenti fieri,sed ex interuallo : ut in simili notabiliter tradit Neguz:de pign.iiij.part.num.35. uers.nihilominus, cũ seq. Suadetur hoc ex uerbis d.l. ibi, *contulerat*: significat enim perfectã donationem : suadetur etiam ex uerbo *emisisti* : nec enim poterat mitti cautio re¶ solutiua donationis,nisi ex interuallo. Nec uidetur lex illa,rectè à Docto.adduci in proposito ad pactũ in conuentione appositum,à principio,uel ex interuallo:ibi enim(si benè aduertas)non agitur de pacto uel conditione,sed de reuocatione simplici & pura,eius quod actum erat:atque ideò sicut donans non poterat reuocare,quod dederat,iuxta legẽ perfecta.C.de don.quæ sub mo.dist. ca. uerum,de cõditione appo.ita donatarius minor.uel ecclesia,quibus iura interdicunt facultatẽ alienandi,non potuit refutare donatum l.magis puto.§.fundum.ff.de rebus eorum. allegatur aũt sæpissimè d.leg.ad illud uulgare, quod solennitas requisita in contractu, debet interuenire in distractu :
¶ de quo plenè Tiraq.d.lib.de iure mar.gl.v.ex nu.12.In eadem l.cauendum est à gl.j.dum exponit,*tradendo*, uidetur enim exigere traditionem,ut sit locus decisioni illius leg. Sed contrarium dicendum est,ut sufficiat donationem factam esse,ex qua competeret actio ad rem donatam:sicut enim in rebus minorum prohibetur alienatio post dominium quæsitum,ita quando actio competit ad rem immobilem:secundum gl.receptam,in l.j.C.si aduer.transf.& dixi latissimè suprà in Rub.in xij. cõclusione. Et ibi traditis adde Beroum.in cap.nulli nu.73.de rè.ecclesf.non alie.notat in simili Alexan.consi.xxvij.lib.iij. quem sequitur Tiraq.de retract.conuention.in fine, numero 108. Infertur

xxj.ex proximè deductis, quod si à principio cum fit donatio minori uel ecclesiæ, adiiciatur pactum: modus, uel conditio: etiam ad resolutionem donationis, vt res reuertatur ad donantem, uel ad alium, absq; dubio seruabitur quod conuentum erit: quicquid ex Innoc. dubitasse uideat Pau. Cast. in Authé. multo magis. C. de sacros. eccles. hoc enim receptius est, per tex. in d.c. verũ, de cond. appos. c. pontifices. xij. q. iij. notant Doc. in variis locis, ut tradit Tiraq. de retrac. conuen. in fi. nu. 14. Hispanus à Couas Ruu. d. li. j. resol. c. xiiij. n. 6. Anch. & Soci. in locis suprà citatis. Quod etiam in minore, cui res donatur eo pacto uel onere, probat tex. in l. causam. xx. ff. de manumis. l. si rogatus ff. de manu. vin. quibus iuribus & authoritatibus probatur differétia & limitatio quam tentabat Cuma. in d. §. fi. distingués inter causam lucratiuam & onerosam: sed non ideò putes similia pacta in uenditione vel emptione minoris non esse seruanda: esset enim contra ueriorem & receptiorem sententiam, vt suprà: planiùs autem seruantur in donatione in qua minor uel ecclesia agit tantum de lucro. Dictis autem in hac illatione & præce. negare non possum, non parum obstare tex. in d. §. fi. sæpe sæpiusq; adducto: vtque facilius admittatur quælibet responsio, aduertat lector, non hic defendere principaliter duo vtilissima huius illationis & præcedentis, non solum uera, sed magis communia. Igitur quoad casum donationis satisfacit responsio Cuma. quod tex. ibi loquit̃ de véditione & cã onerosa, vt extendi non debeat ad donationem, causamq; lucratiuã, quod proximè vltra cum iuribus & authoritatibus probauimus: idq; suadet ratio, cum minor semper agat de lucro in donatione, non ita in emptione. Facit l. ad res donatas. ff. de ædilit. edic. l. diuus Pius. ff. de reg. iur. Magis obstat durus ille. §. veriori receptioriq; opinioni in pacto reuendendi, quam defendimus in præceden. illatione: ratio. n. d. §. ibi, *Nam vbi dominium:* omnino congruere uidetur emptioni minoris cum pacto reuendendi. Nec subtineri potest responsio Matthæ. Afflic. & Neguzan. & aliorum dicentium, quod in eo textu pactum erat ex interuallo. Est enim aperte contra literam, vt suprà deduxi. Vnde confugiendum

¶ fugiendum uidetur ad ea, quæ cum Cuman. ſuperiùs probauimus de ſummo rigore illius tex. nullo modo trahendi extra caſum ſuum, nec ab eius ratione arguendum eſſe: tum quia in contrarium ſunt plures iuris rationes: tum quia in ſpecie eandem rationem. d. §. impugnat lex. C. in lege ſequenti & alibi idem Vlpianus ſecum quodam modo pugnans, vt ſuo loco ſupra oſtendimus. Poſſet etiam aliquo colore conſiderari ratio differentiæ inter obligationem, (de qua agit ille paragraphus) & pactum reuendendi, (de quo eſt quęſtio noſtra.) Ibi enim hypotheca rei emptæ præſupponit rem ſtare penes emptorem: ideoque ſi is minor eſt, exigit ibi text. ſolennitatem in alienationibus neceſſariam. At pactum reuendendi ab initio afficit emptionem indicans rem firmiter non exituram penes emptorem: vt etiam minor emens non habeat poſteà, de quo conqueratur, nec cur recuſet reſtitutionem rei, ſecundum legem conuentionis, argu. tex. notab. in d. cap. pontifices, & in lege vtique xvj. §. j. ff. de rei Vendicatione ibi, *licèt ei perierit*: & leg. arboribus: xij. §. nauis. ff. de vſufruct. ibi, *etenim ad hoc paratur*: & tandem quæcunque euaſio à rigore d. §. admittenda eſt. Inferebat ex d. §. (& ſic xxij.)

55 Bald. in l. final. C. commod. numero 2. quod res vendita non cenſetur obligata venditori pro pretio ſoluendo: vt ita limitetur tex. in l. Iulianus. §. offerri ff. de action. empt. ibi, *quaſi pignus retinere poteſt*. Loquitur enim text. de iure retinendi tantum, antequam tradatur à venditore, non ad effectum agendi poſtquàm traditur. Ex quo vtiliter infert Bald. in d. l. fin. quod venditor (apparentibus alijs creditoribus) non poterit præferri: quia hypothecam non habet, nec priuilegium in re ipſa uendita & tradita. Quòd extollit idem Bald. in l. eum cui. C. de act. & oblig. Alex. in l. ſi cum dotem §. fin. col. fi. ff. ſolu. matr. Neguz. de pignor. iiij. parte princ. nume. 35. Rip. in lege ſi uentri. §. in bonis. nu. 6. ff. de priuil. cred. de quo tamen reddenda eſt reſolutio Paul. in l. procuratoris §. ſi plures. ff. de tributo. actio. Iaſ. in l. creditor. j. ff. ſi cer. pet. Sed optarem ut Alex. & Neguzan. nobis explicarét, qualiter Bal. colligit ex illo tex. hoc

¶ quod modo retulimus. Ego autem puto Bal. pro ingenio & erudi-

& eruditione, id collegisse ex d. §.iuncta l. sequen.in qua habetur,quod si minor emat à fisco, tunc valeat obligatio rei emptæ, eo quod secundum gl.Bar.Bald.& omnes ibi, bona minoris tunc obligantur à lege,sicut aliorũ,qui cum fisco contrahunt:(de quo agemus forsan in authen.seq.ne locus hic plus satis oneretur) quo præsupposito patet inductio d.§.Si enim res vendita de iure censeretur obligata venditori pro pretio, non diceret text. ibi nullam esse obligationẽ,sed magis eam planè validam assereret,quia conuentio esset iuri conformis: quæ inductio necessaria est, & ex ea cum Bal.eleganter declaratur text.in d.§.offerri.in verbis suprà citatis,vbi gl.verbo,*retinere*: idẽ sentire videtur,& vltra Alex.& Neguz. ita ad d.§.offerri.notant Bar. & Alber. in l.creditoris, §.dominus,ff.de furtis: de quo text.alibi plura scribimus:hęc ad d.§.prolixius tractata,doctis fortasse non displicebunt, cõtinent enim mul-
56 ta vtilia, nec vulgaria. Tractatu dignum est,an text.hic prohibens alienationem & donationem, procedat in patre, filioque nobilibus: videmus enim procuratorem vel administratorem,quantumcunque liberam potestatẽ habentem,non posse donare ex bonis sibi commissis.l.contra iuris.xxix.§.fin.ff.de pact.l.creditor.lx.§.Lucius, ff.mand. quẽ extollit Bal.in.l.j.ff.de milit.testa. l.si quis vxori.liii. §.si seruus meus,ff.de furt.melins probatur in l.filiusfam. vij. in princip.ff.de donat.quæ nihil aliud dicit.Et in procuratore reipub.ne donare possit,est bonus text. in l.iii.§. planè, ff.quod vi aut clam: quem notat Bald.in c.ex literis,num.2.de probat.facit text.in l.j.versic. denique, ff.de offic.procur. Cæs.vbi vltra alios nouissimè eleganter scribit egregius Doctor Hispanus,Ioannes Oroscius:quæ iure manifestè loquuntur in babente mandatum etiam cum libera, tam à lege, quàm ab homine. Et sic quoad donandũ non est differẽtia inter habentem potestatẽ à lege, vel ab homine: vtrique enim facultas donandi pariter negatur. Vnde cauendũ est à Pala.seu Ioan.Lup.in rep.Rub.§.lxvj. num.29.qui contra iura illa,& receptas sententias,in donatione distinguebat mãdatum legis à mandato hominis, malè citãs Bal. qui verius contradicit,in d.l.j.§.j.ff.de offic.

fic.proc.Cæſ.ubi gl.& Bart. ita ueriùs ſentiunt in caſu do nationis, licèt aliqualiter diſtinguant in alio genere alienationis: ut per Iaſ.& nouiores ibi: & ita aperte Paul.in d.l.filiusfam.Bart.& Pau.in l.procurator cui generaliter, ff.de procur. ſcrib.in l.præſes, C.de tranſact. & alibi ſæpe
57 Docto. ut per Iaſ.in d.l.contra iuris, §.ſi filius,ex nu.2.In patre autem,filioq; nobilibus(ut dixi)uideretur permittendum,ut ſaltē cum moderamine pater legitimus admi niſtrat.donare poſſit.Sic enim d.l.filius, ff.de donat.verſ. nonnunquam,ex cauſa nobilitatis id permittere uidetur, *filium ſenatoris vel alterius dignitatis*.& ibi notāt ſcriben.ad limitationem prædictorum iurium:notat etiam glo.in d. l.cōtra iuris.§.fi.uerb.nō habere: pro quo etiam adducitur melior tex. in l.cum plures.xiiii.§.fin.ff.de admi.tut. ibi,*pro facultate patrimonij,pro dignitate nataliū conſtituet alimenta ſeruis,libertisque nonnunquam & exteris, ſi hoc pupillo expediat præſtabit: ſolennia munera parentibus,cognatisq; mittet*.Quod loco I.C.tutori aliqualiter donare permittit ob nobilitatem pupilli,quod ex Innoc.extollit Roma.immemor illius tex. in d.l.filius.nu.3.& ibidem Cuma.n.7.nec meminit nouiſsimus doct.& dilig.Riminal.in §.j.nu.111. Inſt.quib.alien.lic.Sed eū tex.ad hoc cōmendauit Barba. in c.j.de donat. & cū eo Pala.in d.Rub.§.ix.n.5.Alex.in l. pact.curat.nu.3.C.de pact.& ibi Iaſ.& nouiores,Iaſ.in d. §.filiusf.l.cōtra iuris.n.7.Curt.in l.præſes.n.10.C.de trāſact.& alibi ſæpè ſcrib.ut per Tiraq. de nobil.c.xxxvii.ex nu.35.& Fely.conſi.xvi.nu.18. Ego autem puto ſcriben. in locis proximè citatis incautè talem poteſtatē donandi permittere procuratori, uel adminiſtratori,uel tutori,reſpecto ſolius nobilitatis eius negotia gerit, bonave adminiſtrat.Priora enim iura indiſtinctè loquūtur,nec eſſet æquum, eam prerogatiuam concedere gerentibus negotia nobilium.Poſſet enim fraus fieri, cui obuiandum eſt:idq; magis probo ex.dic.§.fin.l.cum plures,quem ſcriben.malè citāt,ubi ſuprà:& Aret.conſi.xxiiii.col.fi.nu.13.& ſeq. Iaſ.in l.ſi fortè.§.libertus,col.iiii.ff. de cond.inde.Loquit enim tex.ibi tantum in expenſis neceſſarijs, ibi, *mercedes præceptoribus*: & ibi,*alimenta ſeruis*: ſic etiā procedit quod

ibi subdit I. C.circa munera solennia, ut statim explicabo. ¶ Nec obstat, si replicetur ex eodem text. ibi, *& exteris*: qui casus non continet necessitatem. Respõdeo enim, & retorqueo literam: quia I.C. id simp. non permittit, sed quando ita suaserit maior vtilitas minoris, ut patet ex litera ibi, *si hoc pupillo expediat*: probatur magis ex eodẽ tex. vbi etiã stante dignitate natalium, subdit inferius, non licere tutori dotẽ prestare sorori pupilli ex alio patre, & rationẽ assignat, quæ nostrã consideratione contra scriben. probat ibi, *nam & si honestè ex liberalitate tamen fit*: Nec obstat tex. in d.l. filiusfam. ver. nonnunquàm: loquitur enim tantum in mandat patris de filio cõfidentis adiecta libera potestate post alia uerba plenissima: nec ea lex donationẽ indistinctè permittit, sed ex causa: nec text. ille exorbitans, rectè ad diuersos terminos extenditur à Bal. & alijs, quos citat Tiraq. d.c. xxxvii. n. 35. de nobilit. cũ ibi mandatum expressum verbisq; plenissimis, & qualitas filij copulatiuè concurrant, nõ ita in alijs casibus. Nec omitto aliud notatu dignũ circa intellectũ tex. in d. §. fi. l. cùm plures. ff. de admini. tuto. ibi, *solennia munera*: circa quæ uerba uideo Doct. latenter uariare. Albe. enim ibi exponit solẽnia, pro consuetis à patre pupilli præstari, & ita gl. in §. fi. l. ibi seq. verb. nuptiale. Bar. autẽ in d. § fi. simpliciter intelligit solennia munera, pro solitis præstari, nec addit à patre minoris: & nõ citato. Bart. ita intelligit Zas. in l. ii. uersi. deinde ex his: verbũ, solennie. ff. de orig. iur. cui accedit Spiege. in lexic. iur. & ultra eos Bal. in l. ii. nu. 2. C. de iure dot. Pala. in Rub. §. vj. nu. 3. & §. xlv. num. 10. Ado in alio proposito circa uerbum, solennia, authoritatem Connani, li. viii. c. xj. pag. ccccccxlv. eleganter tractantis sensum Vlpiani in l. si stipulata. xxxiii. vel. xxxiiii. ff. de donat. inter vir. & vxo. ubi tamen in libris cõibus & emendatioribus uerbum, solenne, diuersam significationẽ habet. ¶ Mihi autẽ placet interpretatio Barto. à nouioribus non citati, & consequenter Zas. licet contradicat minus bene Aldrobrandi. in §. ad certum. Insti. qui testamen. tuto. ad finem, ubi cõtra fidem omnium codicum iungit nomẽ, solennia, verbo præstabit: & nomen, munera, verbo mittet: cum uerbum præ-

ſtabit, referatur ad præcedentia, utrunque autem nomen, ſolennia munera, refertur ad verbũ, mittet, quod ſequitur: & Aldroban. interpretatio deterior eſſet pupillus, & minoribus: quia nomen, munera, per ſe latius patet, quàm iunctum uerbo ſolennia, ut conſtat ad ſenſum: & ſic reſoluendo intelligo, tex. in illis uerbis permittere tutori, ut mittat conſueta munera parentibus, coniunctiſque pupilli: quod iuuatur ultra omnes ex uigore conſuetudinis id certis tẽporibus admittentis: unde ſolennia appellantur, quæ certa cõſuetudo alibi minores aſtringit. l. ſi ſine. xxiii. & ibi Barto. ff. admin. tuto. notat in ſimili gl. in d. l. iii. §. planè. verb. municipales. ff. quod ui aut clam. Iuuatur etiã, quia tunc cõſuetudo ipſa reciproca eſt, ut ita mittantur munera minori, ſicut tutor pro eo mittit: facit tex. celebris in l. de fideicommiſſo. vbi Alex. C. de tranſact. tunc etiam militat ratio pudoris, qui uiolaretur eundo cõtra talẽ cõſuetudinẽ, argu. l. Quintus. xlviii. ff. mand. ibi, *propter ſuam exiſtimationem* & ibi: *pudori ſuo:* & tex. in l. in eadẽ cauſa. x. ibi, *ſine dedecore:* ff. ex quibus cauſ. maio. tex. in l. pecuniæ. viii. ff. de alim. & cib. leg. ibi, *verecundiam quoque:* & ibi notat Bar. Bal. etiã in c. ſciſcitatus nu. 4. de reſcrip. Iaſ. in l. ad egregias nu. 8. & in repe. l. admonendi. nu. 174. ff. de iureiur. & in l. non ſolum. §. morte. nu. 36. ff. de noui oper. nuntia. Ex ea de pact. nu. 403. uidetur enim tunc cauſa pudoris neceſſitatem inducere per illa iura & Docto. in ijs locis, notatq́; Affliſt. deciſ. cccxv. n. 9. Diſplicet autẽ expoſitio Alberi. & gl. de qua ſupra proximè. Nec enim tutori uel minori permittendum eſt donare, eo ꝙ pater ſolitus eſſet donare. Talis enim particularis volũtariaq́; cõſuetudo abſq́; præcepto non afficit filium, uel alium ſucceſſorẽ, ut patet ad ſenſum: & colligitur à fortiori ex Bar. in l. ambitioſa. nu. 4. ff. de decre. ab ord. fac. ideoq́; ſanior eſt interpretatio, ut ſolennia munera intelligantur ex generali & mutua cõſuetudine loci. Sed tũc obſtare uidetur tex. in l. ſeq. xiiii. §. in ſoluẽdis. ff. eo. vbi I. C. inquit, nec nuptiale munus ſorori pupilli mitti poſſe: cui difficultati nullo pact ſatisfaciunt reſponſiones gl. ibi, quarum prima iniqua o inepta eſt: ſecundam uerò modo reprobauimus:
Nec

Nec satisfacit solutio Bart. in d. §. intelligentis solénia munera tũc permitti, quando cõsueta sunt, nec secundũ honestaté omitti possunt: tex. uerò in d. §. in soluendis: loqui de muneribus nõ cõsuetis, & quæ sine offensione honestatis ¶ omitti possent. Cõtra Bar. enim aduerto, ꝙ eius interpretatio stare posset in exẽplo matris nubentis, cuius nuptiæ tristes sunt filijs prioris matrimonij. At in exẽplo sororis nubẽtis (de quo etiã loquitur tex. in d. §.) nihil magis cõsuetũ, nec magis honestũ ex hominũ moribus cõstat quàm fratres munera mittere, sororũque doté iuuare. Vnde alia interpretatio inuestiganda est, uideturq; dici posse, ꝙ tex. in d. §. fi. l. cũ plures, non constituit regulã, sed tantũ loquitur de nobilibus, secundum cõem allegationem, quorũ tutoribus solénia munera permittit. Tex. auté in d. §. in soluendis, intelligatur regulariter in pupillis non nobilibus, nec tã amplo patrimonio abundantibus: ut in simili distinguit I. C. in d. l. filiusfam. ff. de dona. vbi casus nobilium pro exceptione ponitur. In patre auté (quæ nostra quæstio fuit) resoluo ex suprà dictis, vt regulariter, nec si nobilis sit, donare queat aduentitia filiorũ, nec ad eũ extendatur decisio tex. in d. l. filiusfami. versi. nonnunquàm, cùm loquatur de commissione expressa ab homine, ut in simili notat gloss. in dicta l. iii. §. planè, uerb. data. ff. quod vi aut clam: Doctor. in dicta l. j. ff. de offic. procu. Cæsa. Nec lex in his admittit donationes ex affectu, vel delitijs, sed ex iustis causis: ut eleganter inquit Vlpian. in l. illud. xvj. ff. de manum. uindic. nec patri libera potestas cũ dispendio, sed cum utilitate liberorũ committitur l. generaliter. C. de secund. nupt. Bald. hic ad finem: & deniq; commissa admini
58 stratione nõ venit donatio l. fi. ff. de curat. furio. Circa eandem prohibitionẽ huius tex. dubitari potest, an procedat quando pater alienare uelit, transferendo rem in eum, à quo filios eam habuit. Aliqui enim non sine colore putabunt, facilius tunc alienationẽ permitti: quod suaderi posset ex eo, quod consuluit Paul. quem refert Ias. in l. cum filiusfa. nu. 168. ff. de leg. j. dicens, ꝙ statutum exigens authoritatem consanguineorum in cõtractibus mulierum, non habeat locum, si mulier donet rem ei qui sibi donauerat:

uerat:idq; magis probat Bauer.in rep.d.leg.cum filio.nu. cxxxxvii.Posset etiam pro hoc adduci glo. in leg. ea quæ. lviii.verb.conuersa.ff. de donat.uir. & uxor. & gl. similis, vbi Bart.& scriben.communiter, in l.si ita stipulatio.xix. ff.de uerb.obl.quibus habetur nõ censeri damnum, si quis amittat lucrum iam quæsitum, quando illud reuertitur ad eum,quo prouenerat:& ita Ias.& plures alibi,ut retuli suprà hac parte, nu.lii.illat.xvj. Sed contrarium puto verius, imo quòd pater administrans bona aduentitia filij, non magis posit donare uel alienare in eum, à quo bona prouenerant. Nec enim sustentabilis est opinio Paul. in d. consi. vbi nec ipse satis eam asserit: contrariumque magis probat Ias.in d.l.cùm filio, numero 170.quem sequitur Tiraquel.in l.si unquàm,uerb.donatione, numero 158.licet in hac re dubitasse uideatur: sic etiam idem Tiraquel. dubitans,lib.de iure marit.gloss.v. numero 54. in simili consuetudine citat consilium,Paul.Sed tandem,nu. 56.in fine, magis probat contrarium, ut sic solennitas legis uel statuti, in alienatione mulieris uel minoris necessaria sit, etiam si alienatio fiat in eum, à quo res obuenerat:quod suadetur vrgenter ex l.ii.C.si aduers. donat.& l. si ad resoluendam. C. de præd.mino. Sed ultra Doctor. magis probatur ex tex.& eius ratione in l. j. §. ulti. ff. de rebus eor. de quo superiùs latissimè diximus. Maximè, quia in hac specie cessant ea, quæ contra decisionem illius tex.adducebamus,eius enim rigor tantùm notari potest,quatenus loquitur de pacto adiecto in initio contractus:hic autẽ loquimur, quãdo res liberè tradita est filio vel mulieri:& sic dominiũ perfectè transijt, re nullo modo affecta,aliquo onere obligationis,uel reuersionis:facit gl.l.ii.in fi.C.de inuti. stipul.*incipit*; & glo.l. seruus. C.de pact. Ex quo infertur ampliatio ac prohibitionem huius l. Infertur etiam ampliatio ad gloss. in l. prima.§. si quis propter uerb. per in integrum. ff. de itin.actuque priua. ibi,*iam fuerat lucratus*.Ias.in l.nonamplius.ff.j. numero. 6. ff.de leg.primo.Rip.in l. damnum ad fin.ff.de dam. infect. ut scilicet etiam in his terminis dicatur damnum, amissio lucri iam radicati, contra plures scriben. qui gloss. illam

illam limitant, vbi lucrum reuertitur ad eum, à quo proueneraт, contra Iaſ.in d.l.ſi ita ſtipulatio: contra Tiraq.d. l.ſi vnquam d.uerb.donatione.nu.156.& in d.gl.v.de iure marit.num.55.& contra alios quos citat Hiſpan.à Couas Ruu.lib.de ſponſ.ii.par.c.iii.nume.8. Infertur etiam ampliatio ad l.regiam, lib.iiii.titu.vi.& ad ſimilem conſuetudinem, quæ viget in multis prouincijs, ut conſenſus coniugis uel conſanguinei, neceſſarius in alienatione non poſſit omitti, etiam ſi alienetur in eum, à quo res proceſſit: q. confirmatur ex traditis ſuprà circa d.§.fi.l.j.ff.de reb.eor. Infertur igitur cauendum eſſe à generalibus verbis Signorol.conſil.ccx.nu.7. magiſque à nouiſſimo Siluano conſil. lvi.nu.31. Non tamen negamus fauorabiliorem eſſe donationem, uel reſtitutionem, per quàm res reuertitur ad eum cuius fuit: ut eleganter inquit Lucas de pen.in l.ii. col.fi.C.de bon.vacan. & colligetur ex proximè dicendis. Contra gl.verò & cõmunem ſolutionem in d.l.ea quæ.ff. de donat.inter vir.& vxor.meliùs aduertit Emil.Ferre.in d.l.ſi ita ſtipulatio, & ibidem Zaſ.nec his cõtradicit, quod doctè tradit Luſitanus Coſta.in rep.§.ſi arbitratu.pag.57.
59 cum præce. Ex his infertur aptè ad quæſtionem donationis, quàm noſtri remuneratoriã appellant, cui innumera ſpecialia tribuunt: quam etiam frequentiùs ſeparant à nomine puræ donationis. Quæſtionis enim eſſet, an cauſa remunerandi, pater donare poſſit de aduentitijs filiorum? Notiſſimum autem eſt Iaſ. de priuilegijs remunerationis latiſſimè ſcripſiſſe in l.ex hoc iure.ff.de iuſti. & iur. & in l.ſi non ſortem.§.libertus.ff. de condic.indeb.à quo tranſcripſit addi.Felyn.in c.nouit, de iud. & pleniſſimè tractat Tiraq.in l.ſi unquàm verb.donatione, ex nu.11.cum multis ſequ. Quòd autem pater cauſa remunerãdi moderatè donare poſſit, non omninò negauerim, ſi merita erga filiũ vrgeant, maximè iuuante nobilitate & facultatibus filij, argumen.dictæ.l.cùm plures.§.fi.ff.de admi.tuto.cuius argumento in adminiſtratoribus reipub.id probat Bar.in l. ambitioſa, nu.3.ff. de admini.rer.Areti.conſi.xxiiii.col.fi. & Iaſ.in dic.l.ex hoc iure, nume.60.in fin.& Pau.Caſt.in l.iubemus §.ii.nume.5.& ſeq.C.de ſacroſ.eccl.conducunt

quæ

quæ tradit Gigas de pension. quæstio.lxviii.& Cardi.Paris.consi.xj.nu.46.lib.j. Sed iudicio meo regula negatiua constituenda est, ut nec remunerandi causa pater ex aduentitijs filiorum aliquid donarè possit, maximè immobilia, ob fraudem quæ cõmitti posset: licet in patre regulariter præsumi non debeat. Quod iuuatur ex litera huius. l.indistinctè prohibentis donationẽ & alienationẽ: iuuat etiam, quia regulariter (ut infra patebit) etiã in remuneratione inest liberalitas, quæ patri nõ permittitur in aduentitijs: facit etiam tex.& Bar.in l.si is cui.xciiii.§.fi.ff.de solu.ibi, *quid non est verisimile*: ubi mandatum de soluendis debitis intelligitur de efficacibus: & quæ exigi ab inuito possint, Bart.& Socin.in l.quibus diebus.§.dominus.§. de condicti.& demonstr.Palat.in Rubr.ff.sexagesimoquinto.nu.29.Bar.autem in d.l.ambitiosa (si maturè inspiciatur)
¶ tantùm loquitur in seruitijs & benemeritis, quæ expẽsam exigebant, vnde si resp.uel min.aliquid tũc donauerit, nõ cẽsetur pauperior fieri, cũ aliter de suis facultatib. expendere debuisset: arg.tex.not.in l.in pup.xlii.ff.de sol.de qua l.alibi plenè scribo, facit bonus tex.in l.sed & si lege.§.ꝙ autẽ, ff.de pe.hær. Quando aũt patri cõcederetur facultas remunerãdi ex aduentijs filiorũ præsupponi debet, beneficia collata fuisse in personã & vtilitatẽ filij, nõ ipsius patris: & tũc remuneratio debet esse moderata, & circũspecta, arg.tex.not.in l.illud.ff.de manu.vind.& l.si benè collatæ.xxxiii.ff. de vsur. Ad id etiam iuuabunt diuitiæ & nobilitas filij, iuxta ea quæ resoluimus nu.præced..quib.attẽtis ualebit remuneratio patris quasi ex iuxta ratione, ut sic obseruetur traditio.I.C.in l.filiusf.post prin.ff de dona.facit ꝙ notatur ex l.si hominem.xxx.ff.mand.licere ex causa regulam transgredi, Bart.ibi, dicens tex.sing.& Ias.in l.nemo potest.j.& ii.lect.colum.j.ff. de leg.j.Fely.in c.j.nume.49 de constit. Extra hunc casum particularem, operæ pretiũ duxi alia discutere circa donationem remuneratoriã: credo enim multa à Doc. nostris iniqua & reipub. perniciosa in hoc articulo scripta. Ias. & alij in locis suprà adductis: maiori studio cumulandi quã discernendi, innumeros effectus tradunt remunerationis: adeò vt eam

ferè

ferè in omnibus æquare videantur causis onerosis, non lucratiuis: vt etiam congerit Roman. in l. si vero. §. de viro, ex numer. 258. ff. solu. matr. Alexand. & Deci. in l. si donatione. C. de collatio. & Hisp. Pala. seu Ioan. Lup. in Rubri. §. l. Hispanus Xuar. l. regni. titu. de lucris seu acquisitis iii. limit. folio 16. Soci. consil. lxvi. lib. j. & vbique scriben. Ne autem æquiuocemus. illud præmittendum est, quod Doc. tractãtes effectum & vigorem remunerationis, non tantum loquũtur, vbi præcedunt merita obligatoria, ex quibus dari possit actio vel iudicis officium: sed etiam ubi talia merita sunt, quæ solã beneuolentiæ euincunt, nec ius aliquod agẽdi præstãt: ita enim colliges manifestè ex Ias. & ijs quos citat in dictis locis, & late ex Tiraq. dicto loco: apertè Pan. in Rubrica de donationibus. Alex. & omnes in dicta lege si donatione. Roman. d. §. de viro. Bart. Imol. Paul. in l. Aquilius. ff. de donatio. idem non obscurè tradit Barto. in princip. ff. veter. columna fina. numero 14. & ita quàm plurimi, quos citat Riminal. Iunior (vbi latius quá alibi) in princip. Institut. de donat. ex numero 92. versicu. negatiuam, idque significant omnes alibi loquẽtes de remunerationis effectibus, & de seruitijs etiam filiorum erga parentes, ut omnes tradunt cum gl. in Authentica. vnde si parens. C. de inoffi. testa. & apertè Roman. in dicta lege Aquilius. numero 4. Ex qua conclusione scribent. inferũt suos illos innumeros effectus remunerationis suáque opinionem principaliter probant ex iuribbus sequẽtibus (vt colligitur ex eorum scriptis) j. per dictam legem Aquilius. ff. de donationibus. secundo per textum in l. si pater. §. fi. ff. eo. tertio. per textum in lege sed & si lege. §. consuluit. ff. de peti. hæred. iiii. per textum in capitulo per tuas, ubi notat Panormitanus de donatio. quinto. per tex. in l. idemque. x. §. fin. & l. si verò non remunerandi xii. ff. manda. vi. per tex. in lege quod autem viii. §. si vir. ff. de donat. inter vir. & vxo. Mihi semper placuit opinio eorum qui à communi in hoc recedunt: nec dubito eam probandam à peritis, qui rem hanc maturè expenderint. Assero igitur, verè & propriè donationem etiam liberalem uel gratuitam appellari, quæ fit causa remunerationis: quando

do seruitia uel merita nõ præstabant ius aliquod agendi, prout contingit in ijs, quæ sæpe faciunt homines benè morati, pro honore vel vtilitate aliorum. Quã sententiã apertè probat gl. (cui magis deferendum est) in l. donari. lxxxiii. ff. de reg. iur. gl. etiã in d. §. consuluit, verb. obligauerint: ubi id dicit esse sine dubio. & ita Dec. & Cagno. in d. l. donari: idemq; videntur sensisse antiquiores relati ab Alber. in l. donari. ff de dona. in expositione tex. ibi, in verbis illis, *nullo iure cogente*: idemque probat Fab. in Rub. Instit. de donat. & Areti. in princi. eiusdẽ tit. nu. 2. & Imol. in Rub. extra de donat. nu. 1. hoc etiam magis probare videtur Constant. Roger. in l. j. n. 2. versi. ego, & in l. Modestinus nu. 38. ff. de donat. & hoc videtur sequi. Fulg. in d. §. consuluit, dum extollit gl. ibi: idemque uidentur probasse in fortioribus terminis Guiliel. & Alber. in l. si tibi pecuniam. ff. si cert. pet. & ibi Bal. ii. col. versi. quæritur si dono: licèt ibidem contra dicat Ias. ad finem. Hæc autem sententia probatur, j. eò quod recte sentientes, talia merita non præstantia ius agendi, resoluunt nõ inducere obligationẽ, esseque modici effectus, vt notat Bart. in d. leg. ex hoc iure, numero 12. vbi etiam concludit, idque receptius est: vt propriè non dicatur tunc resultare obligatio naturalis, quam ius nostrum respicit. At si vera essent, quæ Docto. incautè coaceruant, iam non modici effectus, sed multorum, magnorumque effectũ ea obligatio diceretur. Probatur secundò ex eo, quod videmus in iure nostro, donationem regulariter non præsumi absque meritis donatarij, vt inquit Vlpianus in l. nec adijecit. ix. ff. pro socio: ibi, *non sine causa, sed ob meritum aliquod accedunt*: extollit Bal. vt refert Palat. Ru. in rep. capi. paragraph. lxv. n. 19. quod tamen ita præsuppositum non obstitit iuris conditoribus, quin donationem liberalem, & gratuitam appellarent, in eaque aliquando multa solénia exegerint. Quod argumẽtum mihi efficacissimum ab adolescentia cogitaui, illudq; nouissimè ex Cumano refert Riminal. in dicto principio de donationibus, nume. 91. qui debuisset acquiescere tam solido fundamento: cum tamen postea contradicat, ei non satisfaciens: sicuti nec Cumanus qui illud per-

perstringit, in d.l. Aquilius. numero 3. prius autem & clarius idem argumentum formauit Bald. in l. illud. num. 8. quæstione quarta, C. de sacrosanctis ecclesijs, licet posteà parũ constans diuersum concludat. Probatur tertio, quia cum notissimum sit, & longè frequentius, homines non donare, nisi ob merita: idque compertissimũ erat iuris conditoribus, & ab eis expressum, in d.l. nec adijecit: impossibile fuisset, viros prudentissimos regulam constituere, & integros tractatus tradere de donatione, eam liberalem & gratuitã appellantes: si sola merita beneuolentiæ contrarium euincere possent: nec fuisset aliquid absurdius vel ineptius, quam pro regula latè patente, tradere quod rarissimè verificari posset, contra sapientum præcepta: vt in l. iij. & seq. ff. de legibus. facit elegans text. Vlpiani, in l. j. ad fi. ff. si mens. fals. mod. dixe. ibi, *vtique enim scit prætor, & ob mercedem eos interuenire*, quem text. ad alia expendebat (me audiente olim Salmãticæ) rarissimus Iureconsultus, nobilis Doctor. Velasco meritissimè Carolo Augusto, nec non magno Hispaniæ Angliæq; Regi Philippo grauissimus, iustitiæque consiliarius supremus. Probatur iiii. quia ea affectio vel consideratio meritorum, non est potens ad compensandum. nec ad impediendam repetitionem soluti eo respectu: secundum gl. receptam in l. ex hoc iure, ff. de iusti. & iure, verbo obligationes: & Bart. in l. si non sortem. §. libertus, nu. 10. ff. de conditio. indeb. & Dec. in c. ad nostram, col. fi. de probat. Couas Ruu. in c. cum in officijs, num. 10. de testa. versic. habet: intelligendo cum Bart. per text. ibi in l. si testamento, §. j. ff. de fideiussor. Probatur v. ex d.l. donari. xxix. ff. de donat. ibi, *nullo iure cogente*: iuncta expositione antiquorum, & Alber. ibi: cum enim agamus, de meritis iure non cogentibus ad donandum, vel remunerandum, necessarium est dicere, quod donatio sequens liberalitatẽ continet: quod bene deducit Deci. in d.l. donari, ff. de reg. iur. Probatur vj. ex eo quod videmus in iure, eum cui res aliqua donata fuit, nõ posse eam liberè redonare primo donatori, etiam parenti: sed tunc eandem solẽnitatem exigi, quæ requiritur in vera donatione: text. in l. ij. C. si aduers. donat. & text. in lege si ad resoluendã.

C. de

C.de prædiis minorum. Quæ iura non parum confirmant opinionem Guil.& Alber. contra Iaſ. & eos quos ipſe ſequitur. in dicta lege, ſi tibi pecuniam, ad finem ff. ſi cert. petat. Probatur ſeptimo hæc ſententia contra communem, quia in confeſſo eſt, nec ullo modo negari poteſt, homines ex inſtinctu naturæ moueri, ad donandum & benefaciendum liberis, conſanguineisque ſuis: idque naturale uotũ & commune appellant iura: vt in lege ſcripto. §.fin. ff. unde libe. l. nihil. ff. de bon. liber. Et tamen ſi parens filio donat, non ideò minus appellatur uera liberalisq; donatio: ut per totum. C. & ff. de donat. & in lege donationes quas parentes. C. de dona. int. uir. & uxo. Et in ſorore nubente dicitur liberalitas quælibet donatio: ut in l. cum plures. §.fin. & l. ſequent. §. in ſoluendis. ff. de adminiſtr. tutor. Ergo ille motus donandi, ex inſtinctu naturæ, non tollit nomen & naturam uerè ſimplicisque donationis: atque ita uerius retorquetur & reiicitur argumen. communis opinionis. Probatur viij. ultra omnes hæc ſententia, ex eo quod uidemus, patronum priuari ſuo iure patronatus, ob ingratitudinem commiſſam in libertum. l. qui cum maior ff. de bon. libert. l. eum patronum, & l. ſequen. ff. de iur. patro. Sed negari non poteſt, quin ius illud patronatus competeret ob maximum beneficium liberto collatum. l. i. ff. ſi quis à paren. fuer. manu. & ſic remuneratio ob merita pręcedentia, non deſinit regulari ut ſimplex donatio. & re muneratio quam lex tribuit: pro ut eſt ipſum ius patronatus (ob beneficium libertatis) non eſſet minoris effectus, quam remuneratio hominis: iuxta ea quæ reſoluit Alex. in leg. ſi uir. ff. ad legem. Falcid. De intellectu tamen tex. & glo. in dicta lege eum patronum: latius ago in lege in arenam. C. de inoffic. teſtam. Facit ix. pro hac parte tex. quem ſcriben. non ſatis expendunt (licèt ad aliud extollant) in l. ſi uerò nõ remunerandi. xii. §. idem Papinianus in fin. ff. mand. vbi ſi patronus aliquid donauit liberto: & is poſteà aliquid patrono dederit. I.C. id appellat donationem uerè & ſimpliciter, ſicut non præcedentibus meritis. Iuuatur, x. quia ſi benemeritus non expenderat de bonis ſuis, nec actio dabatur ad ſatisfactionem pecuniariam:

necessariò sequitur, quod ei postea donatur, liberale censendum: cum de re vel pecunia donata, non sit comparatio ad gratiam præcedentem, dict. l. si pater. §. fin. ff. de donatio. In quo scribent. non sibi constant, quando tandem omnes suam opinionem, & effectum remunerationis restringũt ad valorem benemeritorum: vt per eos in dictis locis, maximè Tiraq. d. uerb. donatione, à nu. 68. usque ad num. 74. Si enim maturè aduertas, comperies in his nullam vel difficillimam collationem dari: nec unquam esset ulla certitudo talis æstimationis: argu. etiam l. planè. lxxxvij. §. fi. ff. de leg. j. Quæ ambiguitas & confusio satis indicat, non esse ueram communem traditionem: iuxta capit. erit au-
61 tem lex quarta distinctio. Comprobata sic hac sententia glo. & paucorum contra communem: non obstãt quæ pro communi adducuntur. Et prim. textus in dicta leg. Aquilius. ff. de donationibus. qui pro communi principaliter allegari solet, circa quam. leg. prius aduerte, literam uariè haberi in libris antiquis: in multis, *ad Nicostratum prætorẽ:* in alijs, *præceptorem:* at in pandectis Florẽtinis legitur *Rhetorem:* vt constat ex libris emendatis. Idemq; admonuit Alcia. libro secundo Parerg. capit. xlix. cuius inuestigatione verior uidetur ea litera ut tamen intelligatur scriptum à Regulo ad Nicostratum Rhetorem, qui scribentis præceptor fuerat. Quo prȩhabito arguunt scrib. ex verbis illius
62 l. ibi, *non meram donationem esse, verum officium magistri, quadam mercede remuneratum:* Et inde colligunt, donationem remuneratoriam non egere insinuatione: nec propriè donationem appellari. Cui argum. respondet glo. ibi, uerbo, mercede: quam ibi sequitur Roger. & priùs Cuman. quod eo casu agebatur de mercede debita, ad quam competebat. ius agendi: & ita Decius in dicta lege donari. ff. de regulis iuris. Quæ interpretatio sustineri potest: sed mihi non omnino uidetur congruere literæ, quia præsupponit ¶ mercedem suo tempore solutam non fuisse: atque ideò tempore donationis, debitam extitisse, quod diuinatorium est. Videtur etiam repugnare litera, dum tandem I.C. ibi donationem vocat, & Nicostratũ. benignitate quadam tuetur, quasi non ex obli. efficaci. Potest tamen aliter

ter respōderi, ibi tantum dubitari de tempo. post mortem Reguli scribentis ad Nicostratum: vt gloss. & scribent. fatentur: nec text. aperit quis mouebat controuersiam donatario, nec fundamentum controuersiæ. Vnde manet in ambiguo cur. I.C. ibi, prætendat causam magistri & remunerationis: possetque coniici hæredes Reguli donatoris forsan allegasse, quod habetur in l. Lucius: eod. titu. de qua opponit gloss. & Doctor. ibi: & tunc inducitur causa remunerationis, ad præsumendam mentem donantis, &
85 ampliandam donationem, ne finiatur morte donatoris, vt finitur in dict. l. Lucius: tunc autem remuneratio non transgreditur iuris regulas, sed ex ea plenius interpretatur I.C. uoluntatem donantis. Nec ex causa illa merito-
¶ rum præceptoris facilè ad alias trahenda erat, cum præceptor parenti æquetur & patrono: secundum glo. in l. liberto, antepenul. ff. de obsequi. tradit Cagnol. in l. ij. §. fin.
¶ nu. 592. ff. de eo origine iur. Similiter cum I.C. ibi non satis causam aperiat, posset coniici (ultra gloss. & Doctor.) quod donatario obiiciebatur minor ætas Reguli donantis, quem I.C. iuuenem appellat: ut patet ex initio, l. Sed cum Regulus uideatur ut nobilis ibi nominari, & donatio præceptori benemerenti collata fuerit, eam sustinet I.C. vt alibi in simili habetur in l. cum plures. §. fi. ff. de adminîst. tut. de qua sup. Id autem maximè quia ibi non dabatur res perpetuò, sed facultas habitandi ad uitam, ut cōstat ex litera: id etiam non in totis ædibus, sed in parte nō magna: & sic multa concurrebant pro sustinenda ea donatione. Tandem contra scribentes est aduertendum, quod I.C. ibi, eam donationē appellat: licet causam fauoris pro ea adducat, nec ullo modo de insinuatione sentit: quia & qualitas donationis satis indicat, ibi non potuisse insinuationem exigi: præsupponendaque erant ibi alia
¶ quæ necessaria essent ad ualidatem actus, iuxta l. qui testamento. ff. de testam. ibi, *si nihil aliud eos impediret*: quod sæpe Deci. aduertit: & sic nullatenus probari potest communis interpretatio & allegatio illius. l. circa insinuationem, de qua nullū uerbum in litera. Dum autem Alcia. d. loco cōtendit, non posse stare literam *prætorem* idē osten-

 dit

dit priùs Cuma.in eadem l.Non obſtat.l.ſi pater §.fin.ff.de dona.quem ſcribent.ibi & vbiq; frequentiſſimè citant, & intelligunt,vt donatio facta ob benemerita, non reuocetur ex ingratitudine ſequuta: ad quod illum. §. extollunt ſcribent.ibi & alibi communiter,vt per Iaſ. in d.l. ex hoc iure,num.54.Pala.ſeu.Ioan. Lup. in Rubri. de donat.int. vir.& vxo.§.j.nume.5.Tiraq.dicta l.ſi vnquàm,uerb. donatione,nume.12.& vltra eos Boeri.deciſio.xxvij.Fortun.in l.prima.§.ius naturale,nume.62.ff.de iuſtit.& iur.Roma. conſi.xxvj.nume.8.Curt.ſenior,conſi.lxvj.nume.2.& Thomas Gramma.Deciſ.lxv.nume.24.Gozadin.conſi.v.num. 10.Ad hoc etiam ſcribent.omnes notant gloſſ.eam ita intelligentes, in l. ſi uerb. inueniatur.C.de reuoc. donatio. Ego contrarium puto uerius (vt infrà) & text. in dicto.§. ab hinc multis annis (non uiſo Cuma.) intelligebam accipiendum,quando à principio cõuentum fuit inter duos, vt alter à periculo alterum liberaret, is autem certam ſummam vel rem,liberanti præſtaret: tunc enim traditio rei uel ſummæ poſteà ſit ex neceſſitate præcedentis conuentionis, non ſimplicis, ſed ex cauſa:& ita ibi intelligit Cuman.cui hoc tribuit Riminald. in §. primo,nume.478. Inſtit.de donat.Sed poſteà aduerti ita in eodem §. ſentire gloſſ.dum ante Cuman.pro concordanti citat caſum l. metum.ix.§.ſed licet.ff.quòd met.cauſ. & ſic intelligit dict.§. iuxta terminos dict.§.ſed licet. At longè apertiùs ita intelligit gloſſ. (quam ſcribent. malè expendunt) in dicta l.fina.C.de reuoca.dona.quæ ſignificat,in dict.§. ſi pater, præceſſiſſe conuentionem mutuam, donatumq; uel ſolutum fuiſſe ob cauſam:vt alibi in l.hoc iure.§. fina. ff. eod. Eaque interpretatio tunc probatur, quia in illis terminis alter factum, alter dare reſpectu facti promittit: & ſic nõ eſt ſimplex donatio, iuxta iuris principia, & uerba dict. §.ſed licet: ubi etiam gloſſ. citat, dict.§. dictæ l.ſi pater: quaſi utrunque in eiſdem terminis intelligat. Quod autem liceat accipere præmium ob talem cauſam liberandi hominem à periculo, ad illum tex. tractat Deci. in l.culpa caret.ff.de regulis iuris, idem Deci.in capitu.primo colum.tertia nume.7.de offic.de leg. Similiter de illo text.

vide

vide Afflict. decis. cxlix. & Deci. consilio cccccexcj. quorum dicta conducunt ad l.nam & Seruius.xxij.ff.de nego. gest.de qua etiam agit Hispan.Couas Ruui.in lib.despon sal.ij.parte,capitu.iij.§.iiij.num.14. Sed penitissimè inspecta litera dict.§.videtur repugnare interpretationi glo.& Cuma.non enim significant uerba.tex.præcessisse conuentionem aliquam: magisque innuere uidentur, quod post periculum,is qui opera alterius euaserat, eidem remunerandi causa donauit:& forsan. I.C.ipse significat illud speciale,ob maximum discrimen vitæ, cui se exposuit is cui posteà donatum est: rarissimum namque erat tale beneficium ad alia merita non trahendum. Quod iuuatur ex l. etiam xv. §. j. ff.de manumis.vind.facit notabile exemplũ adductum ab Hispan.Palat.in Rubric.§.xxxii.nu.8.& §.j. nume.44.vers.simile facinus.Ingens etiam fundamentum huius specialitatis sumi potest ex eo quod habetur in sacra pagina,de aqua cum periculo uitæ adducta sitienti Regi Saulo,lib.ij.Regu.capitulo xxiij.in his enim exemplis, non autem in aliis meritis,congruit ratio text.in d.§.ibi, *merces enim laboris eximij appellanda est, quod contemplatione salutis,certo modo æstimari non placuit:* Vt sic salutis uerbum in eo.§.non solum referatur ad salutem remunerãtis, sed etiam donatarij:quocunque autem modo intelligas text. illum, non est sustentabilis communis allegatio,dum scribent. eum trahunt ad alia merita non eximia. Aliter etiam ad illum text. respondebat Molynæ. infrà citandus. xvij.illatione. Nec obstat text.in d.§.consuluit.l. sed & si lege:cuius inductio pro communi opinione fit ex ultimis uerbis text. ibi, *& velut genus quoddam hoc esse permutationis:* iunctis præcedentibus, ibi, *ad remunerandum naturaliter obligauerit*: Sed gloss. ibi uidens ea uerba, non dubitauit dicere uerè donationem censendam,quæ fit causa remunerandi: quasi ea uerba textus.huic sententiæ non obstent, cùm Doctor. illum ut expressum pro communi opinione adducant. Pro gloss. igitur (quam Fulgo.ibi extollit) puto contra scribent. magis retorquenda uerba dicti.§.cum in effectu I.C.ibi,locupletiorem dicat eum cui causa remunerationis donatur:& ita se habet decisio tex.

dum astringit eo casu possessorem hæreditatis, quasi locu pletiorem: idque ex decisione deductum magis attendi debet, quàm alia uerba ornatus causa obiter prolata: argu. gl. l. unic. C. quādo non peten. par. Et deniq; I.C. ibi apertè tradit, donatarium quantuncunque benemerentem, non censeri debitum recipere, sed lucrum consequi: contra scribent. omnes. Aduerto etiam, quòd I.C. in d. §. nihil generaliter tradit ad donationem remuneratoriam, nec eam separat à simplici, nec ob remunerationem frāgit aliquam iuris regulam: potiusq; in specie de qua ibi dixerat. I.C. bonæ fidei possessorem hæreditatis ad alium spectantis, non teneri, nisi quatenus locupletior inuenitur: ideoq; releuari ab iis quæ alicui donasset: tunc autem subdit, quòd si is cui possessor ex bonis hæreditariis donauit, eidem remunerando aliquid donet, tenebitur possessor in id quod accepit, vero hæredi: satis enim est bonam fidem efficere, ne teneatur de iis quæ donauit, non autem lucrari debet cum alterius iactura: vt colligitur ex l. senatusconsul. xxxj. ff. eodem, de peti. hæredi. & in simili inquit tex. in l. assiduis, ad fi. C. qui potior. in pign. habean. Tandem in d. §. consuluit, non agitur de remuneratione pecuniaria alicuius meriti ex facto beneuolo, sed de compensatione alterius donationis præcedentis: & sic de re ad rem, seu de pretio ad pretium: non vt vulgò malè citatur. Nec obstat tex. in d. l. si verò non remunerandi, & §. fin. l. præced. quæ iura non sint colore pro communi opinione adducuntur: habet enim I.C. quòd si fideiussor non soluit pro debitore, sed creditor ei remisit debitum, distinguatur, an id fecerit creditor principaliter gratia donationis, & non possit fideiussor à debitore petere: Si autem creditor causa remunerandi fideiussori debitum remiserit, tunc fideiussor petere posset à debitore, ac si pro eo soluisset. Hæc distinctio. I.C. scriben. decepit non aduertens, eam decisionem tantùm respicere materiam quæ ibi tractatur: penderéq; à mente creditoris debitum remittentis: non enim I.C. negat veram esse donationem, quam creditor tunc fideiussori facit, sed ex ea remuneratione præstat fideiussori actionem contra debitorem: quia aliàs eluderetur mens crediforis

toris,qui remunerando fideiussori,voluit,vt ei daretur actio in debitorem,ac si ei à fideiussore solutum esset: aliter enim sine effectu maneret remuneratio creditoris:nec debitori ulla fit iniuria,fieret autem creditori, si eius uoluntas in re sua frustraretur:tunc igitur in illa remissione creditoris, occultatur alius actus donationis uel cessionis fideiussori in debitorem:argum.l.iij.§.fina. ff. de donatio. int.vir.& vxo.Id autem benemeritis condonabimus,vt ex iis talis mens præsumatur in creditore remunerante, talisq; resultet effectus ad commodum fideiussoris. Atque ita apparet,in iis iuribus non esse quæstionem inter remunerantem & recipientem,quæ nostra inspectio est, sed est quæstio inter accipientem causa remunerationis, quo ad diuersam personam:estq; ibi alius effectus, pendens à diuerso fundamento, in quo contra scribent. satis ostendit tex.veram esse donationem quoad accipientem, causa etiam remunerationis.Minus obstat textus,in dict.l. quod autem,octaua.§.si uir.ff.de donat.inter uirum & uxorem, vbi Vlpian.inquit, compensationem donationum fieri, si vir & vxor inuicem sibi donauerint: quod responsum incautè citant sæpissimè scribentes, in eodem proposito donationis remuneratoriæ, quasi ea donatio inter coniuges valeat. Et ita illum textum,notat Barto.in l.si diuortio numero.4. ff.de verborum obligationibus, & plures grauissimi Doctores, quos citat Iason. in dicta l. ex hoc iure, numero 55. & ita securè Palat. seu Ioannes Lup. in repeti.Rubric.§.50.nume.1.& Socin. consilio lxvj. maximè,num.12.lib.j.vbi id ampliat:& ita Pyrrhus post consuetu.Aureli.vbi circa d.l.quod autem,separatim scribit: & ita cum uiris magni nominis tradit Panormit. in capit. cùm in ecclesia,nume.4.de simon.dicens,ob fidele uxoris seruitium, valere statim donationem ei à uiro factam: quod sequitur Palat.in Rubric.§.xxxij.nnme. 8. & ita illum text.citat Corras.in d.l.frater à fratre, in princip.nume.32.& Ioan.Hanib.in Rubric.ff.soluto matrimo. num. 335. Sed prædicti viri, aliique magni nominis, multa in hoc perniciosè scripta reliquerunt.Interim verò respondeo tex.illum non obstare,quia loquitur de donationibus

¶ mutuis. in quibus terminis si rectè attendas, omnia patria sunt inter coniuges ita sibi inuicem donantes: diuersaque sunt donatio remuneratoria & reciproca: ut melius ad illum tex. sentire uidetur Tiraq. in dicta l. si unquàm, verb. donatione, ex nu. 94. licet ad Doctorũ lapsum non aduertat. Quod etiã colligitur ex Cyn. & Paul. in l. si pater puellæ, in fi. C. de inoffic. testam. & ibi Ias. nu. 2. Addoque manifestam esse rationem differentiæ inter eas donationes: quia opera & seruitia inter coniuges, omni iure & ratione debentur, ideoque ob fidelitatem, uel beneuola ministeria iure debita, non potest sustineri donatio rei uel pecuniæ cõiugi facta contra iuris prohibitionem: argumen. optimi tex. à contrario sensu, in l. utrum turpem. cvii. ff. de uerbo. obligationibus, & l. fin. ff. de condict. ob turp. caus. Et mirum est in simili hoc dicere scribent. sibi repugnantes, ut colliges ex Rip. in dicta l. si unquàm, quæstio. xiiii. nu. 30. versi. ii. Item ad eundem §. dicta. l. quod autem respponderi potest cum Iaso. in d. l. si pater puellæ, numer. 7. ubi cum Ro. intelligit dictus §. quando simul eodemque tempore fiunt mutuæ donationes inter coniuges: & ita Tiraq. in dicto loco, nu. 100. cum seq. ne obstent alia iura, quæ ibi citant: & secundum hoc retorquetur tex. ille contra scriben. Similiter ad eundem tex. est aduertendum, non rectè eum indistinctè citari ab ijs quos sup. retuli, & à pluribus alibi: debet enim suppleri & distingui ex eodẽ Vlpiano in l. cum hic status. xxxiii. §. quod ait. ff. eod. vbi Fulg. id aduertit. Et ex nouioribus ad illa iura eleganter agit Aymon. consil. lj. ubi uidebis etiam mutuas donationes inter coniuges non indistinctè sustineri. ut magis caueas à vulgari obligatione. Tandẽ circa illum §. aduerto, quo ubi coniuges inuicem sibi ęqualiter donant, potuit sustineri mutua donatio: quia cessat ratio prohibitionis, cũ neuter coniugum tunc fiat pauperior : ut colligitur ex legibus eiusdem titul. & ex illo tex. cauebis à Paulo Castr. in l. in pupillo. ff. de solutio. qui cõtra eum loqui uidetur. Nec obstat tex. in capitu. per tuas, de donatio. quem adducunt Docto. pro communi sententia, quàm specificè ex eodem textu colligit Panormita. ibi, & in Rubri. eiusdem

titul.

titul. eumque ad uarios remunerationis effectus, incautè trahunt scribent. in uarijs locis, maximè Ias. in dicta l. ex hoc iure, nu. 60. & Gigas de pensio. quæstio. lxviii. Tiraq. dicto uerb. donarione, nu. 25. Plat. Parisien. & ali quos ci-
¶ taui sup. numer. 59. & num. 60. in princi. Respondeo enim quòd in dicto capitul. concurrunt duo maximè aduertenda, parum à Doctor. expensa. j. quòd ob seruitia & benemerita res ibi non in totum donatur, nec prorsus alienatur: sed in feudum conceditur, atque ita manet directum, maiusque dominium penes ecclesiam, cum utilitatibus, quæ ex Vasallis & clientulis habentur, secundò, ibi concessio fuit Authoritate summi Pontificis, vt patet ibi, *de mandato Alexand. Pap.* Et sic magis retorqueri videtur tex. ille contra scribent. cum eo casu accesserit authoritates supremi principis, qua nimirum si actus ualidetur, iuxta. c. j. de transact. l. digna uox. C. de legib. de illo tex. uidendus etiam est Berous in c. consensus. nu. 8. & seq. de rebus eccles. Ex prædictis satisfit iuribus pro cõmuni opinione adductis: ad alia autem quæ obijci possent, respodebitur ex resolutione quam suprà scripsi, nu. 60. versi. mihi semper: est enim aduertẽdum an talia sint merita ex qui-
¶ bus resultet ius agẽdi: & tunc saluaretur cõmunis opinio, ut donatio remuneratoria dicaur quædam compensatio. Sententia autem quam defendimus contra cõem, procedit (ut dixi) ubi ex benemeritis ius agendi non competebat: in quo scribent. vbique labuntur. Et in terminis in quibus saluo cõem opinionem ratio est. quia donans seipsum liberat ab obligatione, qua tenebatur: & sic non videtur sponte nec liberaliter dare, iuxra definitionem Papiniani, in dicta lege donari. ff. de donat. repetita. in lege donari. ff. de regulis iuris ut suprà. Facit etiam doctrina Bart. in l. ii. ff. de cond. & demon. quod quilibet censetur facere actum, respectu obligationis qua tenetur: nec dicitur uoluntariè agere, qui cogi posset tex: & Bald. in l. nouissimè. ff. quod fals. tuto. Dec. in capit. cum M. num. 34. de constitut. quam resolutionem bene sensit Constan. Roger. in lege Modestinus, num. 38. ff. de dona. & in l. j. numero 181. ff. eod. Ex quibus multa utiliter inferuntur. j. ex
hac

hac differentia & resolutione infertur, si quis gessit negotia alterius, & de suo expendit, taliter quod de iure sibi competat actio negotiorum gestorum, uel mandati: & is quem conuenire poterat, illi donauerit pro meritis, dicetur magis compensatio quam donatio: nec oportebit obseruare solennia donationis. Infertur secundò idem dicendum, vbi quis alteri seruitium uel operas præstitit, in ijs quæ pretio uel salario fieri solent, uel ipse sine pretio facere non solet: iuxta doctrinam Bald. in leg. j. C. manda. tunc enim remuneratio domini, non censebitur iure donationis, sed mercedis solutio. Infertur tertiò idem fore in ijs qui itinera susceperunt, & seruitia operasque præstiterunt magnatibus, Episcopis, & monasterijs, agendo eorum negotia: tales enim operæ obligant eos quibus fiunt: & cum ex illis detur actio, nõ potest cẽseri donatio quod pro ijs remunerandis præstatur: & ita intelligetur Bart. in leg. ambitiosa, numero 4. ff. de decret. ab ordin. facien. Infertur quartò in prædictis terminis non esse necessariam authoritatem supremi principis, in ecclesiasticis uel secularibus: sufficereque authoritatem ordinariam mutuæ conuentionis: quod est notabile ad dictum capitulum per tuas, de donat. & leg. plures. §. fin. de administr. tuto. Infertur quintò in ijs terminis posse procedere, quod dici solet, non esse tunc necessariam insinuationem, nec donatum reuocari, sequuta ingratitudine: cum ea causa uerius censeatur onerosa quàm lucratiua, iuxta obligationem & ius meritorum, secundum scribent. in dict. leg. Aquilius: & in leg. si donatione. C. de collation. & alibi sæpe, ut per Iason. Tiraq. Rip. ubi suprà. Infertur sextò ex ii. parte, contra communem, vbi ex meritis non competebat ius agendi, quod præstatur ab eo in quem collata sunt, donationem censeri, ideoque necessariam esse insinuationem, si donatum excedat legitimam quantitatem: contra uulgarem communemque opinionem supra confutatam: contra Fulgosi. in dicta leg. ex hoc iure, numero. 16. & contra innumeros ibi citatos à Ias. numero 53. & à Tiraq. dict. uerb. donatione. numero 44. Sic ampliata. l. Sancimus. C. de donat. quæ aliter quotidie fraudaretur,

daretur, quicquid inuoluat Aufrer. ad Capel. Tholos. quæstione ccclxxxj. & Petruc. in leg. prima numero 180. ff. de iureiurando. Nec contrarium uoluit glo. malè à Do cto. notata in dicta leg. Aquilius. & hoc videtur probare Riminaldus. in paragrapho primo nu. 475. Institut. de do nat. contra id quod dixerat in principio, num. 129. eodem titulo. Infertur septimò donationem remuneratoriam talium meritorum, ex quibus non competebat ius agendi, posse reuocari, sequuta ingratitudine. Sic ampliata. l. fin. C. de reuocatio. donat. contra communem: nec contrariũ uoluit glo. ibi à scriben. malè intellecta, ut suprà deduxi. In quo cum alijs labitur Roger. in dicta leg. si pater, §. primo. ff. de donationibus. Infertur octauò quod ubi merita fuerint tantum ex fauore præstito alicui coram principe, uel simili beneficio in Aula Regia: licèt hæc in perniciem reipub. sæpe uendi soleant. cum tamẽ vendi non debeant, nec ex ijs act. detur: omne quod remuneram. causa tũc donabitur, iure simplicis donationis cẽsebitur. vt enim gratitudo & memoria honoris, beneficijve suscepti laudabilis est: ita etiã naturali humanitate gratis beneficio hominem afficere homo debet: argu. tex. & glos. l. seruus. ff. de seru. expor. Hic omitto acerbã illã sanctionẽ aulicam. l. vnic. C. de suffragijs quã contra antiquiores, melius interpretantur nouiores ex historijs & latinæ linguæ cognitione. vt per Alc. lib. ii. Parado. ca. xiiii. & in leg. sponsio. ff. de verb. significationibus. Zas. in l. ii. & ibi Cagnol. nu. 314 ff orig. iur. And. ab Exea, de pact. pag. cccii. in ccvi. Fallen. & Tiraq. de Nobilit. capi. ii. numero 25. & Carond. libr. j. uero simil. cap. iiii. in fine. Connan. libr. quinto, capit. viii. Infertur nono contra scriben. regulariter donationem in terminis etiam remunerandi, non ualere inter coniuges, secundum suprà deducta: alias enim elusoria redderetur prohibitio iuris, totusque tractatus de donationibus inter uirum & uxorem: nec unquam deesset probatio meritorum vel seruitorum, quæ scribent. inaduertenter sufficere tradunt. Quæ enim fides, quodve seruitium cuniugi non debetur? facit l. aduersus. C. de crim. expil. hæred. & illud Corneliæ ad Pompeium apud Lucan. *Credisne*

disne aliquid mihi tutius esse, Quàm tibi? nonne olim casu pendimus ab vno. Infertur decimò nõ rectè respondisse doctiss. Socin.consil.lxvi.libro primo, maximè numero 12. dum sustinebat donationem coniugi benemerenti factam: idemque volebat etiam vbi merita venissent à consanguineis coniugis, cui donatur: quod absurdius & iniquius esset, magisq; destrueret leges tituli, de donationibus inter vir. & vxo.C.& ff. Infertur vndecimò verius dicendũ contra scribent. reglariter non valere donationem remuneratoriam patris in filiumf. raroque vel nunquam verificari posse, vt communiter nostri tradunt, cum glos. in Authen. vnde si parens.C.de inoffic.testam.& in l.si donatione.C.de collatio.& alij vbi sup. & alibi sæpissimè. Finge enim quæcunque seruitia, obsequia, curationes in infirmitatibus: totũ id, quicquidve maius excogitari queat, parentibus debetur.l.veluti.ff.de iust. & iur.l.filia tua.C.de patr.potesta. unde succedit regula dic.l.utrum turpem.ff. de verb.oblig. l.fi.ff.de condit.ob turp.caus. vt caueas à vulgari opinione, in qua cum sup.allegatis, est Ias.in l.frater à fratre.in lect. & repet.col.pen. & Alc.regul.j.præsump.xvi.&xx. Hoc autem aduertisse videtur Lancel. Polit.vir ingeniosus, in l.filium quem habètem, numero 132.C.famil.herci sc.quem retulit Tiraq.in dicta l.si unquam.dic.verb.donatione, nu.20.quibus addo Saly. in l.filiæ cuius, num.12. C.famil.hercis. quem sequirur Ioan.Rip.in l.fœminæ, nu. 41.C. de secund.nupt.vbi meliius sentiunt quã vulgariter in hoc dici solet. Facit illud Aristot.libr.viii. ethico.ad fi. Neminem parem gratiam parentibus referre posset: tradit Conna.lib.ix.c.vlti.ad fi. Infertur xii.quod vbi merita præcedentia non præstant ius agendi, non magis teneatur donans de euictione, quam in donatione spontanea: sic ampliata reg.l.Aristo.§.fi.ff. de dona.contra scriben.communiter, cum quibus Alex.ibi ad Bart.idem Alex.consi. xlvii.lib.iii.Boer.decisio.lxvii.nu.1.Gozadin.consi.lx.Ias. in dicta le.ex hoc iure, numero 68. & alibi sæpescribent. Infertur iii.quod si famulo vel agendi negotia, soluitur salarium conuentum, quicquid vltra datur, etiam si digne ob fidelitatem diligentiam'ue detur, censebitur iure simplicis

plicis liberalisque donationis: contra mentem omnium fere ſcriben.in propoſito. Fidelitas igitur, & diligẽtia, digna eſt remuneratione: ſed vbi conuentum ſalarium ſoluitur, ſi quid vltra detur, neceſſaria erunt ſolennia veræ donationis: licèt enim honeſtè tribuatur, liberalitatem continet, vt inquit I.C. in leg. cum plures, xiii. paragraph. fin. ff. de adminiſtr. tuto. quòd utilè eſt contra inſidias eorum qui eo reſpectu plura extorquẽt à minoribus & monaſterijs: maximè cum fides & diligentia iure debeatur in famulis, nec ſine culpa flagitio'ue omitti poſſit. Satis igitur eſt illis fauere: & remunerationem tunc honeſtã laudabilemque cenſere, non tamen vt liberalitas in remunerante negetur: facit illud Apoſtoli, contenti eſtote ſtipendijs veſtris. Infertur decimoquarto quod cum ſubditi fidelitatẽ principi ſuo debeãt ſimiliter & patriæ, ſi forſan pro honore principis, vel defenſione patriæ, pericula ſubierint, fortẽ fidelemq; operam præſtent, digni quidem erũt ¶ remuneratione. vt eleganter inquit Imperator in l. fin. C. de præpoſ. agent. in rebus, & in leg. prima, C. de priui. eorum. qui in ſacr. pal. milit. libro duodecimo & tex. notabilis in le. cum nauarchorum. C. de nauicularis libro vndecimò. Quod obſeruabat antiqua Romani ſenatus prudentia, omniſque Reſpub. benè inſtituta, qualis eſt excellentiſſi. Venetorum principatus. Tunc enim remuneratio fauorabilior erit, ſed à nomine donationis nõ ſeparabitur, ideoque donatum à Principe pro ſeruitijs, non minus reuocari poterit ſequuta ingratitudine vel infidelitate vaſſalli contra ea quæ ex ſcriptis Doctoribus colligi poſſent. Infertur decimoquinto ad donationes Regis Henrici Caſtellæ, quæ immenſæ fuerunt, & poſteà limitatæ, vt ad coronam Regiam redirent, donatario ſine liberis decedente: vt tradit Hiſpanus Xuarius in quæſti. maiora. fol. 190. colum. quarta. & in ſimili apud Luſitanos habet lex Regia, quam mentalem appellant, lib. ii. ordin. titul. xvii. refert enim Hiſpanus Palat. un dicto paragrapho l. nume. 6. dixiſſe aduocatos quoſdam, eam modificationem, non valere in donationibus ob ſeruitia & merita factis, arguentes tantum ex effectibus remunerationis. Ego autem ta-

lè fundamentum nihil facio, per ea quæ hic maturius discussa videtur: arguendamque potius foret ex regu.l.perfecta.C.de donationibus quæ sub mod. Infertur decimosexto generalius.nõ esse iuridicũ,quod plures tradunt,donationẽ principis ob benemerita nunquam reuocari posse,ét ex causa , idque exemplificant in priuilegijs & concessionibus officij, terræ & iurisdictionis:Bald.in l.si cum mihi,ff.de dolo.Ias. in d.l.ex hoc iure n.54. Tiraq.d.verb. donatione,nu.13.Palat.ubi sup.dic.§.l. Anto.Capyc. decis.cxxi.nu.15.cũ sequen.& decis.clxvi.nu.3.& Thom.decis.lxv.nu.24. quod etiam probat Fely. in capit.nouit.vj col.de iudic.Afflic.in capit. primo numero 24. de natura feud. Ego autem verius puto , causam meritorum parum vel nihil facere, si præsupponas modificationem donationis potest à principe fieri ex causa iusta , vt lege generali qualis est apud Lusitanos lex Regia lib.j.titul.lxxvi. & d. lib.ii.titu.xvii. De potestate enim & iustitia Principis legem condentis,etiam si uideatur reuocare uel restringere quod dedit, dubitandũ non est:ut notat Bal.in l.nuptæ. ff.de Senator.Afflic.di.c.j.num.25. proximè citato. Sic etiã extra legẽ,ubi ex iusta causa reuocat, id enim iure licèt,non obstantibus benemeritis:iuxta tex. in c.suggestũ, de decim.facit l.Lucius xi.ff.de euic.l.item si verberatum xv.§.item si fortè.ff.de rei vend.Bart.in procem.ff.Cyn. & alij in l.fi.C.si contra ius,vel vtil.publi.quod receptũ fatetur,Thom.ubi supra nu.29.cum sequent.tradit Afflic.lib. iii.feud.titu.quæ sint regal.§.potestas,numero 26. & melius idem Afflic. eod.libr.sub. titul. de Capitan. qui cur. vend.ex numero 56.fol.105. Ex causa enim reuocantur decreta & conuentiones Reipub. & alia , quæ regulariter irreuocabilia essent.l.quod semel.ff.de decre.ab ordi. faci.ibi,*nisi ex causa*: dicit singul.Ias.in l.Barbarius,nu.34. ff.de offi.prætor.tradit idem Ias.cõs.j.li.j.Alex.& additio. cõs.cj.n.7.li.j Ruyn.cõs.ccxxix. ad fi.li.j.Platea in l.vacuatis,ad fi.C.de decur.Affl.in cõsti.li.j.Rubr.c.n.2.Probatur hoc,quia ferè nunquã Principes talia cõcedunt,nisi ob bene merita : vnde si reuoca. vel modificatio restringeretur ad donata absque meritis , inanis redderetur lex Regia, fru-

fruſtratoriuſque iuſſus principis, quod non eſt dicendum Sine cauſa autem iuſta regulariter reuocari non poteſt principis donatio, cum nec priuatus poſſit:dic.l.perfecta. C.de donat.quæ ſub mod.& l.fi.C.de vſucap.pro donat.c. verum,de condi.appoſi.quod Doct.non aduertunt,præpoſterè in hac re diſtinguentes: in quo etiam cum Iſer.labitur Afflic.lib.j.conſtit.Neapol.Rubric.xlvii.nu.4.debuiſſentque ſcribentes in propoſito potiùs dicere,quòd ſi princeps ex cauſa etiam iuſtiſſima, ſine demeritis poſſidentis, reuocet donatũ, debeat æquiualenter ſatisfacere:vt eleganter inquit Inno. in c.niſi cum pridem,col.j.in fi.verſic. nos dicimus:de renuntia. tradit Fely.in capitu.quæ in eccleſiarum, numer.28.de conſtitu.Iaſo.in dicta l.fina.C.ſi contra ius,vel vtil.publi.Alex.conſi.clj.libro ſexto.Afflic. in prælud.conſtitut.quæſtio.iiii.numero.7.& in d.titu. de capitu.qui Curt.vend.§.ſimiliter,num.19.cum multis ſequent. & alibi ſæpiſſimè ſcribent.Infertur.xvii. ad quæſtionẽ feudi cõceſſi ob benemerita,quod Doctores,in dictis locis communiter dicunt reuocari non poſſe ex cauſa ingratitudinis, nitentis erronea opinione,quam ſup.ſatis ſuperque improbauimus:meliùs enim contrarium ſcribit Molin. in conſuetudi.Pariſ.§.xxx.quæſtio.xxv.nu.100.ubi non aſſequitur verum ſenſum I.C. in dicta l.ſi pater.§. primo.ff.de donat.Infertur xviii.quòd donans etiam cauſa remunerãdi,iuxta terminos ſup.notatos,non magis teneatur vltra quam facere poſſit: ſic ampliata.l.inter eos. xix.verſi.is quoque ff. de re iud.l.diuus Pius.ff.de regulis iuris.Idemq; dicendũ eſt ad tex.in l. ad res donatas.ff.de ædil.edic. vtrumq; verò contra Rom. Alex.& alios quos ſequitur Iaſ.in dic.l.ex hoc iure, nu.67. & Tiraq.d.verb. donatione, nu.51. Infertur xix. ad donationem à filio factam patri,tẽpore emãcipationis: vt ſcilicet inſinuari debeat,ſi legitimam quantitatem excedat, quamuis remuneratoria videatur, quaſi ob beneficium manumiſſionis: quo colore deceptus,contrariũ ſcripſit Bald.in l.tertia infrà eodem,& ibi, Paul.numero 5.Corn. nume. 3. & Crot. in l.frater à fratre, nume.130.Bald.in l.illud.iii.quæſtio. nu.7.C.de ſacroſanct.eccleſ. Quorum opinio nullo iure pro-

probatur, fraudibusque occasionem præstaret, facilè enim adolescentes illaquearentur causa emancipationis, nec est iuridica cõparatio libertatis resultantis ex emancipatione, ad satisfactionem pecuninriam:iuxta l.filiusf. §.secundum vulgarem.ff.de lega.j.quod sup.latiùs probauimus, in prima parte: & ita diluuntur obiectiones scribent. nostraque sententia satis probatur ex l.data.C.de donatio. si litera expendatur. Infertur.xx. ex prædictis magna comprobatio,ad opinio.Guilel.& Alberi.in l.si tibi pecuniam.ff. si certum petat. ubi idem sequitur Bald. colum.ii. ut donans ei à quo prius aliquid accepisset,possit ob ingratitudinem donatum reuocare, contra Ias. ibi ad fin.& magis contra Tiraq.d.verb.donatione.nu.15.qui ex vulgari errore putabat Guilel.& Alberic.loqui contra tex.in dicta l.si pater.§.fina.ff. de donatio. quem sup.melius explicauimus: & hanc opinio.comprobauimus num. 60.versic.probatur.vi.Infertur.xxi.contra Roma.aliquos inaduertenter scribentes,posse minorem donare sine decreto,etiam immobilia causa remunerationis: contrarium enim manifestè probatur ex l.secunda.C. si aduers.donatio. Vt sic caueas ab ijs,quos citat Tiraq.d.verb.num.21. Nec in ijs terminis erat dubitandum, quia licet benemerita inducerent causam,nõ tamen excusabant decretum, secundum iuris principia:ut ita cesset dubitatio Ias.in d.l. ex hoc iure,nume.64.& in l.si non sortem.§.libertus col. iiii.ff.de condi.indebi. Infertur.xxii.contra Barto.Imo.& Pan.in d.l.Aquilius Regulus, ut non possit donari Magistratui ob benemerita,maximè cõtingentia tempore magistratus, secundum resolutionem supra traditam,quando ex illis non daretur ius agendi;& ita melius defendetur opin.Alcia. contra eos,libro secundò pareg.cap.pen. Infertur.xxiii. ad quæstionem vtilem statuti consuetudinis uel conuentionis,ut acquisita ex causa onerosa,communia fiant inter coniuges,ex donatione autem non communicentur: scripsit enim doctus Hispan.Xuar.in ll.regn. titul.de lucris tertia limita.fol.16. tunc donationem remuneratoriam communicandam, quasi accedat causæ onerosæ: idque probat Couas, in capitulo, cùm in officijs, in

in fine de testam.secundum quam iudicatum vidi à doctis senatoribus.Sed eorũ fundamentũ iuridicum nõ est, pendet enim ab incauta cumulatione effectuum remunerationis:vnde adhiberi debet omninò distinctio sup.tradita; si enim essent merita cõmunia ex quib. non daretur actio; contrariũ iudicandum foret,vt donatio licet videatur remuneratoria,non tamen separetur à causa lucratiua,per ea quę hic accuratiùs tradimus Infertur.xxiiii.præsertim ex declaratione tex.in dic.§.consuluit,tex.illum non obstare veriori & receptiori sententiæ gloss.dict.l.ex hoc iure, dum scribit causam meritorum non impedire soluti repetitionem: quicquid contra gl & communem arguant Fortun & Zas. quos refert Couas Ruũ.in dic.capitu.cum in officijs,num.10.versi.habet.de testamen. Infertur xxv. maxima necessariaque comprobatio,ad traditionem Bar. in dicta l.ex hoc iure,dum inquit obligationem ex benemeritis, esse modici effectus in iure nostro:si autem vera essent quæ scrib. in hac re congerunt, non modici solùm, sed magni innumerique effectus resultarent:quod melius sensit Bart.in l.stipulatio.§.alteri, num.2.in fin.ff. de verborum obligationibus. Infertur.xxvi.comprobatio ad gl. in l.fideiussoris.xxiiii.verb.neque.ff.de pact.ubi tradit rationé affectionis ex benemeritis, non inducere interesse considerabile, vt quis alteri stipulari possit:quæ sententia vera & recepta est, secundum scribent.ibi,& dicta l.stipulatio ista:Ias.in l.huiusmodi,nume.22.ff.de leg.j.& consi. xlj.lib.iii. Dec. in c.ad nostram.nu.3.colum.fin.de probat. Infertur.xxvii. conciliatio ad tex.in dicta l.sed & si lege §.consuluit, cum l.si pignore.lvj.ff.de furt. habent enim verba quæ pugnare videntur:nam id dicto §.habetur, nõ dici, quem locupletiorem eo q̃ alium beneficijs obligatum habeat:at in dicta l.dicitur lucri species,beneficij debitoré acquirere : idque ad effectum remunerationis extollit Ias.in d.l.ex hoc iure,nume.64.in fin.omittens difficultatem quæ resultat ex repugnantia verborum in illis iuribus.Intelligo autem d.§. in causis pecuniarijs, & bonæ fidei possessore,qui non tenetur,nisi quatenus locupletior inuenitur, vt superiùs ad eum.§.scripsi.At dic.l.si pi-

gnore, agit de fure qui rem sublatam alicui donauit, & ex iuris subtilitate videretur à furto excusandus, quasi tunc non congruat furti definitio, exigens causam lucrifaciendi. Qua argutia non obstante, respondet I.C. furtum esse, quia præcipua pars eius criminis concurrit ex dolosa contrectatione rei alienæ, & in odium furis adiicitur, tunc eũ censeri lucrum facere rem alienam alteri donando. Sic enim videmus in causis ciuilibus non considerari interesse extra rem. l. si sterilis. §. cùm per uenditorem. ff de acti. empt. In criminalibus autem, vel contra dolosos etiam remotum interesse considerari, gl. recepta, in l. vna, verb. dupli. C. de senten. quæ pro eo: & ibi Alber. column. quarta, glos. l. secunda. §. fina. & ibi Ange. in fi. ff. vti posside. Fab. & Areti. in §. illud. Institu. ad leg. Aquil. Infertur xxviij. maximè ex uera declaratione dictæ l. si pater. §. fin. ff. de donat. verùm non esse quod ibi incautè inferebat Bar. quem sequuntur Ang. Cuma. & Imol. dum restringunt text. in l. j. §. in honorarijs, & §. licita. ff. de vari. & extraord. cognit. taxantem salarium aduocatorum, ne excedat centum aureos, pro singulis causis: Barto. enim & prædicti, diuersum putant in causis criminalibus, ineptè arguẽdo ex text. ibi de liberante alium à periculo: qui longè aliter intelligi debet, vt supra diximus. Contrarium enim verius dicendum est, merita maiora non sint in causis criminalibus, in quibus minus studium sufficit, ab eoque fides & diligentia, iure rationeque debetur: & ideo talia merita frangere non possunt iuris regulas, licet ad actus volũtarios summam beneuolentiam concilient: & d. l. j. loquens de causis, nullo modo patitur restrictionem Bart. æquè enim criminalibus congruit, vt probat tex. in l. prima. §. quod autem. ff. de aleæ lus. notat Ias. in l. j. §. sublata. ff. ad Trebell. Nec in dubio admitti debet differentia inter causam criminalem & ciuilem, iuxta l. absentem. ff. de pœnis: ibi, *secundum morem priuatorum iudiciorum*, quam regu. ex eo tex. colligit Barto. in l. Papinianus. §. ij. ff. de inofficio. testam. Paul. in l. consentaneum, ad fin. C. quomod. & quan. iud. Alex. in l. diuortio, nume. 11. ff. solut. matrimo. Sed in alijs articulis plures differentię sunt inter causas criminales & ciuiles:

ciuiles:vt tradit Hipp.in pract.crimi.§.expedita, num. 63. & Afflict.lib.ij.constitu.Rubri.xxix.nume.48. Deci.consi. ccccxxix.ex nume.8. Infertur xxix.ex suprà dictis, maximè in vij.fundamento,contra communem,nume. 60.verè dicendam donationem liberalem,quæ fit à parentibus vel ab alijs quibus donatarius ab intestato successurus esset Dices de hoc multa esse iura expressa in titulis.C.& ff.de donation.& in titu.C.& ff.de collat.maximè in l. data. C. de donat.& l.donationes quas parentes.C.de donat.inter vir.& vxo.Ego fateor hoc indubitatum esse,id aũt memoro,quia contra ea iura,& cõtra communem sensum,diuersum scribunt aliqui non indocti,decepti per tex. in l. vna. C.de impo.lucrat.descrip.lib.x. cuius uerba illorum errori colorem præstãt,ibi,*debiti potius solutio,quàm muneris oblatio:& ibi,debitum naturale:* vbi Bart. id colligere videtur, nu.1.versi.fateor tamen:& Pla.nu.2.Aret.consi.xvij.num. 3.& alij quos citat Tiraq.de retrac.ligna.§.xxxij.gl.j. nu. 47.deterius autem generalius.Ex ea de pact. nu.83.qui tamen solo instinctu rationis(quamuis tot iura in contrariũ non extarent)resistere debuissent.Nec obstat d.l. j. illa .n. verba ibi scribuntur ad vitandam odiosam exactioné impositam acquisitioni ex causa lucratiua:à quo onere eximuntur succedentes ascendentibus, vel ab eis donationẽ accipientes,& ita Bar.tantùm loquitur de statuto inducẽte gabellam in donationibus:& ita Aret.d.consi.& scribẽ. in l.in suis.ff.de libe.& posthu. ideoque ad alios terminos id trahi nõ debet.Infertur.xxx.ad tex.in l.j.§.j. vers. quod autem:& §.sed si libertus.ff.si quid in fraud.patro.vbi I.C. inquit, non fieri fraudem patrono quando libertus donat filio suo causa mortis,vel filiam dotat.Quæ iura notat Ioan.Fabri.in procem.Instit.in verb.Iustinianus, vel Alemanicus:ad hoc donatum descendentibus non venit appellatione lucri vel acquestus.Sequitur Bened.in c. Ray.verb. & vxo.nu.791.& alij quos citat Tiraq.de retract. ligna.§. xxxij.gl.j.nu.43.& sequent.Boer.in consuet.Burdegal.fol. mihi.59.columna.ij. Sed quamuis Fab.opinio vera sit ad effectum consuetudinis de qua agunt, fundamentum tamen non est verum, cùm ex præcedentibus constet, ve-

ram liberalemque donationem appellari, quæ liberis fit: ideoque insinuationem exigi, vt in l. data. C. de donat. Sensus autem I.C. in dicta l. j. in dictis §§. in eo consistere videtur ex mente Albe. quia quum libertus filios habet, nō ei succedit patronus. l. intestato. ff. de suis & leg. hære. l. liberto. xviii. ff. de bon. liberto. §. sed nostra, Institu. de successio. libert. & consequenter non est tunc quid de fraude agatur: idque significat tex. in d. versi. quod autē, ibi *nā cui liberum fuit legare filio*. Inferur xxxi. in confirmationē precedentium, quòd videmus dotem censeri causam lucratiuam quoad mulierem etiam si sit filia dotantis: ut probat tex. in l. fi. §. si à Socero. ff. quæ in fraud. credit. ibi, *quia intelligitur ex donatione ad eam peruenisse*: quem tex. cōmendat Alex. in l. in fideicommissariam, col. ii. in prin. ff. ad Treb. ad quem tex. non aduertunt, qui frequentius in filia contradicunt arguentes ex reg. l. fin. C. de dot. prom. l. qui liberos. ff. de rit. nup. quibus habetur, patrem teneri filiā dotare, vt arguit Soci. nepos, cōsi. xix. nu. 8. lib. j. Et in extraneo dotante id magis procedit, ut tradit Alex. cōsi. lxxiii. I. li. iiii. & alij quos citat Molin. in lib. de donatio. factis in cōtract. matri. n. 64. Quoad maritum aūt semper dos censetur causa onerosa, ut probat idē tex. in d. §. fi. versi. in maritum, ibi, *non magis quàm in creditorem*. & ibi, *quum indotatam vxorem ducturus non fuerit*: & ità resoluit Bar. ibi, cuius doctrina recepta est, secundum Ias. in §. itē si quis in fraudem, n. 30. Insti. de Acti. Pala. in rep. c. per vestras. §. lxxi. incip. In cōstituenda. n. 7. Arias in l. Tauri. xxvii. n. 11. hoc ēt probatur ex l. fi. in princi. C. de iure dot. ubi Imperator apertè significat, etiam iure antiquo in dote, respectu viri, non fuisse necessariam insinuationem, quia non censebatur donatio, sed causa onerosa, tex. in leg. ex promissione. xviii. ff. de actionibus & obligationibus, quam extollit Ias. in leg. Nesennius, nume. 4. ff. de re iudic. Quoad mulierem verò inquit dicta le. fi. necessariam fuisse insinuationem, cum dos à patre non dabatur. Hodie autem nouo beneficio in dote statuit lex illa, ut nec quo ad mulierem necessaria sit insinuatio, quamuis quo ad eam verè donatio sit: & ita Alber. & alij, ibi. Dec. consil. ccccxiiii. numer. 15.

35.Anto.Canar. de insinuatione,ii.parte, quæst.iiii.num. 4.Bald.Nouel.in l.prima num.339.& 342.ff.solut.matr.& & in tracta.dotis.v.parte, numero 5. Ex quo cauendum est à glo.j.in dicta l.fin.ibi, *ideò exigi*: cauendum magis est à Ioan.Anan.in capitulo cum tu,versicul.iiii.quæritur,in fine, de vsur.ubi contra dictam leg.fin. miserè inquit necessariam esse insinuationẽ in dote: idque inuolute refert Tiraq.in lege.si vnquam,verb.donatione,num.194.Infertur xxxii.ad quęstionem,an dos ob ingratitudinem sequutam reuocari possit:sępè enim in scholis traditur speciale esse in dote, vt ob ingratitudinem reuocari nequeat, idque apud scribent.receptius videtur. Ita enim indistinctè notat Salyc.per textum ibi,in l.si dotem.xxiiii.C.de iure dot.& tanquam receptum tradit Boer. decisio.xxvii.dicens esse tex.expressum,in d.l.si dotem:idque in dote tradita tenet Bald. in dicta l.fin.nu.11.C.de dot.promiss.quẽ sequitur Ias.in §.fuerat, numero 117.Institu.de acti.ubi Imo.malè citat Boer. autem indistinctè inquit ingratitudinem nõ officere doti datæ vel promissæ: & in dote promissa, meliùs adduci potest tex. in le.cum post.lx.§.patrona.ff.de iure dot.ubi nullus ex scribẽt.notat:quicquid eos malè citet Boer.vbi suprà. Sed contra prædictos veriorẽ puto opinionem Rip. in le.fin. quæstio.lj.C.de reuoc.donat.ubi regulã constituit, ut datum causa dotis,ob ingratitudinẽ reuocari possit:ꝙ ego probo efficacius ex præcedentibus,cum dos respectu mulieris verè inter causas lucratiuas connumeretur, & ita hæc opinio Rip.intelligenda est: respectu enim viri procedere nõ potest,qui ob causam onerosam dotẽ accipit,ideoq; ob ingratitudinẽ ab eo reuocari non posset,secundum ea,quæ diximus in præcedenti illatione: minusq; ob ingratitudinem mulieris poterit à viro dos reuocari, ea autem ad vxorem reuersa,soluto matrimonio,poterit ab ea ob ingratitudinem reuocari:ut cõcludit Rip.& dubitans sentit Palat.in le.Tauri. xxi.nu.59.quæ resolutio in viro & vxore ingratis dotanti, amplectenda est quia fundatur in præcedenti resolutione: & differentia inter causam lucrariuam & onerosam, in qua consistit tota vis huius articuli. Nec obstant

iura dict.leg.si dotem, & dict.§.patrona: quia loquuntur in muliere ingrata dotanti, ne eius ingratitudo noceat uiro: à quo ibi dos non auocatur, quia scilicet quo ad eum, causa onerosa est: non verò negant quin dos reuersa ad ingratam reuocetur. Bene tamen ex d.§.patrona, respectu uiri & reijcitur differentia, quã Bal.& Ia.vbi sup.tradebãt inter dotem datã & promissam, in quo etiam labitur idẽ Ias.in l.patre furioso, nu.29.versi.x.ff.de his qui sunt sui: idque suadetur ex reg.l.sicut.C.de acti.& obliga.l.qui actionẽ.ff.de re.iur. Quoad mulierem autem, ut dos ab ea reuocari posit ob ingratitudinẽ, intelligerẽ contra Rip. ubi sup.nu.171. etiam si fœmina esset inops, atque ob id dotãs moueretur principaliter amore Dei: licèt enim tũc scribent.appellent dotẽ magis piam, vt per Ias.in leg.cum ijs.§.cum mulier.ff.de condict.indeb. per Nouel.de dote. vj.par.priuil,xliiii.Palat.in ca.§.lxj.Hispan.Arias.l.xxvii. Tauri, nu.60. Dec.notanter consi.cccxlviii.nu.4.Alex.in leg.si certis.nu.5. C.de pact. tamen ingratitudo mulieris non debet esse impunita: tunc enim magna ratio suadeat pœnam exigi, ut inquit.I.C.in l.si à reo.lxxj.§.illud quod vulgo.ff.de fideiusso. Nec esset æquum ut magis piè donanti adimeretut, quod alijs donatoribus conceditur. Nec donatarius excusari debet prætextu pietatis, qua donãs motus fuerit: ab exterioribus enim in foro cõtentioso iudicandũ est, nõ autẽ ab ijs quæ animo retinẽtur: ut in l. si repetẽdi.C.de cõdictio.ob causam. Hæc plenius tractata uolui, ut eradicentur plurima in quib.(ni fallor) nõ sine pe-
63 riculo ac pernicie Reipu. erratur. Vtilis quęst.est de locat.aduentitiorũ, quatenus pater locare posit: illudq; expeditũ uidetur, vt valeat locat.ad modicũ tẽpus, filiusq; eã seruare teneatur, etiã finito vsuf.patris: quod probatur.j. ex hac l.& l.cũ oportet, dum patri plenã administrationẽ cõcedunt. Probatur magis, quia talis locatio ad breue tẽpus, alienationem non continet, secundum veram & receptam omniũ traditionẽ, ut infrà. Probatur fortius: quia minor tenetur stare locationi factæ à tutore uel curatore, finita tutela uel cura, ut resoluit Cyn.in l.emptorem, col. ii. C. loca. Bart. Paul. Alex. & omnes in leg. si filio. §. si vir.

vir.ff.solut.matri.Soci.consil.cxxv. numero 6.libr.primo, utque receptissimum tradit Couas. libro secundo resolu. capi.xv.nu.5.in medio,& nu.6. in princip.Qui omnes, & alij quos omitto,ad id citant tex.in l.si tutelæ.ix.ff.de admini.tuto. quæ tamen non loquitur de locatione, sed de pecunijs mutuò datis: à fortiori autem id dicendum in patre, qui longè plus potest,ut in discursu huius, l.probauimus: quod uidetur colligi posse ab Hispano Ant. Gomet. libro de contract.capit.de location.nu.8.fol.27.Alia inspectio est in locatione ad longum tempus, circa quam præmitto, aliquando apud Iureconf.distingui inter locationem ad longum, locationemque ad breue tempus:sed hoc rarius quam Doct.putant.Non enim fit ea distinctio in l.j.ff.si ager uecti.ut ab omnibus malè citatur: inuenitur autem ea differentia in superficiario, in l.j.§.quod autem,in j.ff.de superficieb. Ante alia verò in hac differentia locationis ad longum, & locationis ad modicum tempus,receptum est:ad longum tempus dici locationem decennij uel ultra,ut resoluit glo.in l.secunda in fi.ff.si ager uectig.quæ sententia probatur à Bart.& alijs in d.§.quod aũt.l.j.ff.de superficieb.tradit Paul.in l.si filio.§.si vir,nu. 2.ff.solu.matri. Alex. consil.xvii.columna prima.libr.iiii. Platea in leg. prima,C.de administra.Reip.latè Ias.consi. lxxxiiii.libro j.& consil.xxix. Ioan. de Amic.consil.xxv. Dec.consil.ccxcii.nume.1.Socin.Nepos consil.lxvi.num. 5.libro ii.Cardinal.Paris.consil.cxviii. libro tertiò, quod consuetudine receptum esse tradit Bal.in l.iubemus nulli,col.ii.C.de sacros.eccles.Soci.consi.xxxii.col.j.lib.j.Anan.in cap.fin.nume.13.ne Præla.vices suas:Dec.d. consi. ccxcii. numero 1. idque receptissimum asserit doctiss. ac diligentissi.D.Couas Ruu.libro ii.resolut.capit.xvi.& hanc resolutionem semper probant leges regię apud Lusitanos, ut libro iii.ti.xxxii.in princip.& lib.iiii.titu.vi.§. antepen.& titu.lxiiii.in princip. Similiter locatio dicitur ad longum tempus,quando fit ad vitam locantis uel conducentis:ut tradit Alex.consil.cix.in fin.lib.iii.Aret.consilio lv.numero 2.Dec.consilio cciiii.Baldus in lege vi.ff. usufruct. quod præcedenti receptum dicit, insignis de

præceptor Nauarrus in c.j.§.j.de pœnit. distinct. v. notat Cornc. consil.ccxliii. lib.iii. quem sequitur Boer. decisio. ccxxxiiii.col.ii.in princip. Dicitur etiam locatio ad longũ tempus, reiecta uerborum cautela, quãdo fit ad nouẽ annos, adiecto pacto, ut finito illo tempore, incipiat aliud quod iunctum excedat decẽnium, maximè ut fraudes uitentur: ut notat Card.dict.Clement.j.§.fi.de rebus ecclesiarum Faber.in §.item finitur Institu.de vsufruct.Aret.in le.si quis ante col.j.ff. de acquir. posses. Alex.consi.cclxv. lib.ii.& consi.ciiii. nu.6.lib.iii.& in l.si filio.§.si uir,ad fin. ff.solut.matri.Fely.in c.quæ in ecclesiarum,nu.87.de cõstit.Ias.in l.manumissiones, nu.7.ff.de iust.& iur.& consi. cxiiii.lib.j.& Socin.cons.xcix.nu.8.lib.j.Papiens.in forma libelli ad ficti.præsta.pa.2. mihi ccclxiiii n.2.Curt.de feu. iiii.par. nu.92. latè Molinæ.in consuetu. Paris.§.xiiii.nu. 36.fol.327.Ex quo cauebis à Bal.errãte in hoc,in l.uoluntas,nu.6.versi.idẽ puto.C.de fideicom.in quo alibi uariauit idem Bal. ut refert Alex.in l.si domus.§.fi.ff.de legat. j.ad fin.Dicitur pręterea locatio ad iongum tẽpus,quę fit eo pacto ut duret quamdiu locator uolerit,ea enim incertitudo magis longum tempus quàm breue inducit: ex regu.tex.& Barto.in l.sufficit,ubi Ias.ff. de condict. indeb.l. iurisperitus.ff.de excusa.tuto. quod in his terminis sentit Deci.consi.cciiii.col.fi.idque in specie tradit Soc. Nepos, consi.lxiii.num.11.lib.ii.& ibi eleganter idem intelligit, quando ea incertitudo uoluntatis infertur ad conducentem:quod dixi prius Marti. Lauden.in repe.Rub. ff.de rei vend.nu. 5. Si autem locatio fiat sine expressione temporis, censebitur, ad breue tẽpus, nempe, ad unicum annum; ex vulgari regu.l.boues.§.hoc sermone.ff.de verb.signifi. probaturq; magis ex decisione. l.si item quæritur.§.qui impleto.ff.locat.& in terminis ita tradit Soci. Nepos, consil. xxv.nu.3.li.ii.Ex quo limitatur quod in materia criminali habet tex.summè notandus in l.sine præfinitio.xxiiii.ff. de pœn.quem extollit Ias.in §.curare.num.46. Institu.de action. & l.v.§.j.num.38.ff.de re iudic.Platea in l. nemo, nu.6.& 8.C.de exactio.trib. Gomes.in §.quædam,nu.22. Institu.de action.Dec.in c.ex literis,num.10.de constitu, apud

apud quos eum tex. ornatum & explicatum uidebis tra-
64 dit etiam Tiraq.de retrac.cõuent.§.j.gl.ii.nu.4. Ad quæ-
¶ stionem nostram tutiùs dicendum uidetur, regulariter fi-
lium non teneri seruare locationem ad longum tempus à
patre factam in aduentitijs, ut sic finito vsufructu patris,
filius rem consequi possit à conductore tanti téporis, si-
cut euincere potest ab eo in quem alienata fuisset. Cum
enim alienatio hic prohibeatur, occurrit receptissima do
ctrina scribent.qui talem prohibitionem extendunt in di
ctis locis, ad locationem longi temporis: idque notãt Ca
nonis.in d.Clement.j.& in d.c.nulli, de reb.ecclesi.& Do
cto.communiter, vt tradit Couas Ruu.dict.c.xvj.col.j.lib.
ii.& Bellamer.decisio.ccccccxlviii.Dec.consi.cxlii.nu.3.
Alex.consi.xvii.lib.iiii.Boeri.d.decisio.ccxxxiii.Ang.Are
tin.post Fabr.in §.adeò,nume.1.in fin. Institu.de locatio.
Idẽ in simili notant scribent.de tutore vel curatore,quod
non possit locare ad longum tempus,sicut nec alienare:vt
tradit Alex.consi.cxvii.li.v.Boer.d.decisio idque magis iu
uatur ex magnis effectibus talis locationis secundum re-
ceptas sentẽtias:Sed posset ea locatio à patre fieri ex cau
sa necessaria, uel tam utili, ut à filio retractari nequeat:
cum iuxta receptam sentẽtiam Azon. absque decreto pa
ter alienare possit,vt suprà deduximus in ii.par.Atque ita
cõductor seu emphyteota cõuentus à filio,aduertat quib.
mod.iustificare possit titulum à patre obtentum.Hoc au-
tem, ne tunc filius teneatur stare locationi ad longũ tem-
pus,comprobatur ex recepta sentẽtia Bart. & aliorum in
l.codicillis.§.instituto.ff.de lega.ii.contra gl.ibi,in ultim.
scholio,quæ mirabiliter contradicebat,uolens locationẽ
etiam ad longum tempus, non dici alienationem: ideoq;
opinionem gl.communiter reprobari,inquit Paul.in l.fin.
C.de reb.alien.& Imol.in l.si filio.§.si uir.ff. solut.matr.&
in cap.ad aduentitiam,nu.2.de reb.eccles.Alex.d.§.si uir,
nu.25.Angel.in dicto paragrapho adeo,post princip.Insti.
tu.de locatio.Cæpol.in leg.alienationis verbo,nu.8.ff.de
verb.signific.Alex.consil.clxv.libro ii.Soci.Nepos, consi.
lvj.lib.ii.Afflic.in constitu. Neapol.libro tertio. Rubri.v.
ad finem Couas Ruu.dict.cap.xvj.col.ii.libr.ii.resolut.Et
multa

multa in proposito circa locatione ad longum tempus, ad uarios articulos tradit Tiraq. de retract. ligna §. primo, glos.xiiii. ex numero 79. post Boer. uidendum.d.decisio. ccxxxiiii. Illa tamen opinio glos.reprobatæ saluari solet quo ad duos effectus.j. ad uitandam pœnam alienanti impositam, licèt enim prohibita alienatione, prohibeatur etiam talis locatio ad longum tempus: pœna tamen alienanti imposita, non extenditur in administratorem ita locantem: ut tradit Bero.in c. nulli, nu.32.de reb. eccle. & melius Couas Riuu. dict. c.xvj. col.iii. Quod iuuatur ex gl.Clemen.j.de consangui.& affinit.de qua Ias. & Dec. in l.ii.col.fin.ff.de iurisdic.omn.iud.Iuuatur etiam ex doctrina Ioan.Andr.in c.dispendia de rescript. in sextò ubi tradit, quod quamuis extendatur lex pœnalis, nõ tamen extenditur eius pœna.sequitur Panor.& plures, quos refert Iaso.in l.ii.ad finem.ff. de in ius uocan. Corset. in notab. verb.extensio, fo.142.col.iiii.idem scripsit Bal.& alij quos (non citat Ioan. Andr.) refert Hippol. singu.ccc. faciunt quæ cumulat Ias.in l.cùm quidam. ff.de liber.& posth.Felyn.in cap.cum Ioannes, num.33.de fide instrumen.Deci. in l.factum.§.in pœnalibus.ff.de regulis iuris, & alibi sæpe scriben. Ex quo in nostra materia dici posset eleganter, quòd licet pater alienans aduentitia, aliquando priuetur administratione, vt in superiori parte diximus, non tamen remoueatur ob longam locationem: pœna enim ut odiosa restringenda est, secundum glo. cap. fin.de iure patro. cum vulgar. in quo tamen ultra omnes, & contra proximè citatos, non indistinctè hoc probarem, sed magis inspicerem, an pater sciens, an ignorans iuris prohibitionem, emphyteosim uel löngam locationem concesserit, ut fraudibus obuietur, argum.l.j.§.fina. ff.de calumni. Saluatur. ii.glo.in dicto §. instituto, secundm Beroum in dicto cap. nulli, nume.32.qnando in tali longa locatione adijceretur pactum, ut in conductorem nullum dominium, nullumque ius reale transferatur: quod priùs scripsit Bald.in dicto §. & in l.si domus.§. fin. ff. de leg.j.& ibi Alexan.ad fin.post Imol.Idem probant Imol. & Alexand. ad Bart.in d.§.instituto:& Aret.in l.si quis ante, col.j.uersi.ita puto. ff.de

ff.de acquirend. possessio. & Chas.in consuetu. Burgund. Rubr.ix.§.x.num.39.fol.313.colum.iii. Sed cauendum est ab hac saluatione Beroi, Baldi & aliorum, quos ipse non citat, rarò enim uel nunquàm procedere potest, maximè in materia quam tractabat idem Bero. circa prohibitionem alienationis rerum ecclesiæ: similiter in prohitione huius.l.& in alijs rebus minorum, & generaliter vbicunque alienatio prohibetur, ne damnum fiat successori vel alij. Incommodum enim & fraudem pateretur tertius ille, si quando succedit, inueniret rem penes conductorem longi temporis, cùm eius intersit tota re frui, non tantum pensione locationis, ut constat ad sensum: ideoq; damnũ non uitatur ex clausula uel pactione verbali, quæ malignè adijci potuit in tali locatione: ut melius aduertisse videtur Bal.in Authen.hoc ius, col.j.C.de sacros.eccle. & cum eo Moline.& Fabian.quos cordatè refert & sequitur D. Couas Ruu.(quem sæpiùs libenter allegamus), dict. lib.ii.resolut.c.xvj.col.ii.in princip.versi. & id uerum est: vbi Beroum & alios in contrarium omisit. Pro quo etiam addo Ias.optimè hoc probantem: consi.xciiii.col.fin.lib.j. & ita Cuman.(qui non allegatur) in d.§.instituto.ii. lect. quod iuuatur ex reg.tex.& Bart.in l.Seuius & Augerius. ff.de leg falcid. Effectum enim non verba cõsiderare de-
65 bemus.l.si vnò.ff.locat.cum vulgar. Alios effectus locationis ad longum tempus, plenissimè & seriatim hic tradere possem. vltra Boer.d. decisio.ccxxxiiii.& Tiraq.d.loco de retract.quibus multò plura alibi addo, quã ipsi adducant. Interim uerò ex his receptis sentẽtijs aptè & utiliter infertur ad quæstionem sæpissimè in praxi agitatam: an possidens maioratũ, seu bona perpetuò relicta familiæ, possit bona maioratus in emphyteosim concedere, vel in longũ tempus locare: in quo uariè iudicatum uidi. Mihi autem uerius uidetur, vt nec emphyteosis, nec locatio ad longũ tempus effectum habeant, mortuo possessore maioratus qui ita locauit, ac proinde successor nullatenus teneatur seruare talẽ emphyteosim uel locationẽ. Ius enim possessoris locãtis tantum ad uitã est, & ideò finito iure dantis, finitur ius accipientis, iuxta regul.l. lex vectigali, & ibi

glo.

gl.uerb.euanuisse.ff.de pign. Probatur que magis ex communi opinione proximè relata, contra gl. in dicta l. codicillis.§.instituto.ff.de legat.secundo, ubi in terminis circa bona relicta familiæ, Barto.& reliqui volunt, non admittendam locationem ad longum tempus, similemve actum, in fraudem uel damnum successoris: idque magis probatur ex decisione & ratione textus in l. si quis domum, nono.§.j.ff.locat.ubi locatio à fructuaria facta, finitur extincto vsufructu: & ibi notat Paul. numero.3. & in terminis circa bona maioratus, ita resoluit Anton. Gomet.l.xl.Tauri. numero. 84. Et ultra eum satis hoc colliges ex Baldo in l.fina.§.sed quia, in fin.C.communi.de legatis, & in l.emptorem, numero 5.& 6.C.de locatio.ex Iasone consilio vigesimonono, & consilio nonagesimoquarto, libro primo. Idque planius procederet ubi non solum bona familiæ relinquerentur (quod sufficit, cùm ex eo resultet prohibitio alienationis) sed etiam alienatio expressim prohibita fuisset, ut frequenter contingit. Potentior enim à multis censetur expressa prohibitio, ex glo.in l.nulla.C.de iure dot.Pau.in l. cùm pater.§. libertis.ff.de legatis secundo. Pala.in Rubri.§.xvj. Tiraq. de primogen.quæstio.lxj.Esset enim longè iniquum, successorem maioratus fraudari integra possessione rerum, easque penes extraneos uidere, contra præceptum & uoluntatem primi instituentis, à quo ipse capit, non ab antecessorem: iuxta.l.tertiã, & ibi Bart.ff.de interdict.& releg.l.unum ex familia.§.j ff.de lega.secundo, tradit Curt. iun.cõsi.xxv.Molin.in consuetu. Paris.§.xxii.nu.83.& 85. Deci.consf.ccccxlv.ex nu.23.notabiliter Afflict.lib.ii.feu. titu.de inuesti.de re alie.fact.§.quid ergo, nu.21.Gozad. consi.lxxv. Nec obstat erroneum fundamentũ quo in hac quæstio aliqui contradicunt. arguentes ex eo, quòd res ecclesiæ permittuntur in emphyteosim concedi in tres generationes: quod nec verum est, nec vrget. Regulariter enim res ecclesiæ sine solennitate, ultra decennium locari non possunt ex Clemen.j.cum gl. & communi sententia: & c. nulli, de reb.eccles. non alie.idque magis prohibetur ex constitutione Extrauag.Pauli.ii.ambitiosè, eodem titu.

Quando

Quando autem emphyteosis,uel talis locatio permittitur tanta requiritur causa,solennitas,& tractatus, vt inter dos regula negatiua maneat, quæ limitatur ex necessitate uel magna utilitate ecclesiæ:atque ita retorquetur fundamentum illud de rebus ecclesiæ ad bona maioratus.Ité ea argumentatio impertinens erat, quia ecclesia eadem semper est:causa autem & solennitas, sine quibus alienatio fieri non potest, remouent suspitionem fraudis. At in bonis maioratus, omnia hec cessant, cum emphyteosis uel locatio liberè fieret à possessore, semperque maxima fraus fieri posset successori,ut bene aduertit Bal.in d.l.emptorem.nu.5.C.de loca.Quapropter adhærendű est verissimis iuris regulis,ut possessor maioratus,tanquàm restrictè dominus,vt vsusfructarius locare posit ad uitam suã, nec successor amplius obligetur.Qua in re vtilis est inspectio, an locatio vel emphyteosis,vltra legitimum tempus facta in totű vitietur,an saltem intra tempus licitum sustineatur:in quo uariant Barto.& Bald. alijq; scribent.ad intellectű tex.in §.emphyteosim,in Authen.de non alien. aut permutan.tradunt Ias. & Doctor.in Authen.qui rem. C.de sacrosanct.eccles. Afflict. decisio.cvii. Prob.ad monach.in c.fi.de pœni.& remis.in vj.melius Molin. in consuet.Paris.§.xlj.quæstio.x..fol.238.& notabiliter D. Co-
66 uas Ruu.lib.ii.resolu.c.xvj.ex nu.5. Vides ex sup.citatis maximam constitui differentiam ab omnibus scribent.iuris ciuilis & canonici inter eas locationes: totum effectű tempori tribuentes, ut scilicet locatio ad breue tempus, nullo pacto dicatur,alienatio, nec aliquam speciem dominij trasferat, nec ullam realem actioné præstet:ita intelligentes tex.in l.non solet xlii.ff.loc.cum simil.Ideoq; eam in bonis ecclesiæ admittunt,ut per omnes vbi supra: per Cardin. Paris.consi.xcviii.lib.iiii.In conductorem autem ad decennium uel aliud longum tempus, asserunt indifferenter omnes vtriusque iuris interpretes, in tot locis sup.adductis:& ubique transferri dominium vtile, eique dari actionem in rem, ideoque talem conductoré emphyteotæ æquiparant:ita enim eos æquat Ioan. Fab. in §.i.é finitur, post princip. Institu.de usufru.& in d.§.adeo, ad

fin.

fin.Institu.de locatio.Aret.consi.lv.Felyn.cons.xxv.Ias.in l.naturaliter,n.15.ff.de acqui.posses. & in l.j.n.34. & l.ii. nu.39.& in l.fin.nume.2.C. de iur.emphyte. & alibi sæpe Doctor.Omissis autē multis de locatione ad longum tempus,memorandum putaui quod superius perstrinxi,rarissimè apud Iureconſ. reperiri talem diffetentiam inter cōductionem ad longum tempus, & cōductionem ad modicum tempus,credoq; vnico tantum loco eum à I.C.traditam , in l.j.§.quod autem.j.ff. de superficieb.vbi Vlpia.in superficiario conductore distinguit inter conductionem breuis,& conductionem longi temporis, alteri negans,alteri concedens in rem actionē. Quæ explicita plenaque decisio,cogere videtur,vt ex ea suppleamus,quod in alijs locis idem Vlpia.& Paulus respondent, superficiario utilem in rem actionē cōpetere.ut in l.in prouinciali.iii.§.si ego.ff. de nou.oper.nuntia. & in l. superficiario.lxxiiii.ff. de rei vend.& in l.tutor.xvii.§.fi.ff.de pig.acti.Ad quæ iura aduerto vltra oēs.j. ꝙ ea actio in rem à prætore dari dicitur,ut habet tex.in d.§.si ego,& in d.l.superficiario:ex quo uidetur intelligendum uerbum , *hodie*: in d.§.fi.quasi ius prętorium recentius sit,ex l.ius autem.§.j.ff.de iust.& iur.ii.aduerto, quòd I.C.in d.l.superficiario, inquit causa cognita prætorē illi actionē in rem polliceri : quæ causæ cognitio necessariò continet eā inspectionē,vt conductio sit ad lōgum tempus,ex d.§.quod autem tertia,magis aduertendum puto,quod I.C.addit in d.§.quod autem.conductori ad longum tempus, causa cognita in rem actionē dari,ut patet ex illis verbis,*sanè causa cognita ei qui nō ad modicum tempus conduxit superficiem, in rem actio competet*:proximè autem dixerat conducenti ad breue tempus eam actionem negari.Quæ verba innuere uidentur, nec longū tempus sufficere ad eum effectum.iiii. aduertēdum nimis est, in solo superficiario id à Iurecōsultus scribi,non in alio conductore causam habente à persona priuata , ne obijcias tex. qui passim malè citatur,in l.j.§. qui in perpetuum,ff.si ager vectig.vel emphy.peta.ut infrà explicabo. Facilè igitur contra omnes scriben.tētari & sustineri posset,vt regulariter conducens ad decennium,uel paulò longius

gius tempus, iure ciuili nullum dominium consequatur: quod à multis annis cogitaui, nec seme legẽdo admonui: idemque nouissime sensisse videtur Connanus libro septimo. capitu.xii. Char.cccccxxxv. in quam sententiam induci potest, d.§.quod autem, dum causæ cognitionem cum longo tempore exigit, quasi solùm tempus non sufficiat. Illa enim adiectio causæ cognitionis regulam impedit, magisque rem in ambiguo relinquere solet.l.fin.in fin.ff. de actio. & obliga.l.si ita stipu.xcvii.§. si tibi.ff. de verb.obl.l.verum.xii.sciendum.ff. de mino. Ad idẽ vrget, non reperiri in alijs differentiam conductionis ad lõgum vel breue tempus, videriq; singulare ius in superficiario, quum de eo extra titulum de locato separatim tractetur in titulo, de superficieb. Quòd si instares, quæ esset causa specialitatis in superficiario (de quo tm̃ illa iura loquuntur posset forsan conijci, singulare ius in superficiario introductum, vt maior cura & ornatus dominium habeatur: in quo utilitas reip. versari censetur, tex.in l.si quis.C. de ædifi.priua.ibi, *publicũ decus*. text.in l.prescriptio.C.de oper.publ.ibi, *ornatum & cõmodum; ad decorã faciẽ ciuitatis*:

¶ Ex quibus elegãter intelligi potest, quod in simili respõdet I.C.in l.quòd si vir.xv.ff.de donat.inter vir.& uxo.ubi cõtra regulã & iuris prohibitionẽ valet donatio inter coniuges, ad refectionem ædium: quod nec glo. nec alius ibi percipit: possetq; hoc confirmari authoritate Alber.in l. generaliter.C.de Episcop. & cleric.nu.5. Vnde quum circa ædificia uersetur publica utilitas, potuit speciale ius in superficiario introduci, quando scilicet ad lõgum tempus conduxit: quia tunc verosimiliter curam mansionis suæ habebit, quæ ratio non militat in conducente ad breue tempus. Secundum quæ dicendum erit, dum tex.in d.§. quod autem ad effectum dandæ actionis in rem, ultra longum tempus, exigere uidetur causæ cognitionem, intelligatur: ut uerba illa, *causa cognita*, exponantur ex verbis sequentibus, *non modicum tempus*, quasi in eo tantum causa illa uersetur, si conductio ad longum tempus sit. Aliter enim in difficili maneret sensus eorum uerborum ad quæ Doctor. non aduertunt, cum opinioni communi nimis ad-

aduersentur, dum innuunt, cum longo tempore causam exigi ad effectum de quo tibi. Ideoque si præcedentem interpretationem ad illa verba, *causa cognita*, non probaueris, recurrendum videretur ad alium intellectum ut scilicet causæ cognitio ibi referatur ad clausulas conductionis. Et dicamus sentire I.C. longum tempus non statim eos effectus inducere, nisi iuuetur ex qualitate con¶uentionis, attendendo scilicet quam potestatem locator conductori concedat: in ipsa enim locatione poterit addi clausula continens aliquam speciem dominij: & in eo dicetur uersari causæ cognitio, quæ verba dicto §. exire uidentur. Sic igitur pro hac noua sententia contra glos. & omnes retorquetur, vel saltim reijcitur allegatio. tex. in d. §. quod autem: in quod etiam induci potest textus in le. qui fundum. xxxv. ff. loc. ubi I.C. refert locationem in plures annos, eamque simplicem censet, nec ius reale ex ea tranferri: & uerba illa, *in plures annos*: decennium longiusve tempus compræhendunt, nec sine diuinatione à glo. & Doct. restringuntur. Nec parum mouere debet, quòd in ¶ longo exactoque tractatu de locato, nec I.C. nec Imperatores, eam temporis differentiam tradiderunt: imò omné locationem (quod ad tempus attinet) æquare uidentur. Si enim talis differētia uera esset, à iuris conditoribus omitti non debuit, eiusque omissio non leuiter arguit eam tutam non esse: argu. I.C. in l. item apud Labeonem. xv. §. ait prætor, ff. de iniur. ibi, *ea enim quæ notabilia sunt, nisi specialiter notētur, quasi neglecta videntur*: tex. autem in d. §. adeò, Institu. de locatio. non distinguit inter locationem modici uel longi temporis, tantumque separat conductionem simplicem ab emphyteosi perpetua: & ita tex. qui malè scriben. citatur, in l. fina. C. de locat. præd. ciuil. quod alibi uidetur aduertisse Cum. in d. l. codicillis. §. institutio. nu. 9. ff. de leg. ii. Iuxta quam nouam nec incoloratam sententiam, periclitantur multa quæ scribent. incautè cumulāt, ad effectum conductionis longi temporis, eam ex decennio æquantes perpetuę emphyteosi, quæ alibi, Deo duce, explicitè persequar. Interim verò posset ex his comprobari quod in casu particulari contra plures tentauit Imol.

in

in l.vectigalia §.j.ff. de public.& uectiga. quem dubitans uidetur sequi Iaſ.in Authen. qui rem, num.15.C.de ſacroſ.eccleſ. Hinc etiam iuſtificabitur conſuetudo, quam cõtra ſcribentiũ opiniones refert Boer. deciſio ccxxxiiii. ad finem,& quod tradit Tiraq.lib.j.de retract.§.j.gl.xiiii.
67 nu.64. Dixi hanc nouam ſententiam iure ciuili ſuſtineri poſſe, quia non intendo hic miſcere ſingulares nouioreſque,ſanctiones iuris pontificij in rebus eccleſiæ,ut etiam aduertiſſe uidetur Cuma.in d.paragrapho inſtituto.l.codicillis.ii.lect. Dixi etiam facilè eam ſuſtineri poſſe,quia ſcriben. pro communi duo tantum iura adducunt,nempe. d.§.quod autem.l.j.ff.de ſuperficieb.cui proximè ſatis fecimus, magisque contra communem induximus.Citant ii.tex. (qui in ore omnium eſt) in l.j.§.qui perpetuum.ff. ſi agèr.uel emphyt.peta. ad quem præſens tractatus tendit:agit ibi.I.C.de agro uectigali Reipu.uel fiſci:ita enim colligitur ex tota litera, idque ſuadetur ex natura uerbi, quod propriè agros Reipu.uel fiſci,non priuatornm deſignat:ut tradit Alcia.lib.iii.diſpunc. cap.x. quem ſequitur Spiegel.in lexic.iur. uerbo.uectigales.Et non citato Alc. idem tradit Connan.lib.vii.folio 533. & Coraſ.in lege ei qui, numero 18.ff.de ſeruitu.Et ſic patet tex.in d.§.qui in perpetuum totumque titulum illum ff.ſi ager uectigal.loqui de conducente fundum Reipub. & con equenter non rectè trahi ad agros priuatorum:iuxta uulgarem regu.c. nonne, de præſumpt. Quo præhabito aduertendum eſt contra omnes ſcriben.quod tex.in d.§.qui in perpetuum, etiam ſi loqueretur de conductione habita à priuato, nõ probaret communem allegationem : non enim loquitur ſimpliciter de locatione ad longum tempus,ſed de conductione in perpetuum,nec unquam finienda,quam diu uectigal ſoluatur: uerba enim illa,*in perpetuum fruendum*:iure adaptari non poſſunt ad conductionem.x.uel xx.annorum,ſed in perpetuum,ut ſonant:quod apertè probat tex. in l.viii.ff.de vſufr.lega.ibi, *perpetuo*:& ibi,*vnde centum annos*:& in l.an vſusfructus.lxiii.ff.de uſuf.ibi,*ne perpetuus fieret*:& ibi, *centum annis*:quibus iuribus fortius probatur etiam ex ſpatio centum annorum, propriè non dici quid

perpetuum:vt bene ponderat Barba.consi.xx.lib.iiij.Rip. in l.ij.col.j.ff.solut.matri.licèt alibi aliter sumatur: vt per glo.l.j.ff.pro socio.Sed magis conuincitur error communis allegationis,attenta.l.iij.eiusdem titu. ff.si ager vecti. vbi idem. I.C. Paul.qui in d.§.dixerat, ex conductione in perpetuum competere in rem actionem, subdit idem esse si ad tempus locatio fiat: quandiu enim conductionis tempus finitum non sit,idem ius competet cõductori:& sic patet in terminis illius titu. non esse differentiam inter locationem ad longũ modicumve tempus,cuius rei statim rationem explicabimus.Nec enim teneri potest interpretatio gl.in d.l.iij.dum ibi illa verba tex.*ad tempus:* intelligit nõ modicum:quo etiam dixit gl.in c.j.verbo. alienationes, de cap.Corrad.licèt enim ibi nemo aduertat,securè dicendum est.I.C.in verb.*ad tempus*.planè sentire de conductione ad modicum tempus: diuinatorium namq; & ineptum esset subaudire non modicum, tum ex proprietate verborum,tum apertè ex I.C.in d.l.j.§.quod autem.ff. de superficie. ibi . *ad tempus* . vbi illud verbum necessariò significat modicum,etiam per gl.Bar.& omnes,malè in hoc sibi constantes.Qui ẽt debuissent aduertere,quod I.C. in d.titu.si ager vectig.ad effectum vtilis dominii, actionisq; in rem, æquiparat conductionem longi & breuis temporis: quod ibi durum uidebatur gl.& Doct.existimantibus nec in eo casu nec in alio procedere posse talem æquiparationem, semperq; retinendam illam temporis differentiam, quod alibi melius aduertũt,vt statim deducam.Verus igitur intellectus ad d.§.qui in perpetuũ l.j.& l.iij.totumq; tit.est, vt ibi temporis dr̃ia non fiat,sed cuicunq; conductori agri vectigalis à fisco vel Republ.actio illa in rem detur,quasi tunc aliquod dominium ei acquiratur,etiam ex cõductione modici temporis:idq; specialiter statuitur in conducente rem fisci vel Reipublic.Quod non solum vt verius, sed etiam vt receptius asserimus:tex.enim in dicta leg. prima §. quod autem. ff. de superficieb. dum in superficiario distinguit, inter conductionem longi & modici temporis, trahi non debet ad conducentem à fisco vel Republic. & ita limitatur necessariò ex dict. leg. prima & vltima. ff. si ager

ager vectigal. Quod efficaciter probatur ex leg.prima.ff.
de loco publ.fruen.vbi ita aduertit glos.in verb.conduxe-
rit, ibi, *huic ad modicum tempus conducenti, dari in rem actio-*
nem, vt priuato ad magnum : & ita Barto.& Alberic.ibi, me
lius idem Bar.in dicto §.quod autem, numero 4. & ibi An
gel.idemque sentit Angel.in l.vectigalia.§.j. & ibi Imo.ff.
de publica.& vectigal.vbi Barto. tangit:& ita apertè Pau.
in l.in prouinciali.§.si ego, ad fin.ff.de nou. oper. nuntiat.
Areti.consil.55.nu.3.in fin.Bald.in l.j.nume.5.versic. ter-
tio.C.de iure emphyt. idque ut receptum tradit Alex. in
l.diuortio.§.si fundum.nu.2.ff.solut.matri.& ibi Ias. Idem
securè tradit Martin.Lauden.in tract.de fisco, concl.114.
& Loaz.in l.filiusfam.§.diui.nume.170.in princ.ff.de leg.
j.idem videtur probare Fulgos.in d.l.j.ff.si ager vectiga.in
fi. licet litera sit corrupta:& ita sentit Bal.in l. emptorem,
nume.4.in fin.C.loca. Vides igitur receptius esse, vt actio
in rem detur conducenti à fisco vel republic.tam ad breue
quàm ad longum tempus, cuius receptæ sententiæ sæpè
immemores scribent. sibi ipsis aduersantur, vt constat ex
proximè dictis, magisque constabit ex statim dicendis. VI
¶ tra Doctor.autem ratio differentiæ inter locationem fi-
sci vel reipub.& locationem priuati, considerari potest, tũ
ex maiori potestate locantis, tum ex fide quæ à principe
& Republi. maior quàm à priuato requiritur:maior enim
potestas eius à quo res habetur, faciliorem firmioremque
acquisitionem facit, vt colligitur ex Barto.& Pau.in l.Cæ
sar.ff.de publica.& Ias.in l.quoties, colum. secunda. C.de
rei vendic.& in prælud.feudor:num.72.Ripa.in d.§. diui,
num.92.Couarru.lib.ij.resolu.cap.ix.nu. 3. Maior etiam
veritatis obseruatio in principe vel Repub.quàm in pri-
uato exigitur : iuxta illud Cæsaris apud Salust. *in maxima*
fortuna minima licentia est : & illud Iuuenal. *Omne animi vi-*
tium tanto conspectius in se Crimen habet, quanto maior qui pec-
cat habetur: Vt omittam quæ Bald.& nostri sæpe dicunt de
fide & constantia principis in actibus suis, vt per Dec. con
sil.ccccclxxxix.num.18.Curt.iun.consi.clxx.ad finem : &
68 in proposito considerat Bald.in l. emptorem.v. oppos. C.
loca. Probata sic ea dñia inter conductionem à fisco vel

 Republ.

Republ.& conductionem à priuato,inferuntur aliqua memoratu digna,Et j.posset nouè induci tex.in d.§.& l.vlt.ff. si ager vectig. ad opinionem quam suprà tentaui contra omnes,vt regulariter non sit differentia inter locationem ad longum vel breue tempus . Infertur secunda retenta differentia quam scribent. vbique tradunt inter eas locationes,ibi esse casum specialem,quo talis distinctio cessat: parque ius competit conductori modici temporis, ac conducenti ad longum tempus.Infertur tertiò ex dic.§.qui in perpetuum, non probari communem opinionem & allegationem,ad quam vbiq; citatur : quod conductio ad longú tempus transferat utile dominium actionemque in rem. Non enim allegaretur text. ille à scribent.si aduerterant. I.C.in l.iij.& vlt. eod.tit.idem ius tribuere in ea specie cóductioni ad modicum tempus : de quo argui possent omnes,qui in iure ciuili & pontificio hucusque scripserunt. Infertur.iiij.(vt ex innumeris aliquos in specie notemus) tex.illum malè citari à gl.in l.emptorem verb. colono.C. locati & ab eadem gl.d.c.j.de capi, Corra. in eodem etiá labitur Bar.in l.codicillis.§.instituto.ff.de leg.ij.& ibi Alber.Imo.Cuma.& Paul.Bart.in l.qui fundum.nu.1. ff. locat.& ibi Saly.Pau.in l.non solet,nu.3.eo.Saly.in d.l. emptorem.nu.2.Fab.& alij.in §.item finitur.Instit.de vsufru. Fab.& Ang.in §.adeò Inst.de locat.Rom.in l. si constante. §.quoties.nu.30.ff.solu.matr.Alex.in l.si filio.§.si vir. nu. 23.ff.eod.& consi.cxij.num.3.lib.j.& consi.xvij.nu.5. libr. iiij.Corne.consi.ccxliij,num.4.lib.iij.Ias.in l.naturaliter, nu.15.ff.de acqui.poss.Ias.in l.manumissiones, nume.6.ff. de iust.& iur.Aret.Dec.Socin.Cardina. Paris.Alex.Ias.in consiliis citatis suprà,dum referebam,qualiter apud scribent. dicatur locatio ad longum tempus : Boer. decis. ccxxxiiij.Tiraq.de retract.lib.j.§.j.glo.xiiij.nu.80. vbi alios citat:& Afflic.c.j.in princ.nu.61.de prohi.feud. alien. per Feder. Infertur v.non posse ex illo tex.fundari multorum opinionem,quæ habet cum glo.in d.l. emptorem decisionem illius.l.non procedere in cóductione longi temporis, quod tamen receptum est cum Bar.in d.l.qui fundum.ff.locat.vt per Alex,in d.l.si filio.§.si vir : à quo transferunt nouiores

niores in variis locis,& inter eos Salmanticensis Doct. Petr. à Duen. in reg. ccxl. vbi multa adducit ad ornatum & limitationem d.l. emptorem: ea tamen opinio ęquitatem habet. Infertur vj. ex illo §. non posse fundari duram & iniquam opinionem multorum asserentium, Emphyteotam locantem ad longum tempus incidere in commissum, ac si omnino rem alienaret sine consensu domini. Minus etiã inde fundabitur, quod deterius plures dicunt, quinquagesimam domino soluendam fore, si emphyteota rem ad longum tempus locauerit, vt per Ias. in l. fi. C. de iur. emphyt. nu. 2. & nu. 112. Alex. consi. cxix. lib. iij. Deci. consil. cciij. Affic. c. j. in princ. nu. 61. de prohi. feud. alien. per Feder. Fel. in c. quæ in ecclesiarum, nu. 87. de constit. Tiraq. d. loco de retract. nu. 82. Boer. d. decis. ccxxxiiij. In quo contrarium melius aduertere videtur Molyn. ad Alex. in d. cons. quem sequitur D. Couarru. lib. ij. resol. c. xvj. col. iij. & ita nemine citato, Hispan. Anton. Gomes. libr. de contract. ca. de locat. nume. 11. ad finem fol. 28. col. ij. Infertur vij. ex vero intellectu d. §. & recepta differentia inter conductionem à repub. & conductionem à priuatis, ad casum Deci. consil. ccxcij. vbi agit de quodam conductore à repub. Floren. videturque immemor prædictæ distinctionis, quum debuisset respondere, sufficere tunc conductionem modici temporis. Infertur viij. non satis memorem huius distinctionis. Alex. in l. si finita. §. de vectigalibus, col. j. ff. de dãno infect. (quum tex. ibi agat de fundo vectigali Reipub. secundum glo. & alios) superuacuo tunc exigere conductionem ad longum tempus. Infertur. ix. contra Bald. non solitum allegari, in ca. literæ, nume. 4. de dilatio. vbi tanquàm inuicem aduersantes citat I.C. in d. §. qui in perpetuum: & in l. j. ff. de loco publ. fruen. dicens alterum exigere longum tempus, in conductore Reipub. alterum non distinguere inter conductorem ad longum uel modicũ tempus, sed vtrique idem ius tribuere: quam anxietatem Bal. euaderet, si ad suprà dicta aduertisset. Infertur. x. solida ratio ad receptam opinionem quæ habet, particularem successorem fisci, non posse expellere colonum, etiam modici temporis: gloss. Barto. per text. ibi, in l. fi. ff. de iure fisci.

gl. Cyn.Bart.Bald.Salic.in l.emptorem,C.loca. Bart.in l. cognouimus,per text.ibi,C.de mancip.& colon.& Alber. in l.defuncta,in princ.ff.de vsufruct.Ioan.Plat.in l.si tempora,in fine.C.de fide instrumen.& iure hast.fisca.Roman. in l. si filio, §. si vir. num.10. & Paul.num.4. Alex.nu.5.ff. solut.matri. Ias.in l. diuortio, num.36. eod.tit. Guid.Pap. decis.ccccl xxx.Ratio igitur erit vltra scribēt. quia in con ducentē à fisco transfertur ius in re,quod regulariter cessat in alio cōductore. Vbi autem ius reale acquiritur conductori,cessat d.l.emptorem,secundum omnes ibi:Pau.in d.§.si vir.nu.4.Bart.in l.qui fundum,ff.loca.quæ ratio doctis forsan magis placebit, quàm alia quæ communiter traditur à gl.& scribent.de fauore fisci.Infertur xj.lapsum in hac re fuisse doctiss.Alex.in d.§.si vir,col.iij.num.5.vbi fatetur proximum speciale in conducente à fisco,negatq; illud in conducente à Repub. contra Roman. Sed debuit aduertere ad resolutionem ab eo probatam in d. l.diuortio,§.si fundum:ex qua resultat necessariò in cōducentem à Repub. transferri ius in re : & ideo tunc non procedere regu.d.l.emptorem,secundum communem traditionem, cum ijs,quæ notat Plat.in d.l.cognouimus,C.de mancip. & colon. Infertur xij. ad opinionem Roman.in d.§. si vir, num. 13. qui in conducente ab ecclesia, similirer limitat regulam d.l.emptorem, vt tunc successor particularis teneatur stare colono:quod voluit Bart.in d.l.cognouimus, inferēs de fisco ad ecclesiam. Alex. autem contradicit in d.§.si vir,num. 5.improbās fundamentum Roma. qui arguebat de Republ. ad ecclesiam,per l.fi.C.de sacros.eccl. dicitq; Alex. in Repub.id non inueniri,& sic negabat antecedens, in argumentatione Roman. Sed in hoc labitur Alex.non enim id bene negat,attentis ijs,quæ dicimus in præcedenti illatione : meliusq; respondisset non inueniri scriptum, in conducentem ab ecclesia ad breue tempus, transire ius in re,vt transit in conducentem à ciuitate,vel à fisco,qua ratione opinionē Alex.probat Curt. seni.cōs. x. Sed nō putarem recedendū ab opinione Bart.& Roma. ob superius tradita de fide in cōuentionibus fisci,vel Reipubl.quæ magis militant in ecclesia: ne conductor se frau

datum

datum conqueri possit, iuxta c.per tuas, cum gl.de donatio. Et hoc contra Alex.sequitur Hieron.Grat.consil.xcv. numero.23.lib.j. Argumentatio autem Roma.à simili vel æquiparatis fragilis est, ubi dari potest ratio diuersitatis, ex traditis à Felyn. in cap.translatio: numero 10.de constitu. & in c.ii.n.9.de sponf.latè.Nicol.Euerard.in centuria legali, c.x.ubi in c.xxvi.tractat arg. de fisco ad ecclesiam:& Panorm.in c.auditis,nu.x.& seq.de in integ.resti. Bal.in l.j.C.si propt.publi.pensitat. Nec omitto quòd ratio nostra sup.circa conductorem fisci uidetur non negligenda,quia Rom.statim allegandus, & alij asserunt,illud speciale nō probari in d.l.fi.ff.de iur.fis.quod si ita est,minus quidem id probatur in d.l.cognouimus : quam Rom. extollit in singula. lxii.Alexan. & alij in dictis locis.Sed illa l.loquitur de colonis antiquissimis , non autem indistinctè de quolibet.colono, ut à scribent.citatur.Temporis autem antiquitas in omnibus grandes inducere effectus notissimū est de qua re extat curiosus tractatus Aymon.Crauet.Vnde contra Barto.& alios in d l.cognouimus:contra Roman.d.singula.uerius puto , pœnam priuationis,quam.l. illa irrogat successori repellenti antiquissimum colonum,non extendendam in successorem ecclesiæ uel Reipubli.uel fisci, expellentem alium colonum:licet concederetur extensio eiusdem.l.quo ad principalem conclusionem,ut satis sit ne colonus expellatur, non autē quòd successor contra faciens re ipsa priuetur:cum potuerit iusto colore moueri, ex regul.d.l.emptorem,& d.l.qui fundū.C.& ff.locat. Faciunt quæ supra diximus ex Ioanne Andrea, & magis viris,de non extēdenda pœna legis. Maximè quia dicta l cognouimus , non uidetur comprehendere successorem ex causa onerosa, ibi, *meruerint*: nec emptor ita astringi debet conuentis à uenditore , sicut donatarius à donatore . Tandem ex prædictis nemo inferat quòd conducens à fisco uel Repubbl. ad breue tempus : æquetur emphyteotæ , cum præiudicio locantis : puta ne expellatur non soluendo , nisi post tempus quo expellitur emphyteota . Contrariam enim verius est, imò quod statim possit expelli, ut simplex conductor:

secundum Paul.& Imo.in l.uectigalia.§.j.ff.de publi.& vectigal.per tex.ibi:sentit Bart.in l.j.C.de admin. Reipubli. & ibi Plat.& Firmia.de gabel.ii.par.num.15.Bald. in c.literæ.nu.1.ad fin.de dilatio. licet uariet gl.& Ang. in dict. l.vectigalia,& Bal.in l.j.C.si prop.public.pēsitat.Quæ om
69 nia quotidiana sunt, nec alibi ita explicata.Ex prædictis infertur, an pater in aduentitijs filij possit seruitutem cōstituere? quod regulariter negandum est sicut in alijs fructuarijs : ut deduximus in præcedenti parte, explicando tex.in l.sed & si quid.xix.§.fi.cum.l.seq.ff.de vsufruct. notat Paul.in l.ii.in fi.ff.de seruitu. Ideoque suadetur ex l. ¶ C.ibi,quatenus habet, seruitutem constui non posse, nisi à plenè domino:tex.in l.vnus ex socijs.xxiiii.ff.de seruitu.rustic.prædior.Probatur etiam, quia patri interdicitur alienatio in hac l. esset autem alienandi species seruitutem constituere,ut inquit gl.in cap.j.§.quid ergo, de inuestit.de re alien.quæ potuisset adducere vulga.l.fina.C. de reb. alie. Suadetur etiam quia patri conceditur administratio ad utilitatem filiorum, secundum Bald.hic in fine, & probat tex.in l.generaliter,versi.neg.C.de secund.nup. Esset autem detrimētum manifestum, constitutio seruitutis.l.stipulatio ista habere licere.§.si quis fortè,ibi,*minuitur*.ff.de uerbo.oblig.Si tamen pater iusta causa ad utilitatem filij,vendendo uel permutando, seruitutem constituerit,substinebitur illa seruitus,sicut totalis alienatio rei ex iusta causa patri permittitur absque decreto: secundū re-
70 ceptiorem opinionem quam sup. plenè defendimus. Sed ex scriptis nostrorum in uarijs locis, uidetur idē resoluendum in patre,quod omnes resolnunt in fructuario,feudatario, emphyteota & similibus:ut scilicet constitutio seruitutis nō ualeat in præiudicium domini directi, maneat tamen durante usufructu, iureque ipsius emphyteotæ & similiū,per tex.in d.§.quid ergo, de inuestitu. de re alien. vbi imperator id apertè statuit in feudatario, & ibi Bald. nu.3.dicit eum text.singu.& continere ius cōmune,ideoque compræhendere emphyteotam: quod etiam vult idē Bald.in leg.& in prouinciali,num.3.C.de seruitu.& aqua. & ibi Sayce. & Pau.citantes dict.§.quid ergo: & tex.in l.
lex

lex uectigali. ff.de pignor. ubi ita resoluitur in habente fundum uectigalem, cum obligante: inquit enim tex. hypothecam durare quamdiu durauerit ius emphyteotæ, & ita gl. & Ange. ibi, idque ut receptum tradunt Aluaro. & Præpos. in d. §. quid ergo. & Afflict. nu. 3. & num. 34. & Ias. hoc cõmendans. in l. fin. nu. 118. C. de iure emphyteo. qui debuisset in hanc sentẽtiam adducere authoritatem Bar. eam clarè probantis, in l. j. §. fi. ff. de superfic. & ita in prædictis ut receptum tradit Cæpo. de seruitut. vrba. c. xiiii. Afflict. decisio. ccclxxx. nu. 2. & sequen. Curti. de feud. quæstio. xiiii. tradit Alex. consil. clxxiii. numero 1. libro ii. tradit Cardina. Paris. consil. xcviii. numero 11. libro ii. latè Boer. decis. clxxxj. In eandem partem citatur gl. quæ idẽ apertè vult in l. iii. ff. de seruitut. dicens emphyteotam & superficiarium posse seruitutem constituere, tanquàm vti les dominos: & ita Alberi. & Pau. ibi generaliter id probantes cum prædicta distinctione: & latius ibi Pau. Cast. nu. 2. & sequen. & illam glo. ad hoc extollit Ias. in d. l. fi. nu me. 118. quæstio viii. C. de iure emphyteo. idem Ias. in l. iii. §. ex contrario, nu. 66. ff. de acqui. possess. latius idem Ias. consi. cxxiii. lib. iiii. Addunt etiam plures posse emphyteotam cõstituere usumfructum duraturum quamdiu emphyteosis durauerit: notat Bald. in l. j. § item in fundo. ff. quib. modis vsusfruct. amit. per tex. ibi: idemque probat Barto. in l. iii. §. ex contrario, col. fin. num. 12. ff. de acquir. possess. & ibi Alex. nu. 30. & 36. ibique Ias. nu. 65. & cum solo Bald. vbi sup. idem Ias. in d. l. fin. nu. 118. C. de iur. emphy. & cum eodem Bal. Coras. in d. l. iii. nu. 25. ff. de serui. & ita Albe. non relatus, in d. l. j. ff. quibus mod. usufru. amit. Ias. d. cõsi. Ex his (ut ex multis alijs) depræhenditur quàm sit dolenda confusio scriben. in hac iuris facultate: Ias. enim d. §. ex cõtrario, nu. 66. citat gl. Bal. & alios, in c. j. de c. Corad. & alios alibi contradicentès, imò ꝙ feudatarius uel emphyteota nõ possit usumfructum constituere: & ita putat scribent. inuicẽ aduersarij: ita etiam Curt. de feud. iiii. par. quæst. xv. putat eosdem scriben. sibi contrarios, miraturque nimis quomodo apud eos communis sit opinio, ut uasallus & emphyteota possint seruitutem con-

constituere,non autem vsumfructũ. Nec ibi meminit Ba.
Bal.& aliorũ in locis hic relatis, qui vsumfructum in hoc
æquiparant alijs seruitutibus, asserentes indistinctè posse
emphyteotam & uasallum usufructum omnemque ser-
tutem impunè constituere. Et ultra eos inuenies Rom.
singu.dcxxvj. apertè tenentem contra Bal.q. emphyteo
vel vasallus non possit vsumfructum constituere: idem
transcribendo verba Rom. tradit Cremens. notab.lxxx.
vbi bene respõdent ad tex.in d.l.j.ff.quib.mod. usufruct.
amit.ibi, *iure constitutus*. In quo etiam aduertendum eius q.
Alex.consil.xviii.lib.v. (malè citatus à Ias.in d.§. ex con-
trario) planè sentit non posse emphyteotam uel vasallum
vsumfructum constituere: atq; ideò in casu de quo ibi cõ-
sultus fuit, probat non fuisse vsumfructum, sed obligatio-
nem personalẽ, circa fructus rei: quod liberè fieri potest,
secundum scriben.ibi allegatos, cum traditis à Ias.in l.fi-
liusfami.§.diui, in ii.lectu.nu.83.cum seq.ff.de lega.j. Qua
in re Alex.Ias.& ij quos citant, apertè uolunt, quando agi-
tur de fructibus tantùm, nihil referre inter concessionem
uel locationem ad longum tempus, eandemve ad modi-
cum, quia tunc semper militat illa ratio obligationis per-
sonalis diuersa à iure reali, iuxta.l.fin.§.fin.ff.de contra-
hend. empt. cum multis quæ tradit Palat. in c. §. trigesi-
mooctauo, & latius Tiraq. de retract. ligna.§.j.gl.vij.ex
nu.xlvj. Vt hinc obiter caueas ab Afflict.lib. iii.constitut.
Rubr.v.nu.19. ubi & in ijs terminis incautè distinguebat
inter longum & breue tempus, in quo melius sentit idem
Afflict.in c.j.in princip.nu.30.cum Iser.ibi, de probat.feu.
71 alien. per Fede. in hac scriben.confusione mutuaque pu-
gna, quam Curt.miratur. Ias. verò ægrè concordat (qui
tamen quanta scriben. varietas sit non uiderunt) aduerto
Ias.ipsum in dict.§.ex contrario, nu.66.in fin. tandem in-
telligere gl.& Doct in c.j.de capit.Corradi.secundum di-
stinctionem superiorem, ex c.j.§.qnid ergo, de inuestitu.
de re alien. Vt sic cõcordentur gl.& Doct.& ita Afflic. in
d.cap.j.§.prtæerea, colum.j.num.5.de capitu.Corrad. se-
curè intelligens glo.& Doct. ibi, ut vsusfructus à feudata
rio constitui nequeat in præiudicium domini, bene ta-
men

men cum damno ipsius feudatarij, durante iure suo. Curt. autem dict. quæstio. xv. in iiii. part. de feud. apertè tradit gloss. & Docto. sibi ipsis aduersari, nec prædictam concordiam admittere: ideoque miratur, cur in vsufructu, gloss. & Doctor. negant, quod in alia seruitute permittunt. Et uerè gloss. d. capitu. j verb. alienationes, de capit. Corra. prorsus negat feudatario facultatem constituendi vsumfructum: eamque ut receptam citat Alexand. d. § ex contrario, num. 37. vbi hoc inuolutum relinquit. Ego aduerte bam ultra omnes, dici posse glo. sibi non aduersari, quia in
¶ l. iii. ff. de seruitu. loquitur de emphyteota, cui concedit potestatem cõstituendi seruitutem, rectèque à Doct. intelligitur durante iure suo: glo. autem in dict. c. j. de capitu. Corra. loquitur de feudatario, in quo si diligenter feudorum iura inspiciantur maiori rigore alienatio prohibetur: idque depræhendetur, conferendo decisionem. l. fi. C. de iur. emphyte. cum prohibitione. dict. c. j. de capit. Corra. & magis. c. j. §. j. de prohib. feudal. alien. per Federi. & ibi gl. & Doctor. Potest autẽ ratio differentię considerari, quia in feudo maior est gratia domini, cui magis subijcitur persona vasalli, cũ & fidelitatem iuret: at emphyteota solam pensionem debet, non ius clientelæ, ideoq; in proposito nõ uidetur satis tuta æquiparatio emphyteotæ & feudatarij, quã faciunt Bal. & omnes in dict. §. quid ergo: & in alijs locis sup. citatis. Pro extricanda etiã scribent. cõfusione aduerto, quod tam emphyteota, quàm feudatarius nõ punirentur concedendo vsumfructũ alij, quia tunc rẽ ipsam propriè non alienat, nec etiã totũ ius suum vndè nõ rectè applicaretur pœna cõmissi, quamuis domino daretur ius reuocandi talẽ alienationem feudatarij, nõ ideò pœna priuationis applicanda esset: secundum ea quæ su-
¶ perius diximus ex Ioan. Andre. & alijs. Addo etiam securè dicendum fore contra uerba. glos. d. l. iii. ff. de seruitu. contra Bart. Bald. Ias. & alios vbi suprà emphyteotam nõ posse constituere verum vsumfructum: verus enim vsusfructus personæ habentis inhæret, non alterius: hic autẽ ius translatum ab emphyteota, nõ potest nõ pendere à vita & iure transferentis. & consequenter nõ est verus vsus-
fructus

fructus:quod probatur in terminis ex d.l.lex uectigali.ff. de pignorib. & in simili ex l.necessariò,§.fi.ff. de peric.& commo.rei ven. Valebit ergo ea concessio emphyteotæ, sed non transferet uerum usumfructum. Hinc deducitur, retenta communi opinione, par ius esse in emphyteota & feudatario,ut constituto ususfructus alteriusq; seruitutis impunè fieri possit, maneatq; quandiu durauerit ius constituentis.Circa pœnam uerò priuatoris, faciliùs reuocabitur translatio feudatarij quàm emphyteotę.probata autem fraude reuocabitur alienatio etiam cum pœna priuationis. vt in c.j.§. calidis de prohi.feu.alien.per Feder. Ex his infertur utilis resolutio ad tex.in d.l.fin.C.de iur. emphyt.similiterq; ad tex.in l.j.§.itẽ fundo.ff. quib.mod. ususfr.amit.ad tex.etiam in d.c.j.§. quid ergo,de inuestit. de re alien.Infertur ẽt resolutionem quam sup.tradimus, circa emphyteosim uel locationem ad longum tempus,factam à possessore maioratus,ne obliget successorẽ,nec uires habeat ultra uitã possessoris locantis : quod ultra ibi citatos,aptè confirmabit ex Curt.de feud.iiii.part.q.xiiii. ad mediũ. Infertur etiã cõtra durã opin.euidentemq; scribentiũ repugnantiã,dum alibi volunt emphyteotã locantẽ ad longum tẽpus incidere in cõmissum,quod sup.damnauimus,manifesteq; cõuincitur ex hoc quod ipsi sibi aduersantes permittũt impunè, ut emphyteota possit usumfructũ & seruitutẽ concedere,quod plus est quã ad longũ tempus locare,ut cõstat ad sensum: & ex Bal.Nouel.infr. citando,iuncta.l.v.ff.de fund.dotal.Probaturq; fortissimè argu.fructuarij, cui indistinctè permittitur rẽ locare,sine temporis differentia.l.arboribus.xiii. §.usufructuarius.ff. dę usufr. Ex eisdẽ infertur comprobatio ad id quod tradit Bal.Nouel.de dote.vii.par.priuile.j.limi.xvi. posse virum ¶ longum tempus locare fundum dotalem, ut tamen locatio tantum maneat durãte iure ipsius mariti: quod etiam probat Ioann.Bosch.de legit.nup.vi.par.nu.57.in vi.volu. tracta.cuius rei tunc utilitas erit , ut maritus nec uxoris nomine rescindere possit talem locationem:licet aliàs rei dotalis alienationem à se factam , saltem uxoris nomine reuocare possit; ex gloss.& Docto.in princip.Institu.quib. alien.

¶ alién.licèt.de quo proximè dicemus. Ex eiſdem infertur ad poſſeſſorem maioratus, ut ſecurè dicamus poſſe eum ad uitā ſuam conſtituere uſumfructum & ſeruitutem, non autem duret poſt eius mortem, nec ut ſucceſſorem obliget: quod directè & neceſſariò ſequitur ex d.§.quod ergo:de inueſtit.de re alie. ex dictis à Bar.Bald.& alijs ubi ſup.maximè ex Bal.l.iii.nu.3.C. de ſeruitu.probatur ſatis in ſimili ex gl.in c. ueniens, de tranſact.verb.inter,& ibi Panorm. & ex Paul.notabiliter in l.in concedendo,nu.4. uerſicul.idem in hærede.ff.de aqua.plu.arcend. Et à fortiori in hoc caſu id dicendum eſt, cum hic poſſeſſor maioratus durāte ſuo iure, ſuperiorem in his bonis nō habeat nec ius ſucceſſoris interim tanti momenti eſt, maximè cū ei nullum præiudicium fiat. Poſſeſſori autem quatenus ſolùm diſtraxerit, quod reſpicit fructus ſui tēporis, non pōt interdici uſus bonorū, ut meritò reijcienda ſit contraria opin.docti Hiſpani Anto. Gomet.l.Tauri.quadrageſimo. nu.85.qui cū pro hac parte benè arguat, malè ab ea recedit.

72 Ex prędictis tandē infertur ad deciſionē ac uulgarem allegationem.d.l.ex uectigali.ff.de pignor.cum qua alleri poteſt tex.in c.nuper à nobis, de donat.inter vir.& vxo. & quæ tradit Deci. in l.ſi ſocius.nu.6.ff. ſi cer.pet.Non tn̄ perpetuò tenet illa regula, ut finito iure dantis, finiatur ius accipientis: aliquando enim diuerſum obſeruatur.ut nouiſſimè tradit Coraſ.l.iii. numero 27. pag.cxlviii.ff.de ſeruit. Eandem regul.d.ll. ex uectigali, notabiter in ſuis terminis limitat Alex.conſ.clxxxiii.nu.5.libr.ii.aliter etiam limitat Afflic.in ca.j. §.ſi quis de manſo.nu.80.cum ſeq.de controuer.inueſtit. Vtilior limitatio ad illam l.eſt, ut procedat tantum quando res redit ad dominum ex ne-

¶ ceſſaria conſolidatione, proprioq; iure domini:quale eſt ex commiſſo felonia, uel fine generationum. Si ex actu ex uoluntario donationis, uel ſucceſſionis ex teſtamento uel ab inteſtato: tunc enim res non redit liberè ad dominum, ſed potius dicendum eſt durare hypothecam, aliaque onera impoſita ab emphyteota uel feudatario:ut dixit Petrus à Bella pert.& Ioan.Reynal.quos refert Curt. de feud.iiii.parte, quæſtio.xviiii.ad finem Guid.Pap.deciſio-

cisio.cccccIxxxv.& Guilel.Benedic.in c.Raynucius,uerb. & uxorem.nu.561.Boer.decisio.clxxxi.Coras.in dic.l.iii. nu.26.in fin.ff.de seruit.Molin. in consuetud.Paris.§.xiii. in glos.v.numero 26.Tiraq. de retract.ligna.§.xxxiiii.gl. j.numero 9. Nec omitto quòd ex regu.d.l. aptè fundatur opin. Ripæ & Tiraq.quam non bene improbat Molin.d. lib.j.§.xxx.nu.85.Aliqua etiam ütilia ad illã l.tradit Alc. in l.debitorum, nu.11.C.de pact.& alia Ias.in l.ii.nu.67. usque ad nu.71.C.de iur.emphyt.latius Tiraq. de retrac. ligna.§.j.gl.ix.num.256.trib.seq.Ex eadem l.est contẽtio Bar.& Bal. ad grandẽ quæst.in materia l.ii.C.de rescind.
73 uenditio.ubi aliquando,Deo duce,dicemus.Circa eandẽ prohibitionem huius.l.interdicentis patri alienationem aduentitiorum filij,quæstionis est,an pater ipse alienans possit rem uendicare ab eo in quem alienauit? Videturq; non admittendus,ex regu.vulgari.l.post mortẽ.ff.de adoption.ubi gl.& Doct.notant, quod nemo audiatur contra factum propriũ:& ita tex.in l.cum profitearis.C.de reuocand.donatio. Posset etiam obijci alia regula trita,quem de euictione tenet actio,eundem agentem repellit exceptio.l.uendicantem.ff.de euiction. Quæ vulgaria nõ obstant: magisque dicendum est patrem alienantem contra prohibitionem huius. l.ex ea admittẽdum ad irritandam alienationẽ,& rẽ uendicandã nomine filij.secundũ gl.expressam Bal.Salyc.& alios in l.cũ à matre.C.de rei vend argu.l.quemadmodum.C. de agric. & censit.quam notat glo. in dic.ll.pro earum limitatione,ut non procedant qñ alienatio fuit contra legem:& ita Alberic.in d.l.vendicantem,& ibi Saly.ita etiam Bal.in l.j.C.de libera.cau.& alios referens tradit Ias.in l. iusiurãdum.§.procurator, nu. 30.in fi.ff. de iure iuran.nec putet aliquis d.l.vendicantẽ, loqui etiam de alienatione nulla (ut vulgus putat,quãdo uenditur res aliena)nam de iure talis uẽditio censetur ualida, iuxta tex.in l.rem alienam xxviii.ff.de cõtrah.empt. tradit notanter Afflic.Decis.ccclxix.ut hinc colligas magis resistere legem alienanti rem filij, cuius administrator est, quam si uendat rem alterius, contra Bal.in l.j.in iii.oppo.C.ad exhib. Melius etiam retorquetur argu.d.l.
ven-

vendicãtem, & alia quæ obijci possent:nam ibi repellitur uenditor si veniat iure proprio contra alienationem, quã fecit: prætendens fortè si ex noua causa dominium assequutum: hic autem pater obligatus ex sua persona reuocat iure & nomine filij:ut eius administrator:quod generaliter licèt, secundum Salyc.in d.l.uendicantem, Alberi. in d.l.post morté,col.iii.vers.ii. & Alex.consi.cix.nu.4.li. iiii.qui adducit argu.ex gl.in princip.Institu.quib.alie.lic. in verb.interdicta:quæ habet, virum alienantem rem dotalem contra iuris prohibitionem, posse rem auocare etiam constante matrimonio: & idem vult gl.l.vnæ.§.& cũ lex.C.de rei uxor.acti.in verb.alienare : & est recepta opinio,secundũ Angel.Aret.in d.princ.col.ii.& ibi latè Riminal.& ita asserit Bal. Nouel. de dote.vii.parte priuil.j. limita.xii.Cape.de dote.iiii.part.q.xx. Ant.Gomet.l.Tauri,l.nu.63.& hoc probat Bar. in l.cum vir.nu.13.ff. de vsucap.& ibi Imol.contra gl.ibi:de qua tamen cõcordanda agit Nicel.concordan.cxx.Sic in casu notabili,circa alienationẽ extra familiã contra prohibitionẽ testatoris,notat Paul.in l.filiusf.§.diui.nu.3.in fi.ff.de leg.j.de quo infra.Idẽ probatur magis ex c.si quis presbyterorum,secũcum cõe intellectum , de reb.eccles. non alien.rectè adductum à gl.in d.prin.Institut.quib.aliena.licèt:ibi enim prælatus alienans rem ecclesiæ contra iuris præcepta,potest eandem rem uendicare nomine ecclesiæ , quia tunc censetur altera persona,secundum Imol.& alios ibi:& nouissimè Bero.num.46.ubi ita generaliter limitat reg.d.l. Vendicãtem.quod in terminis decidit.q.nostrã,& ita cessant , quæ ex alijs tradit Tiraq.de retr.ligna.§.xxvi.gl.ii. ex nu.7.facit,tex.not.in l.tutorẽ,ff.de ijs quib.ut indign. ibi,*discreta iura,quãuis plura in eandẽ personam:*& ibi,*non suę personæ iure , sed pupilli:*notat Areti.in l.in pluriũ.ff.de acquir.hæred.ubi aliqua tradit,de publici qualitate in eadẽ persona:& notabiliter Deci.in c.ex literis,col.pe.de probatio.ex nu.14.ad l.si consul.& Bar.ff. de adopti.facit tex. in c.à collatione, de appella. in vi.ubi in eadem persona dantur diuersæ qualitates,Episcopi & Canonici: expẽdit Dec.in l.j.in ii.lectu.nume.90.C.de admit. Ad idem solet no-

notari tex. in l. binos. C. de aduoc. diuerso. iud. ubi Bald. in fi. tradit, posse quem duplex salarium percipere, si duplex officium gerat: idem Bal. in l. si duobus. ff. de conditio. & demonstr. Bald. in l. fina. C. de appellatio. Roma. cons. xxv. Fely. in c. cum olim col. ii. de re iudica. Benedic. in c. Raynucius, in trac. de fideicommiss. substi. nu. 10. Ioã. Plat. in l. maior. C. de dignit. nouissimus Hispa. de Auendano, cap. iiii. fol. 48. Sed illa. l. ad hoc malè citatur à multis ex ijs & alijs, non enim loquitur de uno habente duplicem qualitatem, duplexve officium, sed de pluribus habentibus idé officium cum æquali prærogatiua, ut constat ex litera, ibi, *paribus dignitatis & priuilegiorum insignibus*: idque contingit sæpe in curia Romana, nec minus frequenter in curijs principum, ut eiusdē qualitatis exerceantur plura officia æqualia, ut alibi inquit tex. in l. sed & milites. x. ff. de excus. tuto. ibi, *coęqualitas enim honoris militiæ.* Sed an filius admittatur ad irritandā alienationem aduentitiorū à patre factā? uideturq; nō admittēdus, cū ante finitū usumfructū patris, ius agēdi non ipsi filio, sed patri cōpetat in aduentitijs, & filiusfa. regulariter nō agit iuxta l. filiusf. viii. ff. de act. & obli. cum traditis in l. fi. §. necessitate, infr. ti. j. nec quis ante diē agendo auditur. l. j. §. dies. ff. quan. dies ususfr. lega. ced. Hoc apertè probari uidetur in l. j. in fi. infra. de annal. excep. & ita in terminis notāt Bar. & plures, quos refero in Authen. sequent. nu. 44. & 45. Sed ijs non obstantibus contrarium probo in dic. Authen. cum Bal. &
¶ paucis quos ibi refero: facit gl. in l. si quis. §. fin. ad fi. C. de secun. nup. ibi, *fraude alienando*. facit Bal. hic. ad fi. dum intelligit potestatē patris quoad cōmoda filiorum: facit etiā quod generaliter traditur à multis, administratore contra legem alienante, admitti dominum aduersus alienationē, ut per Bero. in c. si quis presbiterorum numero 37. de reb. eccles. Iuuatur etiam hæc opin. ex his quæ diximus in secunda parte, ut pater remoueri possit ab administratione, si aduentitia filij citra causam utilitatis alienet: tunc enim censetur pater fraude agere, ut not. Bal. in c. j. §. hoc quoque, numero 4. de succes. feu. Interdum namque parentes, uel instigationibus aliorum, uel iniquitate
pro-

propria,etiam in filios iniquè & fraudulosè versantur: vt in l.iiij.ff.de inoffic.testam. Confirmatur etiam ex decis.l. Imperator.ff.ad Trebell. ibi enim auditur filiusfa. contra iniquam alienationem patris,in bonis in quibus spem, nõ dominium habet:à fortiori ergo in aduentitiis, secundum Pau.& Alexan.ibi.& ita alias in alienatione feudi statim admittitur filius,vt in c.j.§.Titius,si de feud.fuer. contro. inter dom. & agna. & consultius est vt filius quam primũ audiatur,ne lapsu temporis difficilior fiat reuocatio: maximè cum glo.& Docto.dicant,mortuo patre filium hærę
75 dem non admitti contra alienationem, vt infrà. In hanc partem conducit opinio.Bald.in l.ij.ad fin.nu.3. C.si quid in fraud.patro.vbi scripsit, ex æquitate succurrendum filiis,quando pater bona dissipat, vt ex his aliqua separentur pro alimentis & legitima:idq; probat Paul. ibi id extollens,nu.6.idem Pau.in d.l.Imperator,& ibi Alex.num. 13.ibi ét Hispan.Segura,nu.118.& Claud. ibi. & Iacobi. à S.Georg.in l.lis nulla, nu.3.ff.de iudi. & in l. patronus, nume.5. ff. de probation. & in d.l.lis nulla, citat ad idem Roman.& ita Palat.in repetit.C.§.xvij.nume.14. Fabian. in Authen.nouissima,num.83.C.de inoffic. testam. & non citato Bald.tradit Cagno.in l.fin.in fine. C.de pact. Contra verò citatur,idem Bal.in l.non potest. ff. de adoption. quem sibi contrarium putauit Alexan. in d.l.Imperator. Iacobi.vbi supra Ias.& nouiores infra citandi.Et hanc partem contra Bal.in d.l.ii.magis probat Ias.in §.item si quis in fraudem,numero 4.Institutione de actionib. & in l.si is qui temporali.§.sed & si quis,numero quarto ff. de iureiurand.& in l.lex Cornelia, numero sexto. ff. de vulgari. & pupillari.dubitat idem Iason in dicta Authentica, nouissima.numero octauo. Et ita Chassa. in consuetudine,Burgun. Rubrica septima,paragrapho secundo,numero quarto.folio 230.& hoc contra Baldum,in dicta l. secunda dubitans probare videtur Cacialup.in l.frater à fratre, nume.centesimavigesimasecunda, vbi dicit variè in hoc iudicatum vidisse. Ex numero autem scribentium receptior videtur opinio Baldi, in dicta l. secunda, & Iason. in contrarium citatus, magis dubitare quàm asserere videtur:

quicquid contra dicere uideatur non indiligens Peres ad Segur. vbi suprà. ❡ Quia in re nunquàm uel difficillimè in praxi obtinebit opinio Baldi quoad legitimam, vt bene sentit Salycetus, in dicta. l. secunda, ad finem. C. si quid in fraudem patroni, meliusque Cacialup. vbi suprà. refragantur enim iura, eorumque rationes, quibus firmiter constituitur, legitimam nullo modo deberi filio uiuente patre: nec potens est authoritas Doctorum ad inducendam tam exorbitantem decisionem, quia tunc moderatum remedium à iure datur, vt patri dissipatori interdicatur bonorum administratio, eique detur curator. iuxta. l. primam in fine. ff. de curato. furio. vbi exprimitur, vt filius ipse potius quàm alius curator detur. Sic igitur sufficiens remedium ordinarium excludit extraordinariū & exorbitans, maximè quòd pater potest mores emendare, ideoq; non statim tractandum est de legitima, quę etiā certa esse non posset ante mortem patris. Atque ita resoluo vt ex prodigalitate uel sinistris moribus patris, non statim ex bonis illius assignetur legitima filio. Nec ad hunc casum trahi potest longè diuersa species dictæ. l. Imperator, loquentis tantum de bonis relictis patri cum onere restituendi filio: & in hanc partem induci potest l. penultima. ff. de curator. furio. Ad casum verò alimentorum, cùm à patre viuente magis debeantur, tutius procedet traditio
76 Bal. in d. l. ij. Ex his infertur ad quæstionem patris alienantis ex causa onerosa: an & quomodo filius admittatur aduersus alienationem: si enim pater alienauerit donando uel simili causa lucratiua, notum est competere querelam inofficiosæ donationis, per totum. C. illo tit. & in l. Titia. lxxxix. §. Imperato. ff. de legatis secundo, de qua re ultra ordina. extat curiosus tractat. Carol. Molyn. In hoc autem articulo dixit gloss. in l. prima ad fin. C. de inofficio. donatio. non posse filium reuocare nisi donata, non autem alienata titulo oneroso, in quo dicit meliorem esse conditionem patroni, qui reuocare poterit alienata etiam ex causa onerosa: in quo etiam scribent. in §. item si quis in fraudem, Institutione de action. uolunt melioris conditionis esse patronum, quàm verum creditorem, ut tradit Iason.

son.ibi,numero 33.cum alijs, asserens quòd patronus pro sua legitima reuocat alienata titulo oneroso, licet contrahens cum liberto fraudis particeps non fuerit: quod requiritur in alienatione debitoris, vt à creditore reuocetur: & ita in filio,ne vllo modo admittatur contra alienationem ex causa onerosa, tradunt Bald.& Paul.in l.ij. C. si quid in fraud.patro.& Paul.in Rubric. C. eodem ad fin. Alexand.consil.lv.numero.1.lib.j. idque receptum asserit Molyn.in consuetu.Paris.§.viij.glo.iij.nume.18.& D. Couarru.in c.Raynutius §.x.nume.9. qui omnes in hanc partem citant authoritatem Barto. post Dyn. in l. hæreditarium.ff.de bon.authori.iud.posside. Ijdem etiam scriben. maximè Bald.Paul.Alexand.& Ias. vbi suprà citantes tex. in dicta.l.fin.ff.si quid in fraud.patro.vbi I.C.significat posse reuocari generaliter alienationem à patre factã, intelligunt tam ex causa onerosa quàm lucratiua: idque asserunt specialiter procedere in casu illius tex.in filio impubere arrogato,ex constitutione diui Pij,quẽ dicunt in hoc melioris esse conditionis quàm filium ex iustis nuptiis procreatum,eò quòd tali arrogato magis ex contractu legitima deberi videtur,secundum eos:& ita Molyn.& Couarru.vbi suprà idemq; sentit Alberic.in l.ij.in fin. ff. si quis à paren.fuer.manumis.& ita Alexã. d.consil.Ias.in dicta.l.si arrogator: Socin.consi.cviij.nume.8.libro primo. In his
77 tamen,quæ tot viri doctissimi asserunt,multa sunt emendanda.primò,contra gloss.Molyn.& alios qui communem opinio.in eo quod dicunt,patronum melioris conditionis esse quàm filium, in reuocandis alienatis ex causa onerosa:contrarium enim verius est,receptiusq; uidetur, in quo sufficeret sola ratio naturalis,quæ non patitur patronum filio præferri l.intestato.ff.de suis & legit.hæred. Deinde ¶ aduertendum est quòd si causa uerè est onerosa, & sine fraude,patronus non potest contra eam admitti: vt colligitur ex discursu totius.l.j.& titu.ff.si quid in fraud.patro. & ita probat textus in §.si quis in fraudem dicta l. prima, quem à Doctor.in contrarium adduci dolendum est,idem probat text. in l. patronus. vj. ff.de probatio.quod melius videtur aduertisse Gomet.in dicto.§. item si quis in frau-

dem,nume.15.Institu.de action. Vbi igitur alienatio verè est ex causa onerosa absque fraude, vides patronum non admitti: & ita l. quarta. ff.si quid in fraud. patro.ibi, *dolo malo alienatum:* vides etiam I.C. in d. l. prima. §. si quis in fraudem, cum præced. & seq. tunc admittere patronum, quando causa onerosa erat extrinsecus, intus autem fraudem donationemque continebat, vt alibi inquit I.C.in l.si sponsus.v.§.circa venditionem.ff de donat.inter vir. & uxor. Quo præhabitò circa patronum, iam necessariò sequitur quod diximus eũ non esse melioris conditionis, quàm filium: si enim fingas patrem alienare simili fuco, vt extrinsecus causa videatur onerosa, intus autem contineatur do¶ natio in fraudem filij, non poterit quidem filius à iure reuocandi excludi, per d. iura, iuncta regula iuris, quæ habet effectum veritatemque attendi, non colorem uerborum l.insulam ff.de præscr.verb.cum simi.& per totum C. plus valere quod agi. Nec Doct.hoc negarent, quia in fortioribus terminis filium admittunt, vbicunq; apertè non probatur causa onerosa, quamuis pater eam fateatur etiã cum iuramento, vt probat Barto. in l.cùm quis decedens. §.codicillis.nume.4.ff.de legat.tertio.Iaso.in dicta Auth. vnde si parens. Idem in l.i.colu. i. ff. de eo per quem fact. erit: idem in dicta.l.si arrogator, numero.25.& plures per Tiraq.de retract.ligna.§.i.glo.xviii.nume. 80. fateturque D.Couarru.in d.c.Raynutius §.x.col.penul. Igitur si Docto.hæc maturius aduertissent, nec sibi ipsis contrarii forent, nec scriptum reliquissent patronum reuocare alienata ex casa onerosa, nec in ea re filium deterioris conditionis fecissent, quod melius contra eos sentit Barto. in l. ii.ff.si quis à paren.fuer.manumis.quem plures ex sup. citatis ineptè reprehendunt, sequentes Bal.in d. l.ii. Vnde cessat labor gloss.& Doctor. circa rationem commenticiæ differentiæ inter patronum & filium, cùm verè talis differentia iuri contraria sit. Hinc. ij. iam infertur, in hac re circa alienationem ex causa onerosa, non esse patronum melioris conditionis quàm verum creditorem: con¶ tra opinionem quam Ias.vt communem tradit, in d.§. itẽ si quis in fraudem, nu. 33. Quo ad reuocandum verò alienata

nata ex causa lucratiua, filius & patronus facilius admittuntur quàm verus creditor, vt eleganter notat Molyn.d. §.viii.gl.tertia, num.20.versic.quamuis, fol.127.colum.ii. Infertur iii.in specie, ad casum, quem notat Barto. in d.l. ii.ff.si quis à paren.fuer.manumis.quando scilicet pater in fraudem filiorum vendit, emptorque soluit, sed de fraude participat, tunc enim contra Docto. communiter dicendum est, non minus admittendum filium quàm patronum. Infertur quarto, in eadem specie emptoris participantis de fraude, non minus admittendum filium ex iustis nuptiis procreatum, quàm impuberem arrogatum ex constitutione diui Pii: vt rectè scribit Barto.in dicta.l.non vsque adeò.ff.si quis à paren.fuer.manumission. contra Bal. & Paul. in dicta.l.secunda.C.si quid in fraud. patro. contra Alexand. & eos quos refert, consi.lv.nume.1. & sequē. lib.i.contra Ias.in dicta.l.si arrogator, numer.23. & deniq́ue contra opinio. multorum, quam communem appellat, Rubr.in l.Titia.§.Imperator, numer.33 ff.de legat.ii. qui malè præferebant talem arrogatum vero iustoq́ue filio.Infertur.v.necessariò contra eos omnes, circa intellectum.l.fina.ff.si quid in fraud.patro. maximè contra Bal. in dicta l.secunda contra Alexand.& contra Socin. d.consil.contra Iaso.in dicta. l. si arrogator. ¶ Nam ea lex simpliciter uidetur æquare arrogatum patrono, nec permittit reuocationem alienationis, nisi in fraudem factæ, ut patet ex litera: ergo non concedit reuocationem vbi causa verè fuerit onerosa, & sine fraude: nec text.ibi in effectu reuocandi alienata aliquid speciale tribuit arrogato, contra suprà citatos pro Barto.in dicta.l. non vsque adeo. Qua in re non est tam deserta opinio Barto. ut Iason Rube.& plures putant: idem enim vult Cyn.in l.i.q.vii.C. de inoffic. donatio. & ibi Alberic. ad fin. & ibidem Paul. col.fi.ad fin.Fulg.in l.ii.C.si quid in fraud.patro. col.fin.& ibi Cyn.& securè Hispan.Xuar.in l.quoniā in priorib.xvi. ampliatio.fol.mihi.xlv.col.iiii.qui cum Bart.tradunt, non minus in hoc tribuit vero filio quàm arrogato: & opinionem Barto. dicit receptiorem Oroscius in l. si arrogator. nu.81.ff.de adopt.in quo iam vides Albe.& Paul.sibi con-

trarios, si repetas authoritates suprà adductas. Infertur vj. in eadem specie emptoris soluentis patri, sed in fraudé participantis non esse casum decisum à I.C. in d. l. j. ff. si quid in fraud. patr. in alijsq; locis suprà adductis. Illa enim iura loquuntur quando pretium non soluitur, vel minus iusto soluitur, vt in toto vel parte causam lucratiuam habeat emptor: quod tradit Fulg. in l. j. ad fi. C. de inoff. don. sed ea iura extendit Bar. in d. l. non vsq; adeò, ad hanc speciem, vt tunc ob fraudem emptoris detur filijs ius reuocandi: in quibus terminis rarò inuenies qui secundum ius ciuile Barto. sequatur, ij enim quos proximè dixi contra plures probare opinio. Bar. loquuntur tantum circa. l. fin. ff. si quid in fraud. patro. scilicet ne arrogato plus concedatur quam uero filio. In hoc autem articulo communis opinio est contra Bar. vt asserit Rube. in d. §. Imperator, nume. 33. & Molyn. in dicto loco, post Ias. in dicta l. si arrogator, nume. 23. & sic hi duo articuli longè diuersi sunt, licet eos non separet D. Couarru. in dicto §. x. cap. Raynutius, num. 9. vbi ipse Bar. sequitur, & Molyn. vbi suprà non bene tamen citant Alexan. ad Bald. in d. l. ij. eosdem terminos tam diuersos confundunt etiam Rub. & Moly. in allegatis locis. Pro Bar. non adducitur urgens fundamentum, quia dicta iura (vt dixi) loquuntur in diuersis terminis, vbi causa verè est lucratiua: hic aũt uerè fuit onerosa, cùm præsupponamus emptorem soluisse iustum pretium: unde cõtra Bar. videretur quod illa iura ad hanc speciem trahi nõ possint, maximè attenta iuris regula (cuius illi patres in proposito meminisse debuerant) quæ habet neminem censeri prædoné qui pretium numerauit. l. nemo prædo. 169. ff. de reg. iur. Nec facilè dabitur casus in quo emptor soluens iustum pretium, dicatur fraudis particeps: quod Doc. illi non sat aduertunt. Nec pro Bar. est Panor. in d. c. Raynucius, nu. 23. licèt eum ad id referat Moly. quia Pano. nõ citat Bar. in d. l. non vsq; adeò: nec loquitur in eius terminis, sed tm̃ circa gl. ibi, verb. deducendas, dum glo. agit de venditione simulata & fraudulosa: magisq; ex verbis Panor. videtur loqui iuxta terminos. d. l. j. §. si quis in fraudé. ff. si quid in fraud. patro. Si tamen contigerit talis casus, ut

¶ emptor soluens fueri particeps fraudis, iustam putarem opinionem Bart. ut filiis tunc detur ius reuocandi pro quãtitate legitimæ, ne fraus ementis sit impunita: & ita applicetur doctrina Panor. in dicto cap. Raynucius, numero 23. notabiliter distinguentis inter fraudem & simulationẽ facit ratio Bald. in lege secunda, numero 3. colum. j. versi. item cum emptor. C. si quid in fraud. patron. Exemplum autem eius fraudis erit, si emptor sciens uenditorem liberos habere, sciebat etiam illum statim dissipaturum fore pretium in fraude filiorum: non enim emptor tunc fraude caret respectu filiorum uenditoris, nec parum peccare uidetur contra humanitatem & proximitatem, quæ inter mortales mutua esse debet: quod iuuatur ex I. C. in lege si verò non remunerandi §. si adolescens. ff. manda. ex leg. quod si cum scires. ff. de dolo: nimisq; e iuuaretur ex communi intellectu. l. si quis cùm sciret. ff. de usucap. pro empto. de qua alibi Rip. & Zas. vt fortasse dicam in l. fin. infrà

¶ eod. Nec obstabit. d. l. si quis cum sciret, secundum alium intellectum, quo emptor bonæ fidei censetur: non enim cõsideratio liberorum uenditoris ibi habetur, nec de iis mẽtio vlla fit, in quorum fraudem tunc venditio cedit, secundum terminos nostræ quæstionis. Infertur septimò contra Bald. Paul. in dic. l. ij. C. si quid in fraud. patro. contra Paul. in Rub eod. titu. contra Hostien. & alios quos referunt, non esse in hoc differentiam inter ius Ciuile & Canonicum: ipsi enim putant ius Canonicum magis succurrere liberis, ut reuocent etiam alienata ex causa onero

¶ sa. Si enim fingas venditionem fuisse sine fraude ex parte emptoris soluentis iustum pretium non debuit, nec potuit sacrosanctum ius pontificium, iusto emptori nocere: nec aliquid obstat. d. cap. Raynucius, licet à multis præposterè obiiciatur: si autem emptor fraudis particeps fuit, iam uides ius ciuile succurrere in d. l. j. §. si quis in fraudem. ff. si quid in fraud. patro. d. l. fi. ff. eod. Bar. in d. l. non vsq; adeò: & ratio titu. ff. de dolo, cum notatis à Bal. in Rub. C. de reuocan. iis quæ in fraud. cred. Et sic magis cauendum est à Iacobi. de S. Georg. in l. patronus, num. 7 ff. de probation. vbi eam differẽtiam inter utrunq; ius deterius scribit. In-

fertur viii. in prædicta specie emptoris participantis de fraude, non fuisse Bart: sibi contrarium, licèt contra putet Ias. in d.l. si arrogatur, nu. 23. Molin. vbi sup. & plures ex sup. & citatis: nam Bar. in d.l. non vsque adeò, hoc casu liberis fauet: nec contrarium dicit in l. hæreditarium. ff. de bon. authorit. iud. possid. ibi enim nō loquitur nisi de fraude uel iniqua uoluntate patris, non de ulla fraude emptoris: imò ex Bart. ibi vbiq; approbato nimis confirmantur quæ hic tradimus. Alia autem ad d.l. nō vsq; adeò, & multa in proposito tractamus in comētar. de inoffic. testam.

78 Et proximè dictis circa ius filiorum viuente patre in bonis nullo uinculo affectis, infertur ad quæstionē in bonis maioratus, quā tractat Hispa. Xuar. alleg. iiii. an filius agere possit, ut declaretur, quod mortuo patre ad se spectat successio maioratus: in qua. q. Hispan. ipse cōtendit filium admittendum, in idq; inducit principaliter duo fundamenta. Contrarium autē probat Anton. Gomet. (quem olim præceptorem habuimus). leg. xl. Tauri, nu. 78. non respondens fundamentis alterius Hispani: aliqua tamen argu. nō contemnēda pro hoc adducit: per alia etiam longè meliora idem iudicatum uidi ab insigni viro maximoq; I. C. Antonio Soraio, ab alijsq; doctis senatoribus. Idemque Hispan. dict. alleg. fatetur contra suam opinionem iudicatum fuisse: ut sic plurium grauiumque iudicum consensus præualere debeat singulari opinioni. Pro hac parte facit iuris axioma: tractum tēporis ad iudicē non spectare. leg. non quemadmodū, ff. de iudi. quod vltra Docto. ibi ornat Ange. Areti. in §. præiudiciales, col. penultima & finali, Instit. de action. Maria. in cap. significantibus, ex num. 7. de libel. oblat. Nicel. in concor. gl. cxv. urget etiam ratio tex. in l. j. §. si impuberi. ff. de collat. bono. ne tam præmatura petitio admittatur: facit tex. in l. si ita scriptū. §. j. ff. de lega. ii. ibi, *nec pertinet ad nos antequam dies ueniat.* Ad idem urgent uerba tex. in l. si filius qui patri. xlii. §. cum filius. ff. de bon.. libert. ibi, *qui sequentis gradus sunt, non admittuntur interim*: & ibi, *differri cōntrouersia debebit*. stringit etiā uera consideratio quæ ostendit incertissimum esse ius filij uiuente patre, ob incertitudinem vitæ & mortis: ut eleganter

ganter colligitur ex I.C.in l.senatus paragra.mortis.ff.do na.cau.mort.ibi,*si quidem terra mariq̀ue tam in pace,quam in bello,tam domi,quam militiæ, multis generibus periculum metui potest:*& illud Senecæ in traged. *Nemo tam duos habuit fauentes:Crastinum ut possit sibi polliceri*. Nec ius admittit intempestiuas has petitiones ante tempus, nisi ex iusta cau sa,prout ex dissipatione uel alienatione.tex.in l. Imperator.ff.ad Trebel.l.peto.§.fratre.ff.de l.ii.in quibus terminis limitatur hæc conclusio, saluaturq̀ue opinio Xuar. d. allega. Nec obstant quæ adducebat. d. Hispa. Et j. tex. l.in lege Aquilia si deletum.xlj.ff.ad leg. Aquil. ubi contra delentem chirographum conditionale,agitur ad æstimationém damni,ut sequuta conditione exactio condem nationis fiat.Nec uerum est quod ibi sentit Bar. & exprimit Florian.n.4. dicentes post gl.in casu eiusdē.l. ius esse de præsenti, licet exactio sit de futuro: si enim respicias principale debitū chirograho cōtentu, nullo modo præsens dici potuit, cū conditionale esset, iuxta l. cedere diē. ff.de uer.sig.cū vulgar.est igitur expendendū in ea l.delen tem chirographū cōuenire ex culpa propria. hic autē nul la datur in patre,causamq̀ue tunc quodāmodo necessariā ibi urgere, ut testibus probetur quod in chirographo cōti nebatur, ne ex ualetudine vel senectute testiū facilè probatio pereat:qua ex causa testes ibi ante tēpus assumuntur, in quo est text.notab.& melior de iure secundū Bal. in c.quoniam frequenter,nu.5.ut lite non cōtes.Fely.in c. significauit.nu. 6.de testib.vbi Bal.nu. 3. uersi. modo non meminit illius.l.per quam tamen cōsuluit idem Bal. cōsi. clxxxj.col.final.lib.iiii.De materia autem testium ad perpetuam rei memoriā,ad quam l.illa notatur,vltra Floria. & alios in d.l.& Canonistas in dictis locis, maximè in d. c.quoniam frequenter,vj.Iacobi.in l.cum ij.§.transactionis.ff.de transactio.& in leg.quærent. ff.de testib. Affiict. in constitut.Neapol.lib.ii Rub.xxxiiii.Corn.consi clxxii. lib.ii.Anton.Capit.decisio.cxxiii. Capel.Tolos. q. cccclxxv. Papien.in praxi, pagina mihi. cxxv. Rebuf.iii. tom. pag. ccxciii. Nec obstat aliud fundamentum Hispan. in dic.allega.ex doctri.Bar.in l.si.finita.§.eleganter, col.fi.

numero

nume.6.ff.de dam.infec. ubi inquit admittendam actioné iuris de futuro, loquitur enim Bart.quãdo actio certa est, nec effectu carere potest:& ita explicat Alex. consi. xcv. nu.iii.versi.præterea, lib.j.ita intelligens quæ notantur in l.j.& sequen.C.de senten.quæ sine cert.quant. At ius filij pendens à morte patris, alijsque casibus nullam certitudinem præstat ad agendum de præsenti: talisque spes censetur uana, ut notat Barto.in leg. fin.in fine.j. lectu.C.de pact. nec producit effectum considerabilem regulariter, ut explicat Bar.in l.is potest.nu.7.& 9.ff.de acqui. hæred. Eodem modo cessat argu.ex c.cum super, de conces.præben.quod obijci potest pro Hispano in d. allega.iiii. quasi in illo.c. admittatur iudicium pro iure incerto de futuro: nam ultra id quod tex.in variè intelligitur ab Innocen.& alijs (adeò q̃ aliqui dicunt, ibi illum cui dirigũtur uerba. S.Pontificis non egisse, sed conuentum fuisse) constat illũ potuisse allegare ius de præsenti ex receptione præcedente in canonicum, ut bene sentit Imol.ibi col.iii. vers.tu potes, & Pano.nu.6. qui actus induxit ueram obligationem in personis recipientium, ut sic potuerint rectè cõueniri: & sententia lata contra eosdem uiuentes effectum habere poterit, an in casu nostro pater nulla obligatione tenetur filio, nec ex sententia executio vnquam fieri poterit contra partem, ideoq; nõ est admittendum inane iudiciũ. argu.l.hęc stipulatio.§.diuus.ff.ut legat.seu fideicõmis.nõ.
79 nom.caue. Inter limitationes huius le.ut præcipuam & utiliorem tradunt scribent.hic & ubique, eam, quam hic sensit gl.in ulti.scholio, ex l.cum à matre.C. de rei vendi. ut scilicet quãuis hæc.l. indistincte permittat filijs rescindere alienationẽ aduentitiorum à patre factã, non procedat, cũ mortuo patre filius eius hæres efficitur: tunc enim factum patris impugnare non potest, sed ei non parere tenetur, ex d.l.cũ à matre: ubi ita in terminis notat gl. Bart. Bal.Salyce.Paul.& reliqui scribent.gl & Barthol.in le.fi. §.in computatione, nu.6.C.de iure delib. & ibidem Bald. Paul. Alex. & Ias. numero. 9. cum sequen. Quæ recepta conclusio confirmatur ex regu.l. ex qua persona.ff. de re. iur.confirmatur etiam ex uerbis tex.in secundò §. ex his. ff.de

ff.de uerb.oblig.ibi, *ex persona hæredum non mutatur*: Ad idē urget tex.in l.si patri tuo.C.de donat.in illis ver.conditionalibus, *si hæres nō extitisti*: & l.si ab eo.C.de libera.cau.ibi maximè, *ab hærede eius*: & ibi, *respectu tamen aditæ hæreditatis*: & in filio hoc probat tex.in l.filium.xxxj.ff.eod.titu.de libera.cau.vbi apertè deciditur, filium hæredem patris nō posse in seruitutem vocare seruum, quem pater manumiserat, nec in ea re aliquid est speciale in libertate, ut probat tex.in l.si seruo alien. ff. qui & à quib. de quo infra in limitationibus ad hanc rem reg. Imò libertatis causam in proposito deterioris conditionis censebant antiquiores, vt refert Bar.in leg.cum uir.nu. 7. & seq.ff.de vsucap. tradit Paul.in l.rem alienā, col.iii.post princip.ff.de pignor. act.uersi.ex prędictis Bal.in d.l.cum à matre, nu.9.ibi, *quia loquitur in libertate*. Antequā uerò ad alia inferamus in nostro artic.dicebat Paul.Cast.in d.l.cùm à matre, nu.5 hāc conclusioné & limitationé tunc procedere quando pater rem filij simpliciter alienauit, secus si expressit rem filij esse, eamq; ut administtator alienauit: tunc enim putat filium etiam patris hæredem admittendum contra talem alienationem quasi factam hac lege resistente, idque colore non caret: sed mirandum est insignem Castriensem non aduertisse gl.ibi contrarium non obscurè velle, priusque adduxisse fundamenta, quibus Paul. amplia. folio mihi. xx. col.iiii. cum sequen. & eleganter Ruin. consil. xlii numer. 3.libr.v. Quod efficaciter confirmatur ex eadem gloss.in dicta.l.cùm à matre, in princip.ibi, *etiam eo casu, quando non præstatur euictio*: ubi gloss.ab omnibus recepta (ut per Socin.iunior.in l.iiii.§.Cato, nume. 221. ff. de uerb. oblig.) intelligit eam. l. & hanc conclusionem, etiam si ex venditione non teneatur pater de euictione, ut quia uendat emptori scienti rem esse filij uel alterius, & consequenter nihil emptori nocebit adiectio illa, quod pater uendit rem filij: inde enim nihil aliud resultat quam certioratio emptoris, quæ tamen ei non nocet, secundum gloss. illam receptam. Sic eleganter declarata. lege si fundum. C. de euictione, ut scilicet euictio emptori scienti non debeatur, extranęo tunc et in-

euincente, non tamen uenditor uel eius hæres contra factum suum audiatur, ut benè sentit Bal.in d.l.cum à matre, numero 7.uersi. solutio: cessatq; pręcipuum fundamentum Paul.attento quod in filium hęredem non transit, nec cadit qualitas legitimi administratoris, quę erat in patre. Vnde nõ est inconueniens potuisse patrem admitti nomine filij, non verò filium suum hæredem: quia pater duplici persona fungebatũ, ut superius probauimus, nu.72.& seq. filius autem hæres solum patrem repræsentat: atque ideo nec ut hæres contrauenire potest, refragantibus iuris regulis, nec etiam nomine proprio, eò quod res sua fuisset: ut habet dict.l.filius u.ff. de libera.cau. & dic.l.cum à matre: probatque l.iii.C. de reb.alien. Cum igitur ex iuris regulis, ex gl.& scriben.in terminis uideas, filium hæredem patris non posse rescindere alienationem aduentitiorum à patre factam, consultius est, ut viuo patre filius agat: quia tunc locum non habent.d.iura filium excludentia ex nomine hæredis, quod cessat patre uiuente: idque nõ obscurè colligi potest ex Bal.in l.fi.§.cõputatione C.de iur.deliber. ubi inquit patrem tunc cogendum consentire filio agere uolenti, licet iurauerit nõ cõtrauenire, & ibi Corne.nu.6.& Ias.consi.lvi.col.iii.li.iii. uersi.confirmatur, & uersicu.ii.iamque superius.num.74. probauimus, filium uiuo patre alienante, admittendum ob fraudem alienationis: quod contra aliquos repetemus in authé.sequen.& ita pulchrè deducitur, aliquando plus posse filium uiuente patre, quàm eo mortuo, ad limitationẽ multorũ iurium, maximè.l j.§.si impuberi.ff. de collat.bonor. Eadem conclusio excludens filium hæredem intelligitur tantùm pro portione hæreditaria, ut si solus hæres fuerit in totum excludatur, si cum altero, pro dimidia: si cum duobus, pro tertia: & ita de singulis, ut colligitur ex eadem l.cùm à matre, ibi. *pro qua portione:* & ibi, gl.mag.ad fin.& gloss.expositiua, uerb.portione, & communiter scriben.ibi, & in dicto § in computatione, ubi Bald.numero 14.& Cor.numero 6.uersicul.quartus casus: Hispa.dicta l quoniam in prioribus, fol.20.columna tertia, facit l.prima.C.si certum petatur, ibi, *pro portionibus hæreditarijs:* &

l.se

l.secunda.& l.sexta,C.de hæredita.actio.ibi, *infrà eam portionẽ in qua successit petitio non confundatur*:similis tex.in l.si uxor.C.de bon.author.iudi.possid.l.licet.C. ad leg.Falci. generaliter enim receptum est, hæredem non repræsentare defunctum,nisi pro quota in qua hæres est:quo ad alias autem partes extraneus censetur, secundum gl.receptã.l.ii.ad fi.ff.de prætor.stipu.& ibi Bart.& oẽs:idẽ Bart. in l.auus.ff.de pact. in l.continuus.§.fi.ff. de verb.oblig.& quã plures alij, quos citat Tiraq. de retrac.ligna.§.xxxii. glo.j.numero.50. Et in proposito hoc receptissimum tradit Io.Nicol. in l. generaliter numero 120.C.de secund. nup. Ex qua declaratione infert Ias.in l.si ita quis.§.ea l. nu.6.ff.de uer.obl. intellectum ad tex.ibi,quẽ ultra alios notat pro illa gl.dũ tex habet, Seiã hæredẽ agere aduersus cohæredẽ in id quod interest: de quo fortasse dicemus inf.Ex eadẽ declaratione infert Soc.in l.iiii.§.fin.ad fi.ff.de uerb.obl. non rectè aliquãdo iudicatum fuisse cõtra filiũ, pro dimidia hæredem patris, qui rem ipsius filij alienauerat,defensionẽq; promiserat, & iudex filiũ prorsus exclusit : contẽdit enim & bene,Soci.filiũ excludi non debuisse,nisi pro dimidia, & sic iuxta portionem hæreditariam: quod probat idem Soci.in l.frater à fratre.num. 19.ff.de condi.indeb. ubi egregiè expendit literam.d.l.cũ à matre.Eadẽ conclusio pro hæreditaria portione intelligitur,ut quãuis portio plus utilitatis ualorisq; contineat quã pars rei de qua agitur,nõ tñ teneatur filius uel alius hæres ultra portionẽ hæreditariam:ut si fundus filij hæredis ualeat quingenta,& portio hæreditatis ualeat mille,sintq; alij cohæredes, non tenebitur nec repelletur filius uel alius hæres, nisi ꝑ portione hæreditaria,putà ex portione dimidia uel tertia hæreditatis, tenebit̃ uel repelletur pro dimidia uel tertia rei de qua agitur. Et èconuerso, si res ualet plus quã portio hæreditatis,tenebitur uel repelletur filius uel alius hæres pro parte correspondẽte quotæ hæreditariæ, putà pro dimidia uel tertia rei, licet in ea maius sit pretium quàm in portione hæreditatis:quod colligi potest ex gl.ad fi.in d.l.cùm à matre,& ibi Bal.Saly.Paul.& scriben.cõiter,& in d.l.fi.§.in computatio-

tatione tradit Arelatan. in d.l.generaliter,nume.123.C. de secund.nup.licet omnes confusè tractent.In hunc sensum intelligunt scribentes in d. l.cùm à matre, & dicto §. in computatione illa uerba quæ docendi causa fingunt,ut non inspiciatur quantitas, sed quotitas;non facto inuentario.Et ita Hispa.in d.l.quoniam in prioribus,fo.20.col. iii.Arelatan.ubi sup.quod sequor,quia congruit uerbis legum loquentium de portione uel pro portione hereditaria,nõ habito respectu quantitatis,sed quotæ:ut aliàs tradit Bar.in l. qui usumfructũ.ff.de uerb.obl.De parte autem quota & numerali tractat D.Augustinus de Ciuitate Dei,lib.xi.c.xxx.& alijs relatis Cardin.Paris.consilio lxi. libro j.Prædicta autem ex gloss.dic.l.cum à matre,procedunt quando filius uel alius hæres hodie succedit, non facto inuentario:eo enim facto inspicit̃ quantitas non quotitas.quæ uerba non satis clara,cõfusè scribuntur ab omnibus.in d.l.cum à matre. ubi Bal.col.fi.n.10.& ab omnibus in d.§.in computatione, ubi idẽ Bal.nu.12.vers.quia vbi:& Alberi.col.j.in fi.Alex.nume.8.ad fi.uersi.remanet Corn.nu.7.versicu.operatur: Iacobi.nu.12.Boer.decisio. xxiii.nu.27.Arelatan.d.l.generaliter, nu.124.Verè enim beneficium & effectus inuentarij à Iusti.introducti, quãtitatem & emolumentum hæreditatis respicit: exemplũ autem huius traditionis erit, ex mente Fulg.in d.l.cùm à matre,ad fi.Si fingas patrem uendisse rem filij,quæ ualebat centũ, posteaq; decessisse superstite filio cum alio cohærede, & bona patris ualere.l.ex quibus filius cõsequitur.xxv.pro portione hæreditaria, tunc facto inuentario nõ repelletur pro dimidia rei venditæ, & sic nõ pro l. sed pro quantitate suę portionis, & sic pro xxv.cùm alias nó facto inuentario filius propter dimidiã hęreditatis in qua habet xxv.repellẽdus esset à dimidia rei uenditę,quę dimidia ualet.l.quia sine inuẽtario habetur ratio portionis quotę,nõ quantitatis: & ex quota hęreditatis fit ęqualis deductio ex quota rei,licet quãtitatis sit inęqualis, iuxta gl.& receptam sententiam proxime explicatam,ad quem
80 modum in his fieri debet computatio. In hac re semper habenda est ratio legitimę filij,quę sibi iure debetur, & ali-

aliqualiter separanda est ab hæreditate: vnde dicebat gl. in d.§.in computatione, quòd si filius cuius rem pater vendidit, non habet postea, nisi legitimam in nihilo repelletur à vendicatione rei suæ, cùm verè non censeatur portioné hæreditariam consequi: quod reprobant omnes hucusque scriben. in d §. in cõputatione: ubi pòst Bald. Salyc. Paul. hoc tradunt Alex. Iaso. Corne. Iacobi. & Hispa. d.l. quoniam in prioribus: Arelat. d.l. generaliter, nume. 128. qui omnes insistũt filium, tunc repelli ut hæredem: & cõtra gl. quasi peremptorio fundamento nituntur, quòd emptor tunc creditor est: regula autem iuris hahet, æs alienũ legitimã excludere, creditoresque filijs præferri, iuxta ¶ l. Papinianus. §. quarta autem. ff. de inoffic. testa. Ego auté contra scriben. puto gl. rectè sensisse, & in hoc articulo vitandam esse ut erroneam & perniciosam receptam opin. quæ filijs magnum incõmodum, iudicijs autem magnam confusionem afferret: ideoque dicendum est cum Bart. in l. secunda. nume. 7. C. si quid in frau. patr. & alibi ut infrà, quòd si filius ex hæreditate nihil habeat præter legitimã, poterit totã rem suam à patre alienatam vendicare: tunc enim legitimam à lege non à patre habet, iuxta. l. si arrogator. ff. de adoptio. cum alijs: & in proposito in legitima filij ex necessitate legis notat Pau. Cast. cõsi. ccccxlviii. ad fi. li. ii. Tho. Gram. decis. xciii. nu. 12. Affli. in c. si Titius. nu. 16. ad fi. si de feu. fue. contr. inter dom. & agn. essetq; lõgè iniquum compellere filium ut dimittat rem suam, contra regu. l. id quod nostrum. ff. de regu. iur. nec tunc militat obligatio ex nomine hæredis, nec ratio portionis hæreditariæ, nec. l. ex qua persona. ff. de regu. iur. Alibi autem in cõmẽtarijs de inofficioso testaméto, latè tractamus, an legitima filij sit quota bonorũ uel hæreditatis, & de effectibus huius inspectionis. Nec obstat argumẽtatio quę scri. decepit, ut gloss. iniquè improbarent: fateor enim emptorem tunc creditorem censendum, fateorque prius deducendum æs alienum quàm legitimam: sed hæc consideratio id tantùm euincit ut alio rem suam uendicante, emptori detur actio ad pretium & interesse euictionis, solutioq; emptori facienda hæreditate, eandé minuat, & consequen-

sequenter legitimam filii postea deducendam: atque ita regulæ iuris seruantur, vt æs alienum deducatur ante legitimam, filiusque re sua non priuetur, cùm à patre ex hæreditate nihil habeat, & sic absque perplexitate in iudicio ius suum vnicuique reddetur, cùm ex communi traditione, ingens oriatur confusio: adeò quòd insignes uiri Cast. & Fulg. in d.l. cum à matre, ad fi. fateri videantur, se non percipere. qualiter exemplum in hoc fingi possit in filiis.

¶ Ex quo iam sequitur filium nihil præter legitimam habentem, indistinctè admittendum ad uendicandam rem suam, secundum Bar. ubi suprà & in l. filiusfam. §. cum pater, in fin ff. de leg. i. & ibi Ang. & Cuma. non tantùm quando maiorum suorum res fuerint aliudve interesse prætendat: vt pungebat solus Alber. in d. §. in computatione, col. ii. versi. si autem, & prope fin. d. col. ibi, *nisi sua mersit*: præposterè citans specialem decisionem minorum, de qua in l. si in emptione. xxxv. ff. de minorib. hinc etiam confirmo quod in simili scribit Afflict. in cap. i. nume. 6. an agnatus vel fi. qui opinionem suam parum fundabat, nec obstantibus

¶ respondebat. Hinc verius puto contra omnes in dictis locis, gloss. in d. §. in computatione, non esse contrariam iis quæ dixerat d. l. cùm à matre, atque fortasse ob id insignis Bar. in d. §. in computatione, non tam accerbè glo. reprehendit, similiter Paul. Cast. in dicta l. cùm à matre, ad fin. sentire uidetur gloss. non sibi contrariam in hoc fuisse, & tandem Bar. vbi suprà securè probat id quod gloss. uoluit. Aliud etiam memoratu dignum censeo in his, contra id quod communiter ex scriptis nostrorum colligi posset, quod si filius facto inuentario cum aliis hæredibus, succedat vltra legitimam, non semper teneatur uel repellatur à vendicanda re sua pro quantitate del emolumento, ut Docto. indistinctè scribunt in casu inuentarii: Sed potius dicendum vt attendatur portio quotitatiua uel quantitatiua (iuxta terminos scrib.) pro ut filio utilius fuerit: nã ante ius nouum quo inuentarium fuit introductum, attendebatur quota hæreditatis, non quantitatis & ex portione dimidia uel tertia hæreditatis, repellebatur filius aliusque hæres à simili quota rei suæ, licet ualor utriusq;

quotæ

quotæ inæqualis esset, secundum glo. & scrib. in d.l. cum à matre, vt suprà diximus. Quæ computatio etiam hodie, facto inuentario, poterit esse vtilior filio, quam si fiat respectu quantitatis: & propter rei obscuritatẽ exemplum sit, si fingas hæreditatem longè maioris pretij esse, quã rem filij à patre venditam, vt dimidia hereditatis pluris valeat quam dimidia rei venditæ: & sic filius habens centũ forsan in quantitate portionis hæreditariæ, non repelletur à simili quantitate valoris rei venditæ à patre, sed tantùm repelletur pro dimidia vel tria, similive quota rei: idemq; conducet vbi fuerint quatuor vel quinque hæredes, vt filius hæres in v. vel vj. quota, in qua magna quantitas contineatur ob opulentiam hæreditatis, repellatur tantùm a v. vel vj. quota rei venditæ, in qua longè minor quantitas sit: quæ computatio filio vtilissima est. Si autem repelletur pro quantitate & emolumento, esset manifestum incommodũ, quia quantitas portionis hæreditariæ opulentæ, absorbebit valorem totius rei, de qua filius agit: quod sensisse videtur Albe. in d. §. in computatione, col. j. in fin. nec alius aduertit, magisque omnes indistinctè loquentes contradicere videntur: quod efficaciter probatur, quia ius nouum introduxit inuẽtarium in fauorem hæredum, non autem vllo pacto tollere intendit beneficium iuris diuidentis obligationem pro portionibus hęreditarijs, vt constat ex l. fi. C. de iure delib. igitur non debet in odium retorqueri, iuxta iuris regu. quod magis fulcitur ex doctrina I.C. in l. iij. §. si emancipatus, ff. de bonor. poss. cont. tabu. ibi, *quo magis admittatur, non quo minus*: sicut igitur ante ius nouũ fiebat computatio ex portione hæreditaria, non ex quantitate portionis, idem hodie dicẽdum est, quando filio alijve hæredi vtilius fuerit, nec tunc fit iniuria creditori, cum ius suum ab hæredibus consequi possit: iuxta l. iij. ff. famil. ercis. Quæ omnia frequẽtissimè contingunt, & consequenter longè commendanda sunt, maximè quia à scribent. nihil in hoc perspicuum traditur: in eoque laborasse & defecisse alta ingenia, agnoscit Fulgos. d. §. in computatione: vt iure à candidis peritisque bonam gratiam speremus, illudq; Lucretij dicere possit, quod refert

Picus Miran.ad Politia. *Ornari res ipsa negat contenta doceri.*
Ex his autem magna utilitas deducitur:vt concurrente a-
lio hærede, magisque pluribus existentibus hæredibus,
¶ frequentius tota res filio applicabitur:cum enim pro hæ-
reditaria portione tantum sit repellendus (vt suprà) ini-
quum esset,ut emptor ob dimidiam uel minorem rei par
tem totam retineat,magisque ex iuris præceptis filius ip
se uerus priorque dominus,totam rem euincet,ne inuitus
in societatem incidat:eumq; iuuat proprij causa dominii,
iuncta decisione & ratione.l.si in emptione.ff. de minor.l.
j.§.& aliàs.ff.si quid in fraud.patr.ibi, *affectionem oportuni-
tatis vel vicinitatis, vel zeli, quòd illic educatus*: facilè enim
res ad suam originem trahitur.l.si unus.§.pactus,ad fin.ff.
de pact.& alibi in simili multa tradunt scribent.quæ omit
to.Id suadet ratio arbitrii, quæ seruari iubetur in iudiciis
diuisoriis:idq; clariùs ubi filio maior pars manserit,argu.
tex.& Bal.in l.sancimus.§.ne autem.C.de don.text.in l.v.
ff.fam.ercis.latè Tiraq.de primog.q.lx.num.15.& seq.Jas.
in l.final.in princ.C.commun.de lega.Ipse autem filius in
pecunia & æstimatione satis faciet emptori partē non vi-
ctam:seu quę apud emptorem manere poterat.argu.illo-
rum iurium,& l.ad officium.C.commu.diu.§.fin.instit.de
offic.iud.quod in proposito magis deduci potest ex text.&
Docto.in l.si tibi.C.de euict.& magis à Dec.in simili.con
sil.clxxxv.num.6.ab Afflic. decis. cclxxviij. nume.v.& ita
uides notabilem limitationē ad d.l. cùm à matre: vt filius
81 hæres uendicet rem à patre alienatam. Ea autem regula
ut hæres non admittatur contra factum defuncti,amplia-
tur j.vt uides in d.l.cum à matre,etiam si res alienata à de
functo erat ipsius hæredis,quod postea succedens non po-
test alienationē rescindere.vt ibi,& in l.iij.C.de reb. alie.
& in l.filium.xxxi.ff.de libera.cau.Vnde non oportuit du-
bitare Barto.in l. cum uir.ff.de usucap.nec debuit variare
glo.in l.si ab eo.C.de libera.caus. maximè cum ita aper-
tè probet tex.in l.i.in princ.ff.de excep.rei uend.ibi, *sed &
si dominus fundi hæres venditori existat.* Ampliatur ij. etiam
si defunctus non teneretur de euictione, quia ita conuen-
tum fuisset,uel emptori scienti rem alienam uendidisset,
vt

vt vult gl.recepta in d.l.cũ à matre,ſcrib.in d.§. in computatione, & communis opinio, ut patet ex ſupra allegatis, aſſeritq; Tiraq.lib.i.de retrac.§.i.gl.ix.nu.47.Soc. Nepos, in l.iiii.§.Cato,nu.221.Fulg.conſi.lxvij.col.ii. Ampliatur iij.contra Pau.Caſt.in d.l.cum à matre,ut ſup.tradidi,etiã ſi defunctus uenderet expreſſim nomine filii uel alterius qui poſtea fuerit hæres,vt melius colligitur ex gl. & Bal. ibi,traditque Hiſpan.in d.l.quoniam in prioribus.xvii.ampli.Carol.Ruyn.d.conſi.xlii.lib.v. ubi eleganter explicat, Pau.non contradixiſſe,niſi cum defunctus uendiderat nomine filii:tunc enim putabat Paul. uenditionem fieri lege reſiſtente,ideoq; filium licèt hæredem admittendum contra alienationem: quod dicere non potuit vbi ſimpliciter res alterius uendita fuiſſet à defuncto,cũ venditio rei alienæ magis ualere,quàm contra legem fieri dicatur, ut in l. rē alienã.ff.de contrah.emp. Ampliatur iiij. regula.d.l.cũ à matre,cũ ſimil. vt procedat ēt in hæredibus & ſucceſſoribus primi hæredis, quaſi ſequentes cenſeantur ēt hæres defuncti, qui rem alienauit: quod ēt in feudalibus tradit Sigiſm.Lofred.conſ.j.nu.169.& ſeq.& Soci.Nep.cõſ.cviii. nu.41.lib.ii.& Card.Pariſ.conſ.xvi.nu.38.lib.ii.Bertr.cõſ. viii.nu.2.lib.iii.Cur.iun.conſi.clxxi.nu. 8. & prius conſuluit Pau.quem ſequitur Boer.deciſ.xxiii. nume.20. tradit Ruyn.referens plures,conſ.cviii.nume.12.lib.v. Idq; ſuadetur ex regula illa antiqua de qua in l.fi.C.de hæred.inſtit.& l.qui per ſucceſſorem.clv.ff.de reg.iur. vbi latè Cagnol.& Rip.in l.i.ff.de vul.& pupil. Bellon.lib.iiii.ſupput. cap.xvi.Alci.in l.hæredis appel.lxv.de uerb.ſign.Tiraq.in lib.de mortuo ſaiſit.ij. parte. v. declarat. quæ memoraſſe oportuit,ne quis decipiatur ex Dec.in l.hæredé. nu.8.iuncto.nu.4.ff.de reg.iur.qué ſequitur Tiraq.de retrac. conuen.§.i.gl.vi.nu.19.in fi.Ampliatur.v.ex traditione Andr. Iſern.& feudiſtarum,quòd etiam hæres alienantis feudũ, non poſſit reſcindere alienationem licèt prętẽdat illud ſibi deferri citra uoluntatem alienantis,ut tradunt Doct.allegati in proxima amplia.ubi plures referunt:& Bal. in c. j.§.hoc quoque col.fi.nu.20.de ſucceſ.feu.Alex. conſ. 28. lib.v.& Ruyn.conſi.i.num.3.lib.i.& conſi.xlii.nu.12. eod.

lib.& consi.xxv.nu.11.lib.ij.Afflic.lib.iij.constitu. rubr.v. nu.9.Crot.in §.diui,num.146.& ibi Loaz.nu. 191. Curt. de feud.iiij.part.n.148.& 152.& alij per Tiraq.de retrac. lignag.§.j.gl.ix.nu.49.Ex ea.de pac.nu.227.sed in hoc mi rè uariant scrib.vt inf.

¶ Ampliatur vj.in reb. etiam familiæ relictis,alienariq; prohibitis:hæres.n. alienantis non potest venire cōtra alienationem, quāuis successio tunc sibi deferatur ex dispositio.primi instituētis:hoc probat apertè tex.summè notandus in l.filiusfa.§.cum pater ff. de leg. j.vbi excluditur filius hæres,admittiturq; filius exhæredatus:& ita notant Bar.Alb.Ang.Cuma.Imo.Pau.idem sentit Bar.in l.peto.§.prædium,in fi.ff.de leg.ij. & ad hoc illū tex.dicit sing.Hispan.Xuar.in d.l.quoniam in priorib.xvij. amplia.fol.16.col.iiij. Contra quem text.loqui uidentur alibi plures Doct.ut proximè deducam.Ampliatur vij. d. l.cum à matre,& regu.sup.tradita,etiam facto inuētario: nam quatenus bona hæreditaria sufficiunt, confundetur actio hæredis,nec ei permittetur impugnare factū defuncti:quia inuentarium tantum prodest ne teneatur ultra vires hæreditarias,ut colligitur ex scribent. in d.§. in computatione:notat Roma consi.xviij.numero 4. Fulgo. consil.lxvij.col.ij.Et tanquam receptum tradit Deci. in l.debitori,num.20.C.de pact.citans Imol.& alios:idem Deci. & Cagnol.in l.ex qua persona.ff.de re.iur. Alexand.consi. xxx.num.7.lib.vj.Afflict.libr.iij.constitu. Rub.v.nume.9. Boer.decisio.xxiij.nu.20.Soci.nep.cons.cviij.nu.42.lib.ij. Aymo.Crauet.consi.ccxxv.nu.12.Hiero.Grat.consi.ix.nume.18.libr.j. & ita multorum allegationem uidetur benè intelligere.Ex ea de pact.num.227. vers.ita sublimitatio.

¶ Quod notabis contra errorem multorum qui putant inuentarium ad plura prodesse, quàm herbam teothonicā: atque inde erronee tradunt facto inuentario,admitti hæredem contra factum defuncti: in quo errore fuerunt nō rarò graues Doct.Cardina.Paris.cons.100.nu.8. & 9.lib. iiij.Ias.cons.lvj.col.v.uersi.iiij.respondetur, lib.iij. Rayn. cons.xxxviij.nu.15.& nu.21.& cons.xlvij.nu.9.lib.j.Ant. Rub consi.lxxxiiij.nu.7.Cauendum etiam est in hoc à uarietate Dec.cons.clxxxv.vbi malè resoluit in fine.nu.5. ca

uendum

uendum magis à Curt.de feud.iiij.par.nu.148. vbi incautè solo inuentario facto,permitti putat hæredi venire cõtra factum defuncti.Inde cauebis etiam ab Alexã. consil. xxxij.ad fin.nu.5.lib.iii.ibi,*sine beneficio inuentarij*: cauebis etiam à Thom.Gramma.decis.xciii.nume.10.vbi deterius
82 loquitur. Ex prædicta regu.& ampliationib.(antequam ueniamus ad limitationes)inferuntur aliqua non negligẽda:& j.infertur ampliatio ad regu.l.vẽdicantẽ. ff.de euict. quæ loquitur de alienante qui ex noua causa effectus dñs uolebat rescindere alienationem, eumq; lex excludit, ut procedat etiam,vbi rei dñs succedit alienanti:licet maior ratio excludat ipsum alienantem,vt dicebat Ioan.Imol.in l.cum uir,numero 5.uersic. & sic iustius.ff.de usucap.hæc duo tamen ex præceptis iuris æquantur in proposito, ut constat ex d.l.cum à matre:& l.iij.C.de reb. aliena. & ibi gl.& l.filium.xxxj.ff.de liber.cau.melius in l.j.in princ.& vers.j.ff.de excep.rei.vend.Infertur ij.cõtra illa iura receptamq; sentẽtiam loqui Alc.in l.filiusfa.§.diui,ad fi. ff. de
¶ leg.j.dum scribit,hæredem non repelli ab impugnando facto defuncti,nisi quando uellet admitti iure hæreditario: secus si iure proprio uel aliunde habito. Veriùs enim est ex illis legib.gl.& communi sententia,hæredem indistinctè excludi: & ita cauendum est à Tiraq. bis decepto. lib. de retrac.ligna.§.j.gl.ix.nu.52.in fi.& ab eodẽ in fine eiusdẽ li.j.nu.163.Sed magis caueas à Pau.Cast.in l.Lutius,in fi.ff.sol.matr.Cauebis etiam ab insigni Dec.consi.ccccxlv. nu.55.uersic.sed responderi:ostenditur hoc etiam ex gl.& communi sententia,de qua sup.latissimè diximus, de filio hærede patris qui rem eius alienauerat:& tamen filius repellitur in totũ si solus succedit, uel pro portione hæreditaria,iuxta sup.resoluta.Et ita cauebis à Ias. consi.lvj.col. v.uersic.ij.lib.iij.& eodem errore contra hæc iura loquitur Crot.in l.si is qui pro emptore,nume.11.versic.ij. Infertur iij.ex eisdem iuribus & maximè ex adductis sup. in vj.amplia.errasse aliquando graues Doct.asserentes hanc regu. non procedere in bonis, de quibus defunctus alienans non poterat liberè disponere:quod patet,cum illa iu
¶ ra id statuant in rebus alienis,& in bonis alienari prohibi

tis familiæque relictis, in quibus prohibetur alienatio,& successor nõ capit à proximo possessore, sed à primo instituente.l.unũ ex fam.§.i.ff.de lega.ii.l.iii.ff.de interd.& re leg.cum aliis:& tñ in eisdem hæres alienans, qui suo iure successurus erat,non auditur contra factũ defuncti,ut constat ex illis iuribus,maximè ex d.§.cum pater.l.filiusfa.ff. de leg.j.Et ita liquet,contra illa iura rñdisse Panor.& aliũ Doct.inter consilia Pau.Cast.consi.cxcxvii.nu.1.uersic.tñ illa regula:& uersi.adeò quod non potuissent:lib.ii. Et eodem errore labitur ipse Paul.Alexã.Ias.Corn.quos refert sequitur diligens & doctus uir,Aymo.Craue.cons.cx.nu. 7.& Thom.Gram.decis.cciii.num.1.& seq.nec bene sensit Grat.cons.xci.nu.36.lib.i. malè citans Soci. Infertur iiii. ex dictis iuribus hãc reg. procedere in bonis alienari prohibitis,tam ex contractu,quàm ultima uoluntate, in omnibus enim par ratio est, ut hæres alienantis nõ audiatur contra alienationẽ, & ita patet non rectè rñdisse ingeniosum Ruyn.consi.cxii.lib.iiii.ubi.nu.13. præpostera subtilitate conatur cauillari tex.in d.§.cum pater.l.filiusfa.ff.de leg.i.contendens eum specialiter procedere in prohibitione ex testamento:cum à fortiori idem magis dicendũ in prohibitione ex contractu,hæc enim non tã potens est: illa autem magis impedit alienationẽ,faciliorem q; acquisitionẽ prestat uocato:secundũ Bar.& omnes in d.l.filiusf. §.diui,Bar.& oẽs in l.si ita quis.§.e a lege.ff.de uerbo.obl. Infertur v.ad intellectum textũ in l.Seia.lxxiii.ff.de euic. ibi, *proprio, non hæreditario*: uideretur enim ea l. obstare multis iuribus suprà adductis: confirmareq; multorum dicta suprà confutata, eiusq; colore poterat aliqualiter se excusare.Alci.in d.§.diui ad finẽ,& alii quos citauimus in ij.iij.illati.proxi.& ita ex illa.l.bis deceptus fuisse uidetur Tiraq.in d.lib.de retrac.ligna.sed ex aliis iuribus apertissimis & iuris rationibus intelligi debet.l.illa, ut nec iure proprio, uel aliunde habito audiatur hæres contra alienationem defuncti. oportet enim iura iuribus concordare:nec uno uerbo obiter prolato iuris reg.derogari igitur ex illis uerbis non sentit I.C.posse hæredem iure proprio admitti contra alienationem defuncti:sed eo admisso:exprimit,

primit, quatenus ſuccurratur emptori euictionem paſſo: hoc enim principaliter tractat. Sequuta autem euictio intelligi debet, quia conuentus exceptionē non oppoſuit ex regu.d.l.nō uendicantem & l. cum à matre, cum ſimilibus de quibus ſuprà & ita benè explicat gl.ibi, colligiturq́; ex aliis legibus dicentibus, eſſe tunc electionem conuento, uel excipiendo cōuentum repellere uel euictionem pati, & de euictione agere, ut inquit tex. in d.l.iii.C. de rebus alien. Quòd ſi inſtes ex uerbis.d.l.Scia.ibi, *iure proprio, non hæreditario controuerſiam facere poſſes*, facilè reſpondetur eſſe differentiam inter ius proprium & hæreditarium: quia ſi res erat hæredis non potuit acquiri dominiū emptori cauſam habenti à defuncto non domino: quoad hæredem uerò exceptione repellendū ex hac reg. par ius eſt in utroq; caſu, ut colligitur ex traditione Bal.& aliorum in d.l.cū à matre ex l.j.ff.de excep.rei uend.& ſpecialiter ad dictam l.Scia.tradit Salycet.in dicta l.tertia. C.de rebus aliena. idque conſonum eſt iuris principiis. Infertur ſextò ad emphyteoſim à patre alienatam, quam filius hæres uelit reuocare, dicens fortè ex tenore conceſſionis ad ſe pertinere: de quo per Ludoui. Goza.conſi.lxxv.in ſpecie autē cōtra hæc iura receptamq; ſententiam reſpondiſſe uidetur Soci.conſi.50.col.ii.num.4.lib.j. cum inquit, filium hæredem poſſe reſcindere alienationem uel renuntiationem à patre factam: maximè cum loquatur, quādo pater erat primus qui acquiſiuit emphyteoſim, eamq; ipſi domino uel eius cōſenſu alienauit: in quibus terminis filius hæres magis repellitur, ut infra circa feuda. Nec obſtat ratio Soci. arguentis, filium ſuo iure, non hæreditario tunc uenire, quia & ſuo uel aliunde non admittitur hæres contra factū defuncti. per iura illa expreſſa, ad quæ Soci. debuiſſet aduertere. Infertur vii. aliqua lux ad tenebras. ſcriben. in materia feudali: in qua dephræhenditur, mira dolendaque confuſio, ut non tantum alii aliis ubiq;, ſed iidem ſibi ipſis ſæpius aduerſentur: quod colligitur ex Iſer. Bal. Afflic. & aliis ſcrib. in cōſuetudinibus feudorum: ex Curt. & aliis in tract. eiuſdem materiæ: ex Alex. Iaſ. Deci. Ruy. Cur. Rub. Sigiſm. Gra. in cōſ. ſuprà citatis, & alijs citandis. Qui om-

nes meminisse debuissent tex.in dicta. l. filiusfam. §. cùm pater.ff.de leg.j.nihil enim aptiùs adducere potuissent ad bona uinculo restitutionis affecta.maximè cùm tex.ibi agat etiam de filio exhæredato:& ipsi non adducentes illũ. §.tractet quæstio. an filius exhæredatus excludatur à feudo. Cur.de feud. iii. par. nu. 6. & seq. sed hoc de feudis &
83 maioratu post limitationes adducemus.Pro maiori ornatu & vtilitate.d.reg.& d.l.cùm à matre, notandæ sunt aliquæ limitationes: quarũ.j.esset ex opin. Pau.ibi, cuius authoritas,colorataque argumenta,nõ paucos decipere possent. Sed contrarium verius esse, probauimus ex gloss. & Bal.ibi, cum Caro.Ruyn.& Hispan.Xuar.ut suprà in ampliationibus.Limitatur.ii.ex tex. difficili in l. si seruo.xx. ff.qui,& à quibus ubi libertas seruo alieno data non confirmatur,etiam si manumissor domino serui heres extiterit:qui tex.grandem difficultatem fecit Accur.& Plumbi. ubi uidetur enim repugnare iuris rationibus.Ideoq; Bar. in l.cùm vir.nn.7.ff.de vsucap. dicit difficilimũ esse cõtrarium:d.l.ad alia iura. Et ibi laborat Cuma.nu.5.Imo eod. nu.Bal.in d.l.cùm à matre, nu.9.uersi.quia loquitur:circa
¶ quod laborat etiã gl.in l.si ab eo.C.de liber.causa.In qua difficultate cogitabam dici posse.d.l.nõ esse contrariã decisioni.l.filium.xxxj.ff.de liber.causa,& d.l.si ab eo.In his enim iuribus,nec iure proprio,nec hæreditario quis auditur cõtra libertatem datam ab eo, cui hæres est:quod nõ negat.d.l. si seruo:sed tantùm dicit, libertatem non ideò confirmari. Nec repugnat, vt manumissus liber non fiat, quæstio tamen seruitutis moueri nequeat à manumittente uel eius hærede,quicquid gl. Bar.Bal.& alij contra sentiant.In his enim exceptio datur ad repellendum hæredẽ agentẽ,eumve,qui alienauit uel manumisit: ne quis eorũ veniat contra factum suũ uel defuncti, nõ tamen dominiũ prorsus aufertur ab eo,cuius erat, u. tradit.Pau.Castr.in l.rem alienam,nu.7.ff.de pign.actio : nec mero iure actio impeditur, vt probat d.l.j.ff. de except. rei uendi.l. Seia. lxxiii.ff.de euicti. Et eodẽ modo cõciliabitur reg. d.l.cùm à matre:cui(sic intelligendo)non aduersatur d. l si seruo, quam ita necessariò accipimus ob d.l. filium : & d. l. si ab

eo,

eo, arguẽdo à fortiori:quia magis repelli debet idem ma numiſſor ſuccedens domino,quã dominus ſuccedens manumiſſori, iuxta tex. in d. l. rem alienam. antep. ff. de pignor.action. Limitatur. iii. ex text. notabil. & difficili in dicta. l. rem alienam. xlj. uerſicu. non eſt idem: ubi tex. negat creditori actionem pignoratitiam in re hæredis à defuncto obligata. Ex qua l. Pau. Caſt. in dict. l. cùm à matre, nume.4.uerſicu.*nec obſtat*:colligit differentiam inter obligationem perſonalem cum exceptione, & ius reale. Sed meminiſſe debuit, quòd in pignore & iure reali,contra.d.l.rem alienam,ſtare uidetur.l.ſi Titio.ff.de pignor.In quibus conciliandis laborant gl.& ſcriben. ibi, & Alci. lib.vii. parerg. cap. xiiii. & nouiſſimè Connanus lib.iiii.fol.290.& Duaren.lib.ii. diſput. c.iiii.à quo caue. dum ſcribit.d.l.rem alienam, eſſe Papiniani, cui aliquid. additum putat à Modeſtino in dicta l.ſi Titio: idq́ue conijcit innouatum fuiſſe poſt tempus Papiniani. Sed d. l. ¶ Pauli eſt, ut indicant libri communes & emendati ad exẽplar Florentinum.Paulus autem & Modeſtinus(ut colligitur ex hiſtoria iuris)æquales fuerunt, vterq́ue Papiniani diſcipulus. Attamen ex ea l. colliges, magis quem teneri ad conſeruandum factum proprium, quàm defuncti, cui hæres eſt,pro Imo.in d.l.cũ ver.n.5. verſ. *& ſic iuſtus*: Inde etiam limitabitur regu.l.hæredem.ff. de regu.iur.& l.cùm hæres.ff.de diuer.& tempo.præſcrip.ad aliaq; multa iura temperamentum infertur.Limitatur etiam d.l.varijs modis per Iaſo.conſi.vii. libro.iii. Grat.conſi. xcj. ex num.25.lib.j.& Thomas Grammat.deciſ.xciii. ex nu. 10. Aymon conſil.cc.nume.vii. quorum plura dicta reprobaui ſuprà in ampliationibus & illationibus. Sic etiam reprobaui aliam limitationem Ruyn. conſi.cxii. nu.13. lib. iiii.Ideo tales limitationes ſigillatim non exprimo.Limitatur.v.d.l. ut non procedat in præſcriptione rerum feudalium uel ſimilium, quæ ſucceſſoribus ex tenore conceſſionis deferuntur. Tunc enim præſcriptio completa contra vnum,non excludit eius hæredem,cui citra ius hæreditarium ſucceſſio feudi uel maioratus defertur:quia tũc non uenit contra factum defuncti, nec militat ratio. d.l.

cùm

cùm à matre, vt eleganter tradit Rip. in l. filiusfam. §. diui. nu. 116. ff. de leg. j. de quo scribo plenius in authen. seq. Limitatur. vj. quando, uerè datur cõuentio & factum defuncti, secus vbi is simpliciter cõsensit: quia tunc non impeditur hæres, veniens saltim non iure hæreditario, sed aliundè, ut notat Fulg. quem Ias. sequitur, in l. quotiens. C. de fideicom. idem Fulg. consi. lxvii. col. ii. ad finem: sed prius Bal. in c j. §. hoc quoque ad fin. num. 20. de succes. feud. Afflict. in c. j. nu. 35. qui succes. tenean. Curt. de feud. iiii. par. nu. 152. & alij, quos citat Tira. de retrac. lign. §. j. gl. ix. nu. 54. Limitatur. vii. per Carol. Ruyn. consi. xlii. nu. 17. lib. j. vbi cùm non nullis asserit, quòd hæres possit uenire contra factũ defuncti, qui taxatiuè promiserat de facto suo, quod maiorem indaginem exigit, ex traditis ab Alexand. Areti. & Iaso. in l. stipulatio ista habere licere, in princ. ff. de uerborum obligationibus. Molinæ. ad Alex. con. xviii. ad fin. lib. v. de quo alibi agimus ad intellectum tex. in d. l. stipula. ista, & l. si necessarias. §. de vendendo. ff. de pigno. act. l. non solum. §. tale. ff. de libe. lega. pro Ruyno autem facit Bal. in l. qui se patris, nu. 12. ibi, *de se tantum*. C. unde liber. Limitatur. viii. secundum Bald. in d. l. cùm à matre, num. 4. in fin. ne procedat in actu defuncti ex quo non descendit obligatio in hæredem: ad quod extollit glo. in l. quæsitum. §. fi. ff. de preca. quæ aliud dicit, ibique eam notant Alber. & Ang. Sed limitatio hæc Bald. nihil noui nobis adfert, id enim est quod quærimus quando obligatio non afficiat hæredem. Limitatur. ix. ex text. in l. Lucius. xxxix. ff. solut. matri. ubi gl. eam l. expendit ad limitationem regu. d. l. cùm à matre: nec procedat quando ex facto patris alteriusve defuncti, nõ resultat actio uel exceptio: tunc enim hæres admittetur contra tale factum defuncti. Et ita exemplificabitur obscura traditio Bal. proximè relata: ad hoc inquit Pau. nu. 3. in dicta l. Lucius, gloss. ibi vt singul. semper commendari: eamque extolllit Hispan. d. l. quoniam in prioribus. vii. amplia. fol. 18. col. j. Omissa autem uarietate gloss. Barto. & Cuma. ibi, (quam Alexand. ibi sup. l. præced. refert, nec satis componit) aduertendum est, quòd in ea. l. pater contrahebat sponsalia nomine filij

& sic

& sic nec filium nec se obligabat:non filium, quia is actus personalem consensum exigit:non seipsum,quia nihil suo nomine faciebat, nec de se promittebat. Nurus etiam alijq́ue contrahentes nihil de patre conqueri possent, cùm uideant rem totam à consensu filij pendere: & sic est casus longè diuersus à materia alienationis & d.l.cùm à matre,quia in alienatione rei propriæ uel aliene,datur obligatio & ius euictionis:iuxta totum tracta.de euictio.& l. stipulatio ista, cum §.j.& seq. ff.de uerborum obligatio. Limitatur.x. quando actus esset nullus ut faciens contra eum uenire posset,ita enim admittetur hæres,quia cessat dispositio.d.l.& iurium similium,nec magis debet hæres repelli quam originarius faciens, ut sentiunt gl. Bald.& alij,in d.l.cùm à matre, per l.quemadmodum.C.de agric. & censit. notat Aret. consi.cxxiii.ad fi. num.7.Soc. consi. lxxix.num.47.lib.iiii.Grat.consi.xcj.nu.25.lib.j.Ex ea de pact.nu.229.Curt.iun.cõsi.cxxv.nu.10.in fi.Thom. Gramma.decisio.xciii.nu.8.& 9.vbi alios refert,Afflict.decisio. ccxl.nu.8.& lib.iii.constitu. Neapo. Rub.v.nu.7. & in c.j. §.si Titius, nu.15.si de feu.fuer.controuer. Quod tamen fallit aliquando ut uidimus sup.quando pater vendit rem filij prohibente hac lege,& tamen filius hęres repelletur, secundũ gl.& receptã sentẽtiam.Limitarur.xj.d.regu.excludens hæredẽ.ut procedat tantùm pro portione hæreditaria,secundũ ius antiquum & nouũ non facto inuentario: iuxta ea quæ utiliter sup.resoluimus. Hodie autem facto inuentario etiam si unicus hęres sit, nõ tenebitur ultra vires hæreditarias.l.fi.§.& si præfatam.C.de iure delib.hoc enim inducit inuentariũ secundũ Bar.& omnes,in §.in cõputatione eiusdẽ.l.& scrib.sup.citati, in vii.amplia.tradit Bar.in l.cũ vir.nu.14.ff.de usuc.dicit cõem opi. Afflict. in prælud.feu.nu.176.Syl.cõs.xv.nu.36.Limitatur.xii. in casu.l.ii.C.si quid in frau.patr.vbi patronus hæres liberi, reuocat alienata in fraudẽ sui: & Bar. ibi per eam l.limitat hanc reg. ne procedat qñ hęres succedit ex necessitate iuris,prout ibi patronus. Idemq; in filio respectu legitimæ, secundum Bart.ibi,nu.7.Bart.in l.filiusfam.§.cùm pater. ff.de le.j.Bart.in l.Titia.§.Imperator,n.4.ff.de le.ii.Ias.in

Authen.vnde si parens,num.2.C.de inoffi.testa.licet Bal. & aliqui.d.l.ii.uariét, intelligentes eam l.specialiter in patrono quod superius reiecimus. & ita colliges ex Pau.in l.ij.numero 3. C. de inoffic. donat. ex eodem Paul.consil.ccccxlviii.ad fin.lib.ii. Ias.consi.vii.num.8.versi.tertio, lib.iii.Curt.Seni.cõsi.j.ad fi. Grat.cõsi.xci.nu.35.li.j.Tho. Gram.decis.xciii.nu.12.Ex quibus patet receptius esse.d. l.secunda, non specialiter procedere in legitima patroni, contra Xuar.in d.l. quoniam in priorib.vii.amplia.fol.20 col.j.vers.ego: Contra Rube.in d.§.Imperator,nu.206.In ¶ quem sensum pro Barto.expendo text.notab. in l.dotale. xiii.§.finali.ff.de feuda.dota. cuius decisio memorabilis est,cum eo tempore non esset beneficium inuentarij.Eandem.l.secundam, notant alij, vt hæres rescindere possit quod defunctus fecit in eius fraudẽ, & ita Molinæ.in cõsuetudi.Parisien.§.octauo,glos.tertia,nume.22.Tiraq.de retract.ligna.§.primo, glo.nona.numero 57. Ex quorum assertione nouè posset intelligi ratio tex.quem ipsi adducere debuerunt,in l.si ita quis,§.ea lege.ff.de uerborum obligationibus,quatenus.I.C.ibi indistinctè habet, hæredem admitti contra alienationem rei quam defunctus distraxit,aduersus prohibitionem olim impositam ab ipso hærede: quod Ias.intelligebat pro portione hæreditaria tantum, textus verò simpliciter loquitur. Limitatur.xiii. ex text.difficili in l.final.C.de euictio. ubi hæres eius qui fideiussit in venditione, agit efficaciter contra emptorem, cùm fideiussor ipse repellendus esset, iuxta.l.exceptione.xi.C.eod. Et ita admittitur hæres, cùm defunctus repelleretur: quod agnoscit gloss. sed rationem non assignat, in dicta l.cum à matre, & l.iii.C.de reb.alien.difficilè autem erit rationem assignare, cùm repugnent iura hanc regu.probantia,& ideò gl.uariat in d.l.fin.& Bar.ibi dicit eam l.sing. & alibi se eam nescire: & ita etiam Bald. ibi eam.l. mirabilem dicit, & de ea cogitandum fore: & ita Ias.in l.ii.§.ex his,num.3.ff.de uerb.obli.dicens ex ea lege limitari.l. uendicantem.ff. de euictio. eandemque.l. extollit Ias. in l.legatarius pro parte,numero 2.ff.de legat.j.eam dicit singu. Alex.in l. si mihi & tibi,ad fin.ff.de leg.j.

leg.j.mirabil. appellat Bero. in c.si quis præsbyterorum, nu.41.de reb.eccl.notab. Deci.consi.clxxxv.nume. singu. Crot.in l.si is qui pro emptore nume.11.Curt.iun.consi. clv.numero 10.Eandem verò l.ad contrarium eius quod dicit,incautè citat Afflic.lib.iii.& Rub.v.nu.9.Cira rationem verò & intellectũ illius.l.variarunt antiquiores, ut colligitur ex gl.ibi:præmebantur enim difficultate regulæ, quæ nimis aduersatur, iuncta l.exceptione, & l.si ob causam,eodem tit. ibi, *vel qui in eius locum successit*:nec valet ratio Petri & Cyni,quos referunt & sequuntur Alberic.Salycetus,& Fulgosius in dicta l.final.qui dicebant fideiussorem tunc non audiri, quia consensit:hæredem autem audiri, quia non consit: idemque sequitur Baldus.in dicta l.cùm à matre, numero 4.Salyc.dic.le.iii.C.de reb. alien.Fulgo.dicta l.exceptione:& consilio lxvii. colum.ii. ad fin.Quæ ratio satisfacere non potest,iura enim quibus hæc regu.probatur, apertè loquuntur ubi defunctus consensit,hæres autem nullo modo:atque ita solus consensus defuncti,excludit hæredem nunquam consentientem,cõtra eos.Minus placere potest quod inquit Fulg.in d.l. exceptione, & d. consi. quod fideiussor non tenetur de euictione.sed ex consensu nihil enim refert inter hæc,maximè cum d.l.exceptione,in fi.apertè contradicat, probans fideiussorem tunc de euictione teneri. Videretur igitur aliquo colore dicendum ultra Doct. esse diuersam rationem inter venditorem & fideiussoré: venditor enim rem ut suã uendit,unde nec ipse, nec hæres debet rem ab emptore auocare. quia esset euidens repugnantia,quæ semper uitanda est:fideiussor autẽ accedit pro interesse,secuta euictione, & rem non suam esse magis fateri uidetur, unde eius hæres faciliùs ad rẽ vendicandã admittitur. Id aũt cum tẽperamento,ut tunc non admittatur hæres iure hæreditario,si allegaret rẽ fuisse fideiussoris cui ipse successit,sed tm̃ iure proprio;ut probat ea l.gl.Ang.Salyc.& Fulg.ibi idem Fulg. in d.consi.ubi alia tentat,parum tuta ad eam.l. Limitatur xiiii.per Corn.consi.ccci.n.10.& 11. lib.j.vt procedat,quando defunctus uendidit nomine suo, secus si nomine eius cuius res erat, idq; sine mandato:licet

cet enim dominus rei hæres extet vẽditori, poterit cõtrauenire, quia alienatio ex defectu mandati fuit nulla, nec venditor id fecit nomine suo, vt sic maior sit culpa empto
84 ris: quod cõfirmatur ex dictis supra x. limita. Diximus suprà mirã esse varietatem scribent. circa materiam feudalẽ in proposito huius reg. & d. l. cum à matre, vt verè chaos appellari possit. Idq; non tm̃ inter Doct. & interpretes, sed ẽt penes consuetudines ipsas feudorũ, quæ in parte iuris scriptæ habẽtur, post duodecimum Cod. librum. Qua inutilis erit labor, maximè Italis, Germanis, Gallis, apud quos frequentissima est materia feudorum: Hispanis ẽt vtilis erit, quia inde multa inferuntur ad emphyteosim, & maioratus, vt infrà. Omissis autem alijs diuisionibus feudorũ, præcipua ad propositum est ea, quã Doct. constituũt inter feudũ hæreditarium, & feudũ, quod appellant, ex pacto & prouidentia: vt distingunt Iser. nu. 1. & alij in capit. primo. An agna. vel fil. vbi Afflict. numero 13. & in cap. j. §. hoc quoque de succes. feud. & in c. j. §. Titius, vbi Afflic. numero 5. si de feud. fuer. contro. inter domi. & agnat. tradit Curt. de feud. j. par. viii. q. numero 19. & sequen. Alex. in l. quod dicitur. ff. de verb. & in varijs consilijs, maximè cons. xxvi. nu. 4. & cons. xxviii. numero 18. lib. v. Afflic. lib. iii. Const. Neapo. Rub. v. nu. 11. & præced. Dec. cons. cccxc. nu. 5. & consil. clxxxv. Cur. Iun. consi. j. numero 12. & cons. cxxxviii. nu. 23. Ruyn. consi. j. nu. 15. libro primo. Gozad. consi. xxviii. Anto. Capyt. decis. lxiiii. nu. 8. Aymon. consil. cxcvii. numero 5. Paris. consi. ii. numero 22. lib. j. & cons. v. num. 2. eod. lib. perspicuè Soci. nep. cons. cxii. nu. 6. lib. ii. & cons. lxxvi. nu. 75. & sequen. lib. j. Afflic. in c. j. num. 3. & sequent. de eo qui sib. & hęred. latè Lofred. consi. j. inter cõsilia feudalia. Apud quos omnes & plures alibi grandis contentio est circa exempla & effectus huius diuisionis, vt statim deducam. Omnium tamen in ẽo concors opinio est, vt feudum ex pacto & prouidentia dicatur, quando conceditur alicui pro se descendentibus, seu coniunctis de familia non facta mentione hæredum: ut autem nihil prorsus maneat pacificum in hac materia, contra hanc receptissimam conclusionem insistit Syluan. consilio xxx.

nu.12.& numero 17.nitens probare,quod etiam tunc dicatur feudum hæreditarium.Mirè autem diſcordant ſcribent. circa feudum hæreditarium: quod tamen à præcedenti crebrius diſtingunt in eo, quòd hoc dicunt exigere, vt ſuccedens ſit hæres,vt per eos oēs ubi ſuprà: ſed Bal.in l.cum virum.nu.21.C.de fideicom. appellat feudum familiare, ſeu de familia, quod omnes ubi ſuprà appellant ex pacto & prouidentia: & cum eo Soci.nep.conſi.cxiiii.nu.10.lib.ii.Iaſ.in prælud.feud.col. fin.num.128.Pro quibus expendo tex.in l.v.ff.de reli.& ſumpt.fun. cuius ſunt verba in propoſito ſumme notanda,*familiaria ſepulchra dicuntur quę quis ſibi, familiæque ſuę conſtuunt:hæreditaria autem, quæ quis ſibi, hæredibusque ſuis conſtituit.* quem tex.in materia feudorum debuiſſent ſcribent.expendere : in alio autem propoſito eum notant Rom.Alex.vt per Iaſ.in l.cum filio,num.88.& ibi Rip.nume.48. de leg.j.Nec eſt tex.qui probet receptiſſimum illud nomen feudi ex pacto & prouidētia,quo Do.vbiq; vtuntur,ut fatetur Afflic.in prælu. feu.nu.169.verſ.pręmittendum,& nu.178.uerſ.patet, referens ad id Bal. ¶ Vltra quos reiciendum omninò videtur illud nomen & differentia : quum & feudum, quod hæreditarium appellant, non aliunde quàm ex tenore conceſſionis id nomē habere poſſit,& ſic omnia feuda æqualiter appellarentur ex pacto & prouidentia, cum à conceſſionis tenore pendeat nomen & effectus feudi iuxta.ca.j.de duob.fratri.ibi,*propter tenorē inueſtituræ:*cū ſimilib.Ex hoc nouè & uerè damnatur cōmentitium nomē illud feudi ex pacto & prouidentia, hucuſq; ab omnibus receptum, potiusq; ex d.l.v.appellari debet feudum familiare.Quia tamen eo nomine vtuntur omnes ſcribent. eodem nos vtemur,vt conſtet tali appellatione feudi ex pacto & prouidentia ſignificari feudum liberis & cōſanguineis tantum deferendum. Quanta autem ſit differentia inter feudum hæreditarium & hoc familiare, colligitur ex Bart.Paul. Alex.in l.ſi patron.ff.ad Treb.ex Bar.in l.vt iusiurādi. §.ſi liberi.ff.de oper.liber. Alex.conſ.xliiii.lib.j.latè Afflic.& alij in dictis locis, & plenè docteque D.Couarru.l.libr.
85 reſol.ii.cap.xviii. Quæ differentia filijs vtilior eſt in emphy-

phyteosi, & in alijs quàm in feudo: in alijs enim cum descendentes vocantur iure sanguinis tantum. fatentur omnes scribent. cũ Bart. posse filium repudiare hæreditatem, retinereq; rem pro liberis concessam: in feudo autem mira in hoc controuersia est circa intellectum. c.j. an agna. vel fil. plures enim asserunt, non posse filiũ, repudiata hæreditate, retinere feudum etiam pro filijs concessum, & a eo deterioris esse cõditionis filios, quàm agnatos: qui tũc repudiata hæreditate feudum retinebunt, & ita Math. Afflict in dicto capit. nu. 1. & numero 31. qui id ut receptius tradere videtur: inquit tamen numero 7. aliquos contradicere: & ita hoc sequitur Anto. Capy. decis. xcvii. num. 2. Loffred. consil. j. nnmero 68. inter cons. feud. Soci. nep. cõsil. cxiiii. numero 1. libr. ii. accuratè magis Curt. iun. consi. clv. & ita intelligit Syluan. cons. xxx. n. 19. ita apertè Bar. in dicto paragrapho si liberi. nu. 4. ff. de oper. libe. idq̃ receptius asserit D. Couarru. d. cap. xviii. nu. 4. lib. ii. resol. & Areti. consi. xiiii. num. 13. & 14. & verè litera. d. c. fortissimè iuuare uidetur hanc sententiam: dupliciter inducendo. j. in princip. dum text. loquitur in agnato, permittens ei ut feudum retinere possit repudiata hæreditate. Deinde in secunda parte id indistinctè negat filio uasalli: & sic satis videtur loqui in feudo concesso alicui & familiæ. Si enim esset feudum hæreditarium, non distingueret inter filios, & agnatos, nec agnatis permitteret, vt repudiando hæreditatem feudum retineant, quia secundum traditionem omnium scribent. in feudo hæreditario necessarium est hæredis nomen omnibus succedere volentibus. Idque speciali consuetudine summoque rigore in feudis introductum uidetur: quilibet enim consultus ex ratione naturali, iurisque principijs, contrarium diceret ideoque, gl. ibi magis inclinat, ut decisio illius text. non trahatur ad emphyteosim, & alia extra feudum: idque receptius videtur ex Afflicto, ibi. nume. 57. ex Bart. in dicto §. si liberi. num. 4. ex Alex. in d. l. quod dicitur, & ibi Ias. nume. 29. ff. de verb. oblig. & in terminis tradit Couarru. d. loco. versi. septimo. Inde cauebis ab equiparatione Bal. in l. iii. col. ii. C. de fideicom. Sed cum in feudo concesso alicui & libe-
ri

ris citra nomen hæredis,duriſſima foret deciſio illius cap. & filios iniquè grauaret,ſi eos inuitos hæredes faceret,cõtrarium intelligunt & probant quamplures alij ſcribent. adeò ut hæc uideatur receptior opinio.Ita enim Bal. in d. c.An agna.nume.8.& Aluar.num.9.Præpoſ.nume.6.verſ. vj.lim.Iacob.à S.Geor.de feud.uerb.& cum pacto de non alienando.nume.36.Iaſ.in d.l.quod dicitur nume.33.ff.de verb.oblig.Vbi in feudo & emphyteoſi hoc dicit communiter approbari:& ita idem Iaſ.in l.ſi non ſortem.§.libertus.num.33.ff.de condic.in d. Alexã.ad Bal.in l.qui ſe patris,col.vj.litera b.C.vnde lib.Lauren.Calca.conſ.lxxiiij. nu.4.& 5.hoc etiam communiter ſentire Doct.fatetur Syluan.vbi ſuprà.idemq; aſſerit receptum Rube. in l:Gallus. §.quidam rectè.nu.181.hoc ſecurè tradit idem Rube. conſil.lxxxv.Curt.iun.conſ.lxxviij.nu.4.Carol. Ruy. conſil.j. nu.15.idem uult Iaſ.conſ.lvj.lib.iii.ex princi.Aymon.cõſil.cclvj.num.3.idem apertè vult Alb.Brun.conſi.feu.lxxx. nu.14.& ſeq.Pariſ.conſi.xxiij.num.176.lib.i.Bellon.conſ. xxxiii.nu.4.& ſecurè Zaſ.de feud.viii.par.nu.6.uerſ. cæterũ : hoc ẽt vult apertè Pau.Caſt.in auth.poſt fratres. C.de legit.hæred.idẽ Pau.in l.pro hærede.§.j.ad fi.ff.de acq.hære.Pau.in l.idẽ.Iuli.§.ſi quis alicui.n.4.& clariùs idẽ Pau. in l.ſi poſt mortẽ ff.de leg.j.quorũ numero ęquior hæc opinio,receptior manere videtur,ita mitigetur rigor.d.c.An agna.Vt etiam in feudis eo caſu nõ prorſus recedatur à iuris regulis: quibus in ea forma conceſſionis ita ius liberis acquiritur vt neceſſarium eis non ſit nomen hæredis, ex l.iii.cũ Bar.ff.de interd.& releg.ex l.quodcunq; xlv.§.ſi qs ita.ff.de uerb.obl.ibi,*licèt hæres nõ exiſtat*.& ibi notãt Pau. & nouiores,ex l.ſi poſt mortem.lxxj.ff.de leg.j.ibi,*An patri hæres extiterit,nec ne*:& ibi Pau.Caſt.nu.3.expreſſim notat.& cum Bal.reſpondet ad literam d. c. quorum intellectum probant alij ſequentes hanc partem.De ratione autem differentiæ,quam tex.in d.c.facit inter filios & agnatos,ingenioſè agit Bal. ibi.num.6. tradit etiam Syluan.d. conſ.xxx.nu.21.& nouiſſimus Franciſ.ſonsbe. de feu.par. ix.pa.lxxvj.nu. 171. Idẽ dicendũ eſt in feudo conceſſo pro ſe & ſuis hæredibus: venient enim deſcendentes tã, vt tan

quam receptũ tradit Alex. in d. l. quod dicitur. nu. 26. vers. & si benè. ff. de uerb. obl. loqués generaliter de re, quæ sui natura non uenit ad extraneos : vt colligitur ex traditio. Bar. & aliorum. in l. Gallus. §. etiam si à parente. Sed tunc oportebit, ut descendentes ad successionem feudi, uel emphyteosis, hæredes sint, ex Ias. & aliis proximè citatis, traditq; Afflic. in c. j. nu. 11. de alie. feu. patern. æquiparãs has formulas, *pro se hæredibus, & pro se uel hæredibus*. Idem etiam ꝙ tunc liberi debent esse hæredes, tradit Loffred. d. cons. j. nu. 64. & nu. 132. & 207. cum seq. & 210. & seq. Feudum ét hæreditarium appellant aliqui in ea forma, *pro se & hæredibus legitimis*, quasi ea qualitas non totũ sanguini tribuat, præponderetq; nomen *hæredibus*, ita Cardi. Paris. cons. 65. nu. 7. lib. iij. citans Alex. & alios. Sed contrarium non obscurè probat Dec. consi. cccxcv. nu. 7. Gozad. cons. xxvj. nu. 30. Soc. nep. consi. cxii. n. 8. lib. ii. qui hoc dicunt, vbi feudũ simpliciter conceditur pro hæredibus : à fortiori ergo id sentiũt, vbi additur verbum, *legitimis*. Verbum enim. *hæres*: simpliciter prolatum à faciliùs extraneos compræhendit quàm vbi additur qualitas illa legitimorum, iuxta l. iij. §. de illo. ff. pro soc. sed hæc componentur ex distinctione proximè tradenda. Maior scriben. varietas est, quando feudum uel emphyteosis saltim ecclesiastica conceditur alicui pro se & hæredibus : quæ uarietas satis colligitur ex proximè dictis, & ita inquit Afflic. in c. j. nume. 4. de eo, qui sib. & hæred. mireque uariauit celebratiss. feudista Andr. Isern. ut curiosè notat Loffred. consi. j. ex nume. 98. per v. col. tradit etiam Afflic. in cap. j. nume. 13. An agna. uel fil. & tamen receptior videtur opinio, vt tunc dicatur feudum hæreditarium, ex Afflict. vbi sup. & decis. cxii. nume. 3. Couarru. d. loco, Alex. referens plures consi. xxviii. nume. 18. lib. primo Curt. iun. consi. j. numero 12. & consil. cxxxviii. numero. 23. & in tract. de feud. j. part. q. viii. nume. 19. Aymon Crauet. consi. cxcvii. nu. v. Paris. consi. iii. num. 8. lib. j. Grat. consi. iiii. numero 42. lib. colligitur. ex Iaso. in dict. §. libertus. numero 35. Quod notabiliter ampliat Curt. iun. cons. iii. etiam si nomen liberorum uel descendentium tãtum apponatur in principali dispositione, & nomen hære-

dum,

dum,adiiciatur posteà incidenter. Adhuc enim concludit feudum manere hæreditarium, vt successor debeat esse hæres,sed non satis respondet regulæ Clem.j. de præben. quod uerba incidenter uel executiuè prolata, non alterãt dispositionem,de qua agit Ias.in l.ex pupillari.ff. de vulg. & ego soleo expendere tex.in l.pater filium.xxxvj.§.fundum.ver.ita enim ff.de leg.iii.& ita contra Cur.tradit.Ex ca de pact.num.220. & in terminis contrarium tradit Ias. consi.lvj.col.ij.& col.fi.lib.iii.Ex qua opinione,cùm receptior sit cauendum est à multis & grauibus uiris, qui in materia feudali & simili,generaliter tradere solent,nomẽ hæredis,idem omninò inducere, ac si concessio fiat pro se & liberis: ad quod innumeræ authoritates citari possent. Ex quibus memoro Alexan.sibi contrarium consi.xxx.nu. 1.lib.j.& consi.xxvi.nu.3.lib.v.Deci.d.consil.cccxcv.nu.7. Goza.d.consi.xxvi.nu.30.Afflic. sibi contrarium in cap.j. nume.13.de feud.non hab.prop.natur.Ias.in d.l.Gallus.§. etiam si parente.nu.15.versi.ij.fallit. Ea tamen discordia scriben.circa has formas concessionis potest conciliari,ut feudum non dicatur tunc prorsus hæreditarium,nec omninò familiare,seu ex pacto & prouidentia,potiusque appelletur mixtum, quasi de vtroq; participans:quia ad tale feudum non admittetur extraneus hæres.Descendens autem uel agnatus,qui tantum tunc admittuntur,non poterunt repudiata hæreditate feudum accipere, idque magis conducit in agnatis, liberi enim, in feudis etiam omninò de familia, non possunt hæreditatem repudiare, feudum verò retinere,ex d.c.j.An agna. vel fil. vt suprà receptius diximus.Extra feuda autem utilior manet resolutio hæc, ut tunc liberi uel agnati,si in eam rem succedere uelint, non possint hæreditatem repudiare, quæ conciliatio colligitur ex Dec.cõs.clxxxv.& cõs.ccviij.nu.10.& seq. apertè & perspicuè eã probat Afflic.d.c.j.An agnat.uel fil.nu.10. & seq.Et c.j.nu.4.de eo qui sibi & hæred.& lib.iii.constit. Neap.Rub.xxiiii.nu.74.tradit Card.Paris.cons.lxv.ex nu. 10.& nu.24.lib.iii.Soci.neap.consi.lxxvj.num. 75. lib.j.& consi.cxii.num.10.lib.ii.& consi.cxiiii.col.iiii.eod.lib. Ex
38 qua cõcordia & resolutione infertur j. ad similem speciẽ

 concessio-

concessionis pro se & hæredibus masculis, vel pro se & hæredibus ex corpore suo descendentibus. Nimis enim variant scriben. & plures sibi ipsis aduersantur, ut colligitur ex diffuso cons. j. Loffred. vbi. inuoluit nec sibi constat Afflict. in c. j. §. hoc quoque nu. 85. de succes. feud. & in c. i. nu. 10. & seq. de alien. feud. pater: & in c. i. nume. 4. de eo, qui sibi & hæred. Variauit consulendo Rube. Nam in consil. lxxxiiii. & seq. asserit tale feudum nullatenus dici hæreditarium, sed omninò ex pacto, uel de familia. At in consil. xviij. contrarium ut magis commune tradit. Ex præcedenti autem concordia uidetur dicēdum, ut qualitas illa adiecta hæredum non tollat, quin descendentes hæredes esse debeant: quod magis probat D. Couarru. d. lib. ii. resolu. c. xviii. col. vi. & seq. & uidetur satis colligi ex Bart. in d. §. si liberi. nu. 4. uersi. sed si. ff. de oper. lib. dicit ita iudicari Afflict. decis. ccxcv. nu. 7. & clariùs decis. cxl. & hanc dicit magis communem opinionem Sylu. cons. xxx. nu. 11. & seq. & nu. 24. ubi plures citat: & ita cōtra Dec. tradit Cur. cōs. clv. & cum eo Grat. cons. iiii. nu. 48. & nu. 55. lib. j. & Rube. in ¶ l. Gallus §. quidam rectè. nu. 191. Ego autem puto ueriorē & receptiorem esse sententiam, ut in ea forma feudum dicatur tantum de familia, ac si nomen hæredis adiectū non fuisset, & ita Dec. cons. cccxcv. n. 6. & seq. magis in cōs. 135. Paris. cōs. x. nu. 7. lib. i. Soc. nep. cōs. lxxii. nu. 27. lib. i. Alb. Brun. relatus à Soc. in d. cons. nu. 28. & ita Afflic. li. iii. cōst. Rube. xxiiii. nu. 74. idem Afflic. summè Dec. laudans, in c. i. nu. 11. An agna. vel fil. idem Afflic. decis. ccxl. n. 10. sed ibi magis refert specialem regni consuetudinem sicut etiam lib. iii. consti. Rub. xxiiii. num. 68. & allegando Deci. idem probare uidetur Moly. in consue. feud. §. xxii. nu. 85. Soci. nep. (citans solum Afflic.) cons. cxii. nu. 14. lib. ii. idē uult Gozad. d. cons. xxvj. nu. 30. Francis. Zoane. de reb. quotid. c. iiii. & Bellonus cons. xxxiii. nu. 2. dicens opinionem Decij communem: quæ etiam colligitur ex traditione Alex. Aret. & aliorum quos refert Ias. in d. §. etiam si parente. l. Gallus. nu. 22. ita Cremen. notab. i. §. eademq; opinio fuit Rayner. ut referūt plures ex his, & tradit Ias. cons. cxviii. col. iii. lib. iiii. idem non obscurè colligi potest ex Bald. in

l. cum

l.cum uirum.nu.21.C.de fideicom.apertius Bal. in l.liberti.col.fi.nu.37.C.de oper.libe.& ita hæc opinio receptior uidetur,licet uariauerit Rube. ubi ſuprà: ſicut etiam uariauit Aymon Craue.qui conſi.cclvi.nu.3.contra Dec.tenet,idem tamen ſibi contrarius,Dec.ſequitur cõſil.cxcvii. nu.2.uariauit etiam Pariſ.qui ubi ſupra cõſi. Dec.probat, ſed idem contradicit conſ.ii.nu.23.li.i. Pro hac parte quã nouiores Dec.tribuunt,non parum urget à fortiori autho. gl.& Pau.Caſ.in l.ex facto.§.ult.ff.ad Treb.ut tunc ex ſubiecta materia nomen hæredum,de liberis tantum intelligatur,maximè addita qualitate illa maſculorum uel ex corpore deſcendentium.Vrget etiam nimis uſus loquendi,qui ante oculos haberi debet etiam reiecta proprietate uerborum,ut docet I.C.in l.non aliter.§.i.ff.de leg. iii. ſolent autem homines in negotiis ſimilibus,hæredes appellare deſcendentes & agnatos, quos ſucceſſuros ſperãt perpetuò in feudo uel maioratu,de quo agitur,non attendentes ad alia bona,neç ad nomen hæredis.Facit etiam regula iuris,ut conſideretur ratio naturalis,non accidentalis.l.iii.ff.de tutel.& cauſa ſanguinis,non alia extrinſeca.l. tutor.xxxi.§.i.ibi,*vt filius promeruit*.ff.de excuſ.tutor. Nec obſtant argu.Rube.in d.§.quia ſi maturè attẽdas, ſatis colligitur mens concedentis uel accipientis, ut tunc ſanguinis tm̃ ratio habeatur,ſi enim de aliis hæredibus ſentirẽt, non diſtinguerent inter maſculos uel fœminas. Hanc tamen opinionem quam ex Bald.& aliis magis communem dicimus,limitat Iaſ.d.cõſ.cxviii.col.iii. uerſ. nec obſtat li. iiii.niſi cum qualitate maſculi addatur ſignum uniuerſale: quod apertè vult Bal.in l.cùm uirum,nu.21.C.de fideicõ. confirmaturque ex multis per Iaſ.conſ.cxxiiii. col.pen.& fi.lib.iiii.ex latè traditis per Aldobr.in prin.Inſti.de excu. tutor.ex nu.62.Sed fundamentum illud ex dictione generali in feudalibus,non eſt omninò tutum, poſſetq; cõtrouerti ex traditis per Iacobin.de feu.uerb. quibuſcunque: 2 meliùs per Rip.in l.ex facto.§.fi.num.16.ff.ad Trebel. In quo nimis uariare ſcriben.aduertit Moly.ad Alex. conſi. xxx.lib.i.Afflict.in c.in generali,num.20. ſi de feud.fuer. controuer.tradit Deci.in c.in præſentia,nu.48.de probat.

89 latius Tiraq.de retrac.lign.§.j.gl.7.nu.21.& n.27.Ex eiſdem infertur ii.ad aliam ſpeciem cóceſſionis,ſi forſan feudum vel quid aliud ſimile concedatur alicui & ſuis hæredibus:non enim intelligitur de ijs, quibus tantũ congruit jus ſuitatis,iuxta.§.ſui.Inſt.de hæred.qual.& differen.ſed potius in feudis & emphyteoſi eccleſiaſtica, intelligitur pro deſcendentibus, in alijs verò,quæ ad extraneos tranſire ſolent,intelligitur de quibuſcunq; hæredibus,vt ex l.mo.reſoluit Alex.in l.quod dicitur.nu.26.ff. de verb.obli. idẽ Alex.conſ.xxvi.li.v.tradit Rube.in l.Gallus.§.quidam rectè.nu.75.Hiero.Schur.cõſ.feu.cxxvi.nu.1. Sylua.conſ. lij.nu.1.notat Præp.in d.c.j.An agna.nu.3.verſi.ſed qñ,cũ ſeq.& nu.5.colligitur ex doctri. Bart. in d.l.Gallus.§.etiã ſi parente.nu.4.& ibi Iaſ.nu. 13.& Soci.nep.conſi.lviii.lib. ii.Idq; iudicandum eſt ex cõmuni vſu loquendi,vt notanter tradit Guid.deciſ.ccccxlviii & ita diſtinguit in propoſito. idem Guid.deciſ.ccxxx. non ita in deciſ.cccvi.Sed in hac ſpecie ex mente ſcriben.in d.locis, cẽſendum erit feudum hæreditarium, ad effectum, vt deſcendẽtes & agnati non poſſint feudum retinere,hæreditatem repudiando:de familia autem cenſebitur, quia extranei admittendi non ſunt. Et ita hæc ſpecies iudicabitur iuxta diſtinctioné feudi mixti,de qua ſup.non ſecundum præcedenté de maſculis: quod planè concedent omnes tenentes in caſu proximo feudum eſſe hæreditarium: nec contradicit alteri opinioni, quã ibi probamus, quia in hac ſpecie verba non tã præciſè rationi ſanguinis adhærent,vt prorſus excludant generale nomen hęredis.Et ita in hac forma,pro ſe & ſuis hæredibus, non poterit agnatus repudiare hæreditatem & feudũ retinere,ſecundũ ſcrib.cõiter in d.c.j.An agn.vbi Præpoſ. notat colũ.iii.licet contradicat nouiſſimus.Frã. Sonsbe.de feu.ix.par. nu.105. cuius opinio nõ inepta eſt; nec æquitate caret maximè ex ijs quæ inf.proximè trado.
90 num.91.Sed nunc loquor iuxta ea quę receptiora ſunt in hac materia.Ex prædictis.iii.ſecurè inferri uidetur,in forma cõceſſionis, pro ſe & deſcendentibus, nihil immutari per adiectionem,*ex corpore*.Eadem ratio eſt, ad effectum, ut feudum iudicetur hæreditarium uel familia:licet Do-

cto-

cto.ubi suprà,tractãtes de illa forma,semper addant qualitatem illã,*ex corpore*.sed lex rebus,nõ verbis imponi debet.l.ii.C.commu. de lega.Ex eisdem.iii.inferri potest,nõ esse differentiam inter concessionem,pro se & suis hæredibus,& concessioné,pro se & suis,simpliciter:licet quoad alia videat̃ aliquid inter hæc differre, ex Emil.Ferret.cõs. iii.vt sic feudum sub hac forma dicatur hæreditarium, ad hoc vt successor hæreditatem non repudiet, licet extranei tunc non admittantur: & ita censebitur mixtum secundũ resolutionem suprà traditã, ex mente scriben.in d.c.j.An agna.Inde etiam infertur.v. ad speciem suprà traditam de concessione,pro se & liberis & hæredibus:vt magis procedat cõis conclusio, de qua ibi:quando verbum,hæredibus, esset adiectũ simpliciter sine copula,quia tunc magis qualificat præcedentia. vt successor feudi debeat esse hæręs: ex doctri.Bart.in l.prætor.§.erit, ante.nu.1.ff.vi bon.rap. *qualitas* & nu.1.ibi, *intelliguntur repetita*: Bart.in l.Seiæ.§. Caio.ff.de fund.instruc. Infertur etiam.vi.ad speciem cõcessionis,tibi & generi tuo vel posteris:hę enim cõstituũt omninò feudum familiare seu ex pacto & prouidentia,nõ hæreditarium: cûm in ijs nihil de hæredibus dicatur,totũ verò sanguini detur: quod suadetur ex tex.& Bart.in l.iii. ff.de interd.& releg.ex Affli.& feudistis in locis suprà citatis,& in specie voluit Bal.in c.j.§.fi.nu.1.quę fu.pri.cau. & Curt.de feu.v.par.nu.5. Infertur.vii. ad q.concessionis in ea forma, *ibi & filijs & hæredibus*: in qua diximus receptius,vt feudum tunc censeatur hæreditarium: quod limitat Afflic.in c.j.§.hoc quoq;.nu.85.de succes.feu.nisi in ea successione addatur,ut seruetur sexus & ætatis prærogatiua,vel q̃ in eo succedatur iure Francorum : tunc enim contendit Afflic. feudum censendum esse de familia, seu ex pacto, vt vocant, non hæredirarium qnod improbare videtur Loffred. in prolixio cõsi.j. si eius principium cum resolutione conferas. Sed pro Afflic.vrget, quòd ea concesio in effectu successores sanguinis tantum respicit: Ideoq; conclusio tantum attendi debet, & non præcedentia verba, ut generale est in omni dispositione.Dec.in l.si ego nu.3.ff.si cer.pet.Ias.in l.j.num.17.ff. de eden.Afflict.

decis.ccclxxv.num.5.& opinio hæc Afflict. iuuatur authoritate Cor.consi.cxcix.nu.68.lib.ii. & Bal.in l libert. nu. 37.C.de oper.liber. In his autẽ dicitur feudum iure Francorum,quãdo primo genitus reliquos excludit, ut uolunt omnes feudistæ, & ita Afflict.decis.cxii.& decis.ccxlviii. Infertur.viii.ad speciem concessionis, *tibi & generi*,vel *tibi & proli uel posteris*:ut uerè dicatur pro familia nõ hæreditaria:ex suprà dictis,& ijs quę tradit Afflict.in c.j.nu.132. & seq.de succes. feu. facit l.j §.fi.ff. de iure immuni. Cur. de feu.iii.par.nu 29. Infertur.ix.ad q. concessionis. *in cunctam generationem*. ut tunc ratio sanguinis non hæreditatis habeatur, ex Bal.in l.ii.ubi Ias.nu.clxvii.C.de iur.em-
91 phyt. In prædictis autem libentius in dubio amplecterer eã opinionem, quæ magis inducat,ut feudum dicatur ex pacto seu prouidentia,quàm hæreditarium, ut magis faueatur descẽdẽtibus & agnatis,ex ratione text.in l.j.§.largius.ff.de succes.edic.ibi,*in honorẽ sanguinis*:Imò si mea ualeret sententia, uerius putarẽ cõtra omnes ferè scribent. in multis suprà traditis,ut feudũ non dicatur hereditariũ, sed omnino de familia,quamuis adijciatur verbum,hæredes,saltim post mortẽ primi acquirentis. Ei.n.tantùm debent successores(quia ab eo habere dicũtur)nõ alijs post eum:cùm ab alijs nihil accipiant, ut colligitur ex multis iuribus & Doctor.& notat Alexand. in consi.cvii. & præced.lib.iiii. Aymon.consil.cxxxv. nume. 8. & sequen. Ad quod moueor fauore sanguinis, nec nõ ex subiecta materia,quæ propriè posteros,non extraneos admittit,ut omnes agnoscunt in materia feudali.Nimirũ igitur si hæredis nomen tunc non ad hæreditatis aditionẽ,sed ad rationẽ sanguinis referatur, ex sententia gl.in leg.etiam.xix. ff.solu.matr.tex.optimus in c.j.de aliena.feu. ibi.*sine hærede masculo,quòd in feudis intelligitur sine filio*.Moueorq; magis,quia nec concedens nec accipiens aliquid prætendere possunt,ex eo quod posteri succedentes,heredes,alijs sint, nec ne.Vnde extra rigorem.d.c.j.An agna.nunquàm onerarem descendentes uel agnatos, qui ratione sanguinis admitti possent,ut alterius hereditatem adire teneantur, argu. l.iii. cum ibi notatis à Bart. ff.de interd. & releg. & quæ

quæ notant Paul.& alij in l.pro hærede. §. siquid tamen. ff. de acqu. hæred. & forsan hoc sensit antiquus Doctus à Bal. relatus in capit.j.nu.3. de eo qui sibi & hæred. cuius opinionem dicit communiter reprobari Syluan.cons.xxx. nume.33. Paris.consil.xxiii.nume.167. lib.j. Ad predicta omittendum non fuit,quod tradit Curt.Iun.cõsi.cxxxviii. nu.24.uersi.præmissis,col.vlt.vbi mirabiliter inquit quod si in concessione feudi antiqui,ad quod uocantur descendentes & agnati, fuerit adiectum uerbum, *hæredibus*, non sufficiet successorem descendere à primo acquirête, nec ab eius hæredibus, nisi immediatè hæres sic vltimi possessoris:quod durũ est, posseque multos decipere. Sed contra Curt.(qui neminem refert)uidentur stare multorum responsa, imò quod sufficiat descendere ab hæredibus primi acquirentis,& ei longo etiam medio hæredem esse, ut per Paris.cõsi.ii.nu.25.li.j.& cõsi.lxv.nu.31.li.iii.Soc.nep. cõsi.lxxii.nu.29.li.j.idemq; probat Alex.consi.xxvj.nu.8. li.v.ibi,*tamẽ erat in effectu hæres primi uasalli, qui feudũ receperat pro se & hæredibus*.& ita securè cõcludit Alber.Brun. consil.feud.xviii.nu.14. ubi alios citat: & contra Curt.ita aduertit Syluan. consi.xxx.nu.20. dicens hanc esse cõem opinionem,facit tex.in c.j.de natu.succes.feud.ibi, *ex illa linea ex qua iste fuit*. Hæc omnia pro virili resoluta tã longo repetita principio nemo proxilitatis notet: quia nõ solum multis utilissima erũt,sed omninò necessaria ad propositum:d.l.cũ à matre:nec sine ijs intelligi posset articulus quotidianus huius tractatus : an filius uel alius hæres admittatur contra alienationẽ à defuncto factã in feudalibus & rebus maioratus: quo nihil frequẽtius:à Doct.autem tã confusè tractatum ut nullã lucẽ nullamq; resolutionem, sed densissimam caliginẽ Cimmeriasque tene-
92 bras scriptis suis reliquisse uideantur. In hoc frequentissimo articulo variæ sunt sententiæ à nullo, quem viderim,collectæ:in quo alij alijs, omnesque sibi ipsis aduersantur.Variauit ex morte Bal.ut referunt Alex. Ias.Dec. in locis infr.citandis.Variauit Alex.vt colligitur ex Dec. cons.clxxxv.& cõs.xxviii.& Curt.iun.cõsi.cxxxviii.nu.21. Variauit Dec.ut tradit Aymon. consi.cclvj.nu.3. ad med.

& fi. Variauit Parif. ut conftat ex dictis per eũ confi.iii. ex nu.18.cũ multis feq.& conf.ii.nu.23.uerfi.& fic cũ feq. lib.j.& confi.x.nu.7.eod.lib.& confi.lxv. nu.10. cũ tribus feq.lib.iii.variarunt alij fecundum Ruyn.cõfi.j.nu.16.lib. j. Variauit Aymon.modò Decium fequens, modò ab eo recedẽs,ut conftat ex eo.in confi.cxcvii.n.3. & confi.256. nu.3 Variauit Rube.modò cum Dec.modò contra, ut patet ex confi.xviii.& confi.lxxxiiii.& feq.nemoq́ue ex fcriben.ferè fibi conftat,ut patet ex fuprà traditis,magisq́ue liquebit ex ftatim adducendis,cum traditis à Syluan.cõfi. xv.In quo etiam uariaffe Ifern.colligitur ex Affli̲ct.in varijs locis,magis ex Sigifm.Loffre.confi.j.uariauit Alex.vt colligitur ex Grat.confi.iiii.nu.39.dum argumentatur, & nu.41.dum concludit. Variauit idem Grat. fi benè conferantur quæ fcribit in d.confi.iiii.nu.48.& 50. cum ijs quæ fcribit confi.xcj.numer.26.lib.j.Nec fatis fibi conftat Afflict.in c.j.§.hoc quoque, ex nu.69.de fuccef.feu.inuoluit idem Afflict.in cõft.Neap.lib.iii.Rubr.v.nu.7.&.9.In hac perniciofa miferandaq́ue repugnantia, priùs de numero agemus referendo fcripta aliorũ: deinde contra eos quod uerius putamus explicabimus.Igitur fcribunt aliqui,nunquam admitti hæredem contra alienationem & factũ defuncti etiã in bonis feudalibus,quamuis talia fint,in quibus fuccedat inuito defuncto ex tenore antiquæ conceffionis,ita indiftincte fcribit Martin. Silima de feud. num. 169.in xiii.volum.tracta.Ruyn.confi.xxv.num.10.& feq. lib.ii. Bald.in ca.j.§.hoc quoque,col.fin.nu. 20.de fuccef. feud. Alij indiftinctè fcribunt filium, aliumve hæredem admittendum fore contra alienationem defuncti in feudalibus,alijsve, ad quæ hæres ipfe admittitur ex antiqua conceffione,ut variando tradit Iaf. confi.vii. & confi.lvi. libro tertio,dum refpondet ad le.cum à matre. Variando etiam idem tradit Thom. Gramma. decifione nonagefimatertia ex numero 8. Dec.confi.ccccxlv.nume.55.Et ita uariando refpondet Bald.confi.ccxv.in j.dubio.lib.ii.Alij diftingunt, an filius uel alius hæres maiorem, vel æqualem quantitatem confequatur ex bonis defuncti, & tunc non admittatur contra alienationem feudalium à defun-

ctis

cto factam: si autem minus habeat, admittatur pro rata, quod tradit Afflict.in c.j.§.si totius.nu.16. si de feud.fuer. contr. inter dom. & agn. & tanquam receptum id tradit Curt.de feud.iiii.par.num.150.uersicu.ii.in fine. Alij scribunt esse solum aduertendum, an filius aliusve hæres inuentarium fecerit nec ne, quasi eo facto indistinctè admittatur contra alienationem feudalium similiumve bonorum: quod tradit Isern. in c. j. An agna. & ibi Aluar. & Præpo.col.penult.ad finem, numero.6.uersi.undecimam. Et ita Alex. aliquando scripsit & alij, quos citat Grat. consi.iiii.nume.39. lib.j. Paris. consi.x.numero 7.lib.j. & & cōsi.lxv.nu.47.& seq.lib. iii. ubi plures refert.Et ita ex vigore inuentarij scribit Thom.d.decis. xciii. num.10. & Grat.sibi contrarius.cons.xcj.nu.36.& 37.Deci. consi.ccccxlv.nu.56.& ita indistinctè in quocunque feudo hæreditário uel de familia, aperte tradit Bal.(licet uariè allegetur) in l.qui se patris, nu.11.C.unde lib.& tanquam re-
93 ceptū hoc scribit Curt.de feu.4. par.n.148.& Zas.de feu. ix.par. nu.28.Alij tandé, & plures ex suprà citatis resoluendo distingunt inter feudum hæreditarium, & feudū de familia, seu ex pacto & prouidentia, ut nostri uocant. Nā in hæreditario concludunt indistinctè repellendum hæredem, nec in eo prodesse inuentarium. In feudo autem cōcesse expressim pro liberis & descendentibus, totam vim huius articuli inuentario tribuunt, ut eo facto possit filius aliusve hæres rescindere alienationem feudalium à defuncto factam: & hæc est magis cōis opinio nostrorum. Et in hunc sensum reducuntur omnes in præcedenti versi. adducti. Ita ex Isern.& alijs ut receptum tradit Alex.cōsi. xxviii.numero 18.libro v. Dec.consil.ccviii. Ias.consi.vii. col.viii.in princip.& consil.lvj.col.v.in prnicip.libro.iii.& Soci.nep.consi.cxii.numero 14.libro.ii.Paris.consi. ii. numero.32.& consi.iii.num. 18.& consi.cvj. numero.43.lib. j.& Ruyn.consi.j. ex numero 12.lib.j.& consi.xxxviii. numero 5.& numero 21.eod. libro.& consi.xxv.numero 10. lib.ii.Aymon.consi.cclvj.col.Curt.iun.consi.cxxxviii. nu. 20. & consi.clv.col.j.Rube. consi.xviii. & in l. Gallus. §. quidam rectè.nu.190. Syluan.consi.xxx. nume.33. & 34.

vbi hanc dicit communem opinionem:& D.Couarru.dic. c.xviii.libro secundo. resol.versi.viii. & Iacobin.de feud. verb. & cum pacto de non alien.num.35.Sigismun.consi. xiiii.nu.46.Grat.d.consſ.iiii.lib.j. Afflic.decis.cxii.& li.iii. const.Rub.v.n.11.& Rub.xxiiii.nu.74. & in d.§.hoc quoque.nu.72.& 74.de feud.succes.ubi hanc dicit communé: & in c.j.ex nu.8.de alien.feu.pater.& in c.j.§.si Titius.nu. 5.& 13.si de feu.fuer.controu.& in c.j.nu.4. & seq.Anagna.Nec quisquam incuset tam curiosam allegationem, nimiamq; solicitudinem in numerandis doctorib.quum ad ea tempore eamque miseriam deuenerit iuris prudentia, ut sententiæ magis numerentur quam ponderentur, maximè cum hæc,de quibus agimus,maximi sint momenti, sæpeque inter magnates contingant,& ijs (vt vides) mirè varient scribent. quorum authoritas sæpius capit ignorantes, vel iniquos iudices. Ex ijs patet commune esse opinionem scribent. ut in feudo hæreditario nihil iuuet inuentarium,vt tanquam receptum tradit Alex. in d.cōsi. xxviii.nu.18.lib.v.Ruin.dicto consi.xxxviii. num.15.lib.j. Afflict.d.decis.cxii.nu.3. & decis.ccxl.num.11.& Aymon. referens plures. consi.cclvi.nu.3.Sigismun.consi.xiiii.nu. 43.Grat. consi.iiii.nu.50.lib.j.Rube.consi.xviii.Afflic.lib. iii.const.Rub.v.nu.9.Curt.iun.consi.cxxxviii.nu.16.& 20. Paris.cons.iii.nu.18.lib.j.& consi.xvi.nu.43.eo.lib. in quo cōtrarium non obscurè scribit idē Paris.consi.lxv. nu.47. & 49.lib.iii.Inde necessario inferunt idem Doct.quod vbi feudum est hæreditarium,indistinctè repelletur hæres alienātis securaque manebit alienatio, & factum possessoris semper nocebit posteris:eo quod non possunt succedere,nisi vt hæredes, secundum eos:& communiter scrib. & ita Affli.decis.cxciii.Ant.Capy.decis.lxiiii.n.2.Syluan. consi.xv.n.46.Paris.consi.xvi.nu.34.li.j. & fatentur Alex. & omnes proximè citati ad communem opinion. in hoc articulo.Et ita Zoane.de reb.quotid.ca.iiii.Hinc maximè ampliatur reg.d.l. cum à matre,extenduntur que alia iura similia,de quibus latissimè suprà. Ex quibus agnoscent periti omnino necessaria fuisse quæ suprà deduximus, ad notitiam feudi hæreditarij, & de familia:quum in altera

spe

ſpe.nunquã admittatur hæres cõtra alienationẽ defuncti. In altera autem admittatur facto inuẽtario, ſecundũ cõe ſententiam. Ex eiſdem infertur ad caſum, in quo conſuluit Dec.conſi.xxviii.& conſi.cccxcv.latius in cõſi.clxxxv. apud nouiores celeberrimo,qñ feudum conceditur alicui & eius hæredibus maſculis. Si enim tale feudũ cenſeatur ex pacto feude familia,nec Dec.nec alius ex multis citãdis dubitat, deſcendentẽ,uel agnatum ſuccedentẽ in feudo,ſimul hæredem alienantis aliquid feudale poſſe reſcindere alienationẽ, admittique contra factum defuncti,ſaltim cõfecto inuentario.In quo Dec.concludit hæredẽ tũc admittendum, & ita limittandã reg.d.l.cum à matre.tum quia,vt ipſe opinatur, tale feudum non hæreditarium,ſed ex pacto & prouidentia appellari debet, tum quia in ea ſpecie non poteſt ſuccedere extraneus: & ſecundum Decium id ſatis eſt, ut hæres audiatur, nec feudum omninò hæreditarium appelletur: quod probant aliqui recentiores ſuprà citati.nu.87.uerſi.Ea tamen: In qua ſpecie pro Dec.probauimus ſuprà.nu.88.verius receptius uideri, ut feudum tunc omnino de familia dicatur, quo retento neceſſariò ſequitur (iuxta proximã diſtinctionem receptã) hæredẽ facto inuentario admittendum contra alienationẽ & factum defuncti. Et ego Decij opinionẽ veriſſimam puto, non tam ex ſuis fundamentis, quam ex alijs infrà adducendis: eandemq; opinionem magis cõmunem puto, licet aliqui Decio contradicant, quos ſequi uidetur D. Couarru.d.c.xviii.conſi.vi. In quo mirè uariãt nouiores, & cõtra Deciũ maximè inſiſtit Cur.iun.conſ.clv.& Sylua. conſi.xxx.nu.11.& ſeq.Aliqui ẽt,ſecum pugnantes,modò Deciũ ſequuntur,modò ab eo recedunt. Rube.enim cõſi. lxxxiiii.Decium ſequitur,idem verò in conſi.xviii.contradicit.Eodem modo Hiero. Grat. conſi.iiii.nu.48. & num. 55.libr.j. Decij opinionem falſam eſſe ſcribit: idem uerò conſi.xci.nu.26.eo.lib.Decium ſequitur.Sic Pariſ. uariat modò pro, modò contra ut patet ex conſi.ii.nu.23.& conſilio.x.num.7.lib.j.Sic (quod magis miror)Soci.nep.conſilio lxviii.ad fi.lib.ii. apertè probat opinionem Curt.iun. quem citat,reiecta opinione Decij,quem tacet.Sed idem

Soci.ſæpius opinioné Decij probat,vt patet ex cőſ.lxxii.
nu.28.lib.j.& conſil.cxii.num.14.lib.ii.ſic contra Dec.ſcri
bit Aymon.conſi.cclvi.nu.3. idem tamé cum Decio eum:
in cőſ.cxcvii.n.2. At opinioné Decij probat & ſummè lau
dat Math. Afflict.in c.j.nu.11. An agna.uel fil.& in conſt.
Neapol.lib.iii. Rub.xxiiii.nume.74.Zaſ. de feud.par.viii.
nu.62.Ex ea de pact.nu.228. Zoane.de reb.quoti.capitu.
iiii.& Decium referédo ſequitur Molin. in conſue.Pariſ.
§.xxii.nume.85.& Bellon. conſi.xxxiii.nu.2.ubi commu
95 nem appellat opinionem Decij. Retuli quam potui dili-
genter & fideliter,quæ in his arduis articulis ſcripta inue
ni, nullibi collecta. Sed omnibus maturè penſatis, in ea
¶ ſum ſententia, contra omnes ferè ſcriben.curioſe ſuprà ci
tatos:vt hęres alienantis ré feudalé, ſuccedés in feudű ex
tenore cőceſſionis abſq; facto & volűtate alienãtis,admit
tatur contra alienationé factűq; defuncti: & hoc non ſolű
in feu.familiari,ſeu ex pacto & prouidétia,ſed ét in *hære*
ditario,quod tamé ad extraneos trãsferri nequit:*idq etiá*
nő facto inuétario.Pro qua opinione facit.j.quod in iuri-
bus feudalibus ſæpe legimus,factű vnius vaſalli uel poſſeſ
ſoris ſibi ſoli,non ſucceſſori,nec domino nocere poſſe.c.j.
§.quid ergo,de inueſtitu.de re alien.fact.melior tex.in c.
j.in princi.de feu.ſucce.ibi,*nulla ordinatione defuncti in feu-*
dis valente.Iuuatur.ii.hęc opi.ex c.j.§. Titius,ſi de feu.fue.
cőtro.int.do.& agna.dupliciter inducédo.j. dű loquitur de
proximiore agnato, qué inquit reuocare poſſe alienatio-
¶ nem feudi mortuo alienãte.Veriſimilius auté eſt, ꝙ pro-
ximior agnatus hæres erit defuncto, & ita frequentius
contingit, ſuadeturq; ex l.cőficiuntur.ff.de iur.cod.Cum
ergo tex.ille indiſtinctè loquatur de agnato proximiore,
qui ſæpius ex teſtamento, ſemperq; inteſtato hæres eſt ſi
velit:eundéq; dicat poſſe alienationé feudi reuocare, ab-
ſurdum & diuinatoriű eſſet reſtringere tex.ad caſum inſo
litum, nec tam veriſimilé de proximiore non hærede.In-
ducitur.ii.tex.ille dum loquitur de filio,& inquit,ét viuo
patre alienante,poſſe filium reuocare alienationé:vbi ex-
pendenda eſt implicatio verbi,*etiam*: innuit enim, mortuo
patre planè admitti filiű, & ideò exprimit ibi caſus maio
ri

ris dubij, vt etiã viuo patre filius admittatur. Nec sanum esset intelligere casum patris mortui in filio non hærede, cùm id ferè nunquàm contingat, manifesteque iura repugnent: vt in l. cùm ratio. ff. de bon. damna. Roboratur tertiò, vrgenti ratione, quia feudum censetur honor familię, qui citissimè aboleretur si proximioribus hæredibus & successoribus ius reuocandi negaretur, fieretq; iniuria primo acquirendi, cui posteri omnes successionem feudi debent: maximè presupposito quòd dominus alienationi nõ consensit. Tunc enim magis admittendus esset successor, arguẽdo de feudatario emphyteotam & fructuarium: per ¶ Iaso. in l. secunda, nume. 18. C. de iur. emphyt. ut dicamus vero feudatario competere ius agendi pro domino, quasi ab eo mãdatum habeat sicut in vsufructuario, in l. prima. §. fina. & l. secunda, ff. vsufruc. quemad. caue. Et ita successor tunc agens nomine domini, minus repelli poterit, si ei obijciatur nomen hæredis: replicabit enim de his & alijs exceptionibus ad regulam, magisque intentione tuebitur ex persona domini, argume. l. tutorem. ff. de his quibus, vt indig. cum ijs quæ sup. diximus, nume. 72. & seq. Iuuatur. iiii. hæc opin. contra Doct. ex altera parte communis opi. de feudo concesso alicui & liberis, quo casu cõcedunt omnes, ut saltem facto inuentario, possit hæres reuocare alienationem. puerile enim & absurdum videretur, totum effectum huius rei pẽdere à leuissima verborum differentia, cõtra. l. secundam. C. commu. de lega. Quod ergo permittunt liberis quando feudum pro liberis conceditur, idem permittendnm est quãdo pro liberis & hæredibus, vt nonnulli aliquando bene sentiunt. Et hanc sententiam contra communem apertè probat glos. ad quam scribent. non aduertunt, in cap. primo verb. inuestire, de feu. success. vbi indistinctè inquit, hæredem alienantis simulque successorem antiqui feudi, posse reuocare alienationem: fulcieturque eadem opin. ex ijs quæ statim adducemus in sequenti. maioratus. Astringit magis hoc argu. quia post aditam hæreditatem nihil interest inter formam concessionis feudi vel emphyteosis, pariterq; militat obligatio hæredis, & reg. dicta l. cum à matre. Nec obstant in feudo

ea

¶ ea quæ ſcriben. adducuntur, nihil enim facit cap.primo, ¶ an agna.vel filij.imò retorquetur in prima parte, dum loquitur de agnatis quos vocat ad feudum abſque neceſſitate aditionis hæreditatis:nec obſtat in ſecunda parte dũ agit de filijs, loquitur enim tantum de reſpondendo creditoribus paternis, nihil verò de non reuocanda alienatione:imo cum tex.ibi,& in cap.primo.§.filius,de capita.qui curi.vendi. grauet filium, vt hæreditatem non repudiet ſi feudum velit, magis inducere uidetur vt alienationẽ feudi vel partis reuocare poſſit: tũ ex regu.qui in vno grauatur:tum ex proprietate verbi, feudũ enim intelligi debet de integro, iuxta §.j.l.ſi defenſor.ff.de interro. act. Minus obſtat tex.quem alij pro communi adducunt, in cap.primo, de not.feud.verſicu.item hæres, quem in ſpecie notat Ioan.de Amicis, conſ.tertio, nu.20.verè enim tex.ille cõtra Doct retorquetur, & noſtram ſententiam confirmat, habet enim: *item hæredes neceſſe habent tenere firmam inueſtituram, quam pater fecit:* quibus verius tex.non aſtringit hæredes ad conſeruandam alienationem, ſed ad firmam tenendam primam conceſſionem: quæ tunc firma tenetur, quando bona feudalia non alienantur, omniaque ad tenorem inueſtituræ continuantur. Ad regulam autem l.cùm à matre, quæ magis obſtat, reſpondetur ex prædictis fundam.huius opin. quibus regu. illa limitatur, cui etiam ſatisfit ex limitationibus ſup.ſeriatim ad eam.l. adductis, magiſque adducendis in ſeq.q. Reſponderetur magis ex eo quod plures ſcribunt in propoſito, non ualere alienationẽ in præiudicium ſucceſſoris:per d.§.Titius, ſi de feu. fue.contr.& alia iura ſup.citata. Et ideò alienantem poſſe venire contra factum ſuum, ex l.quemadmodum.C.de agric.& cenſit. & ita eius hæredem, iuxta limitationem ſuprà traditam ad l.cum à matre: & ita ex Bal.& alijs tradit Rube.conſi.lxxxiiii.nu.7.& colligitur ex Afflict.deciſ. ccxl.nu.8.& in conſti.Neap.libro iii.Rub.v.num 7.Ex his autem inferuntur.j. elegantes interpretationes ad varia iura feudorum, reducendo ea ad rationes & regulas iuris, contra receptas Doct.traditiones, vt ex prædictis facilè colligi poteſt.
96 Infertur.ii.contra omnes ferè ſcriben

ſu

sup.citatos.num.93. versi.inde:non esse indistinctè verum quod illi indistinctè affirmant, factum possessoris semper nocere posteris in omni feudo hæreditario, solumq; succurrunt hæredi & successori in feudo concesso alicui & liberis. Contrarium enim constat ex prædictis, maximè respectu agnatorum, ex c.j. an agna. iuxta intellectum plurimorum, de quo sup.num.85.& ita cauebis à durissima illa generaliq; traditione, in qua vltra ibi citatos, est Alexan. cons.xiii.nu.11.li.v.Cur.de feud.iiij.part.nu.132.in fi. Infertur iij. si cum iudicio aduertas, quando agitur de reuocanda alienatione, nihil curandum esse de inuentario: in ¶ quo scriben. omnes incautè totam vim huius negotij constituunt, vt constat ex Bal.l.& innumeris sup.citatis, num. 93.& præced. Quis enim non videbit inspectionem inuentarij impertinentem hic esse, cum eius effectus sit ne hæres ultra uires hæreditarias teneatur, vt antiquo iure tenebatur? non verò vt confecto inuentario hæres liberetur ab obiectione. dict.l.cùm à matre, cuius regula semper militat, etiam facto inuentario, quatenus bona hæreditaria suppetunt vt diximus sup. in ampliatio. ad eam.l. sic etiam non facto inuentario, non debet in iis repelli hæres quem iuris rationes, & illius regu. exceptiones tunc admittunt. Infertur iiij. quòd vbi agitur de reuocanda alienatione inuentarium utile erit, non vt ex eo detur ius reuocandi ¶ alienata, sed respectu pretij quod soluendum est emptori, iuxta tex.gl.& Afflic. in d.c.j.§.Titius, si de feud.fuer.controu.& Afflic. notanter decis.cclxxviij.nume.3. & sequen. vt ex quantitate hæreditatis dignoscatur, an successor hæres teneatur ad totum pretium: ad hoc enim aptè cõgruit confectio inuentarij non ad effectum reuocandi alienata, quod scribent. non aduerterunt. Infertur. v. longam esse differentiam an tractetur de repellendo successore feudi vel maioratus à reuocanda alienatione: an verò de eo astringendo ad solutionem æris alieni creditoribus defuncti: quæ duo ab omnibus scriben. in proposito minus bene æquiparantur, vt videre est apud suprà citatos: & in specie Afflic.d.decis.ccxl.nume.10.& 11.& libro tertio. constit. Neap.Rub.v.col.iij.nume.9. & sequen. & contra citatos à

Couarru.d. c.xviij.versi.viij.ibi, *eadem ratione*. Infertur vj. attento effectu & beneficio inuentarij, quòd etiam in feudo hæreditario succedens ex tenore concessionis, simulq; ¶ hæres confecto inuentario, si bona hæreditaria non sufficiant non tenebitur ex fructibus feudi satisfacere creditoribus defuncti, vt bene tradit Albe.Brun.in consi.feud.viij. nu.16.citans Alexand.& aliquos in hoc variantes. & inde cauebis ab Afflict.d.decis.cxl.nume.10.ad fin.& ita notabiliter declarat tex.in d.c.j.an agna.cum Præpos.ibi: & Afflic. nume.11. feudum enim quamuis tunc exigat hæredis nomen, non accipitur à defuncto, sed à cōcedente & primo acquirente: vt vltra ordinarios doctè probat Moly. in consuet.Paris.§.xxxij.nu.83. & 85. Infertur vij. contra plures & graues Doct.qui indistinctè scriptum reliquerūt in feudo hæreditario nihil prodesse inuentarium: quod vt receptum tradit Afflic.li.iij.constit.Rub.v.nu.39. & decis.cxij. Et ex alijs D.Couarru.d.li.ij.reso.c.xviij.col.x.vers.viij.& Paris.consi.xvj.num.43.lib.j.& Curt.iun.consi.j.nume.12. Aymo.consi.cclvj.nu.3. Vides enim inuentarium tūc prodesse quo ad æs alienum, ne successor feudi teneatur vltra vires hæreditarias: quod nimis inuoluit Afflict.in c.j.§.Titius, nu.16.si de feud.fuer.cōtro.& in c.j.nu.7.an agna. vbi cogitandum relinquit. Infertur viij. contra plures quo ad reuocandam alienationem feudi vel rei feudalis, tunc impediri successorem hæredem alienantis, quando feudū est omninò hæreditarium, vt possit venire ad quemcunq; uoluerit possessor: non vbi possessor id auferre nequit descendentibus vel agnatis vocatis in concessione: vt prudenter aduertit Dec.cons.ccviij.col.iij.& sequé.& cons.clxxxv.& cccxcv.& cū Deci.Paris.cons.x.nu.7.lib.j.& cons.lxv.n.37. lib.iij.& Sylu.cōs.xv.nu.45.& cōs.xxx.nu.35.in quo Paris. fuit sibi contrarius, vt patet ex cons.sup.proximè citato: & cōs.ij.nu.21.& 23.lib.j. Quod etiam colligi potest ex Bal. in l.cū uirum, nu.21.C.de fideicō.Et ita saluo Dec.à nouioribus malè damnatū: inter quos maximè Cur. cons.clv.Aymo.cons.cclvj.nu.3.Gra.cons.iiij.lib.j.Rub.cons. xviij. Infertur ix.vt in feudo quo descendentes uel agnati nocan-¶ tur sine, vel cum nomine hæredū succedens & hæres alie-

nantis,etiam non facto inuentario, reuocare possit alienationem.Hoc aũt nouum puto contra omnes,& contra eundem Dec.dictis cõs. vbi inuentarium exigebat:& Paris. & Sylu.vbi sup.& Afflic.in d.c.j.nu. 11. an agna. Ratio patet ex sup.dictis,quia tunc ius successoris non pendet ab inuẽtario,sed ab alijs longè diuersis, quæ uigent ẽt non facto inuentario cuius beneficium his non adaptatur. Hæc autẽ
97 in fauorem successoris hæredis tutius procedunt, vbi alienatio fuit sine consensu domini,quia tunc verè dicitur nulla,nec nocere põt successori:iuxta c.j.de feud.succes.& c.j. de alie.pater.feud. Si uerò alienatio fiat consensu domini mirè variant scrib.vt patebit ex statim adducendis, patet ex Ana.in dispu.feud.post scripta Bal.ad tit.de prohib.feu. alie.per Feder.& pungit Ias.cons.vij.col.ix. versi. iii.li.iii. & dicit hoc esse fortissimum dubium Afflic.in c.j.nu.19.de alie.feud.pater. In hoc scribunt plures indistinctè in feudo hæreditario,alienationem cum consensu domini, nocere semper successoribus:vt tradit Afflic. in Constit. Neap. lib.iii.Rub.v.nu.8.& decis.ccxl.ex nu.7.& latè Paris. cons. ij.ex nu.32.& consi.xvj.nu.43.lib.j. Alij autem frequenter scribunt distinguendum esse inter primum acquirẽtem & alium successorem,vt primus acquirẽs indistinctè cum consensu domini nocere possit sequentibus:quod ut receptum tradit Aymo.cons.cxxxv.num.8.vbi plures citat:& Afflict. decisio.cxii.nu.6.& Paris.parum sibi constans,consil.ij.nu. 9.& consi.iii.nu.16.lib.j.Sed receptior opi. est vt etiam in feudo nouo,& in persona primi acquirentis, distinguatur inter feudum hæreditarium, & feudum ex pacto seu pro liberis:vt in hæreditario nouo possit primus acquirens cũ consensu domini excludere futuros successores, nõ autem in feudo de familia:quam opi.probat Afflic.in c.j.nu.15.& seq.de feudi succes.& communem dicit idem in c.j. nu.74. de prohib.feud.alien.per Fede.latius hoc tractat,sed inuolutè,in c.j.ex nu.18.de alie.pater.feu.& hanc dicit communem resolutionem Alex.cons.cvj.nu.8.& cons.seq.lib.iiij. idem Alex.consi.xiij.nu.11.lib.v.Molyn. ad Alexan.consi. viij.num.15.lib.iij.vbi refert Cor.variantem: & ita Paris. iterũ varians,cons.iij.ex nu.16.& consi.v.ex nu.15.li.j.eã-

dem dicit communem Hieron. consi. feud. cxxxvj.nu.6.& Syluan.consi.xv.num.40.Cur.iun.consi.lv.nu.8. Iaſ.conſ. lvj.col.v.lib.iij.Soci.nepos consi.lxvii.nu.35.Loffred. con ſil.feud.x.nu.24.lib.j.Zoane.de reb.quotidia.ca.v.idemq; vult Bald.ita diſtinguens,in cap.j.§.hoc quoque. num.4.& nu.14.de ſucceſ. feu. & eodem modo diſtingunt hi omnes in emphyteoſi:& ita Pau.Aret.in l.idē Iulianus. §. ſi quis alicui.ff.de lega.j.Iaſ.in l.ij.ad fi.nu.213.C.de iur.emphyt. Ex qua communi reſolutione ſequitur neceſſariò etiam in feudo nouo ſeu exiſtente penes primum acquirentem, non nocere ſucceſſori factum poſſeſſoris,niſi in feudo hæreditario . Cauendum eſt igitur à multis cui contrarium indiſtinctè ſcripſerunt in feudo hæreditario, ut Ruyn.con ſil.j.nu.13.lib.j.& consi.xxv.nu.12.lib.ij.ſæpe Pariſ.& plu res ſup.citati. Et ita confirmatur,quod ſup.diximus contra plures:oſtenditurq; ſcribent.in his ferè ſemper ſibi cōtradicere.Et in hunc ſenſum reducenda eſt glo. ca.j §.hoc quoque uerb.inueſtire,de ſucceſ. feud Inde etiam ſequitur facilius tūc ualere refutationem ſeu renuntiationem in ipſum dominum : quia tunc uerè concurrit conſenſus domini,in quo fundatur principaliter hæc communis opi nio ex doctrina Bar.in l.qui Romæ.§.Flauius. ff. de uerb. oblig.Inde ſequitur quod in feudo & emphyteoſi pro ſe & & liberis contra communem opinionem eius immemores reſponderunt aliquando Alex.& alij : & cum eis Gozad consi.75.nume.12.& 13.aſſerentes, quod etiam tunc poſſit parens nocere liberis . Sed mihi placere non poteſt receptior hæc opin.j. quia non eſt ſufficiens ratio quam ſcri ben.conſtituunt in tam leui uerborum differentia,vt ſupr. dixi : maximè cum vſus loquendi eam nō obſeruet.ij.quia fundamentalis ratio in hac re eſt , ut ſucceſſori & ſic tertio non conſentienti,ius ſuum non adimatur.d.c.j. de ſucceſ.feud.& d.c.j.de alien.pater. feud. cum aliis iuris regulis,quæ ita urgent in feudo uel emphyteoſi , per illa verba,*tibi & liberis:* vt per illa,*tibi & liberis & hæredibus* : cum utroque caſu deſcendentibus & agnatis tantum ſucceſſio
98 deferatur,ſecundum omnes. In ea igitur ſententia ſum ; ¶ vt reiecta uerbali differentia , ſola ratio rei attendatur

quæ

quæ urgere uidetur, ut primus acquirens ſibi & poſteris vel liberis, poſſit conſentiente domino ſeu concedente refutare uel renuntiare feudum vel emphyteoſim, etiam in conceſſione quæ familiarem non hæreditariam ſucceſſionem inducat contra omnes, maximè Pau.& Aret. in d.§.ſi quis alicui, & contra alios vbi ſuprà. Non enim uidetur tunc fieri iniuria futuris ſucceſſoribus, cum res non exiit à primo acquirente cui dominus conſentit: idq; ſuadetur fortiſſimè, vtroq; caſu ex doctrina Bar.in dicto.§.Flauius, quam ſcribent.in his adducũt, quæ uerior & receptior eſt, licet plures controuertant: vt aliquando latiſſimè, Deo duce, deducam poſt Alexand.Socin.Iaſ.Dec. Benedict. Exe. Couarru.Xuar.& alios.ad l.quoties.C.de dona. quæ ſub. mo. quæ ratio non militat in alio poſſeſſore poſt primum acquirentem, nec eſt periculoſum hanc facultatem tribuere primo acquirenti, quia uериſimiliter abſq; magna cauſa deſcendentibus non nocebit, iuxta l.ſcripto.§.fin.ff.unde libe. Hoc autem tutius procedit quando feudum uel emphyteoſis acquiritur re, uel pecunia patris: tunc enim fatentur Doctores quod etiam ſi conceſſio fiat pro liberis, citra mentionem hæredum poſſit pater alienando vel renuntiando liberis nocere, ut notabiliter tradit Baldus in lege prima, in fi.C.per quas perſonas nob. acquir. quem ſequitur Aretin.in dicto §.ſi quis alicui, ad fin. & Alexan. in dicto conſilio cvj. & cvij. libro quarto. Corne. & alij quos refert & ſequitur Gozad.d.conſil.lxxv.nume.14. Ex quibus colligitur quod ſi concedens feudum uel emphyteoſim æqualiter moueretur ex ſeruitiis & meritis liberorum ipſius accipientis, non poſſet poſteà ius illis quæſitum adimi: quod uidetur probare Afflict. in capit. primo, numero 20.de alien.pater.feud.& Iſern.in capit. j. ad fin. princip.de ſucceſ.feud. Inde ſequitur quod ubi liberi præſentes æqualiter acceptarent tempore conceſſionis non poſſet eis poſtea auferri ius perfecta donatione quæſitũ, iuxta l.perfecta.C.de dona.quæ ſub mod.probaturque ex receptis limitationibus ad doctrinam Bar.in d.§.Flauius. Ex eiſdem maturè penſatis oſtenditur aliud, quod nullus ¶ ſcriben.in hac re percepiſſe uidetur, eſſe magnam differentiam

tiam inter hanc quæstionem,& illam,an possit parens feudum uel emphyteosim unis ex liberis prælegare:ratio differentiæ patet,cum hic agamus de alienatione patris,cum authoritate domini,quæ non parum potest:ibi autem sola patris uoluntas datur,licet omnes scribentes has quæstiones pariter tractent,vt videre est per Ias. in l.ij. ex nume. 207.C.de iur.emphy. & nume. 213. vbi refert innumeras authoritates & uarietates scribent. & latè Curt. de feud. iiij.parte,ex nume.131.Tiraq.de retract.ligna.§.11. gl.vj. num.24.cum præceden.& sequen. Quæ anxietates & discordiæ Docto.cessant hodie apud Lusita.in omni emphyteosi,& rebus coronæ,in quibus sunt claræ & æquissime leges Regiæ lib.iiij.titu.lxiij.& titu.lxxvij.§.penult.& ult.&
99 lib.ii.tit.xvii.§.ii. Tandem ex prædictis infertur ad quæstionem utilissimam,usu frequentem,sed rarissimè à Doc. tractatam,an successor bonorum maioratus (vt vocāt,) simulq; hæres alienantis rem aliquam eiusdem maioratus, possit alienatam rem uendicare?Et contra hæredem urget d.l.cum à matre,& regula l.uendicātem,cum aliis sup.adductis in ampli.& illatio.d.l. Obstant etiam authoritates eorum qui hæredi successori feudi, negant ius reuocandi alienata à defuncto:& expressim in rebus familiæ relictis, alienariq; prohibitis,ne hæres reuocet alienata,quasi sine dubio scribunt Crot.nume.146.& Loaz.nume. 191. versicu.quod tamen.in §.diui.l.filiusfam.ff.de lega.j. Idemq; non obscurè colligi potest ex Cuma.Paul.Imo.in l peto.§. prædium.ff.de lega.ii.quos sequitur.Rip.in d.§. diui,num. 58.& ita Hispan.Xuar.in d.l.quoniam in prioribus.vij.ampli.fol.16.col.iiij.idemq; sentit Anton.Gome. l. Tauri.xl. num.84.ibi,*si non est successor vniuersalis*.Et pro his fortissimè stare uidetur text.in d.l.filiusfamil.§. eum pater. ff. de lega.j.vbi I.C.respondet,in rebus familiæ relictis, alienarique prohibitis, filium hæredem alienantis non admitti contra alienationem : cuius tex.in proposito non meminerunt Cuman. Paul. Imol. Crot. Rip. Loaz. vbi suprà nec meminit Curt.in toto suo tracta.de feu. neque ullus alius (ni fallor) ex innumeris suprà citatis, consulentibus in materia feudali circa reuocanda alienata ab antecessore: meminit

meminit tamen illius tex.in proposito, dicens eum singul. Xuar.vbi suprà & Tiraq.de retrac.ligna.§.j.glo. ix. nume. 49.alibi autem notatur ad aliud quod hic non seruit. Sed pro successore, eodemque hærede alienantis,ut reuocare possit alienata ex bonis maioratus,urgent multa. denique in eius fauorem aperietur communis opinio. Iuuatur autem j.quia maioratus instituitur semper ad honorem familiæ,& memoriam defuncti,vt re ipsa constat,probatq; tex. in l.vii.§.ad authoritatem.ff.de annum.lega.& l.regula.§. penultim.ff.de iur.& fact.ignor.ibi,*gloriam repræsentet*:quæ omnia citissimè abolerentur,si possessore alienante,successor repelleretur à reuocãda alienatione,cum ferè semper successor maioratus proximior sit & hæres præcedẽtis possessoris,eoque excluso nemo est qui admittatur,& consequenter breuissimè extingueretur maioratus. Facit ij.argumen.ab absurdo uitando quod magnum esset,ut constat ex præcedenti fundamento:& ita in proposito arguit Rub. consil.lxxxiiii.num.7.& Afflic.in cap.j.num.4.in fin. de eo qui sibi & hæred.Iuuatur iii.ratione uitandæ fraudis,quæ facillimè à quocunq; possessore fieri posset successoribus, nisi eis detur facultas reuocandi alienata: fraudibus autẽ semper occurrendum esse iura uolunt. Facit iiii.fauor publicæ utilitatis, ut defunctorum ultimæ uoluntates non frustrentur,iuxta leg.j.C.de sacros.eccles.glos.l.Gallus.§. si eius, cum aliis:maximè tàm seria solennisque uoluntas instituentis maioratum.Fulcitur.v.ex tex.in capit.constitutus,de in integrum restitutione, vbi filius mortuo patre (& sic uerisimiliter eius hæres) admittitur ad reuocandã venditionem factam à patre, ex consuetudine admittente proximioré de familia: & ibi hoc notat Henric.Boic. (nõ Panorm.nec ordinarii) idque extollit Ioan.Nico. in l. generaliter,nume.130.C.de secund.nupt.& Tiraq.de retrac. ligna.§.i.glo.ix.numero 52. vbi alios refert. & ita Afflict. de iur. protho.& cum eo Hispan.Cifonta.l.lxx. Tauri.quęstio.xx.Facit vj.ratio qua fundantur Boic.& præcedentes, quod tunc hæres auditur ut proximior de familia, & sic ut diuersa persona,quod satis congruit successori maioratus. Pro eodem successore hærede aperio communé opin.

& multorum authoritates, licet plures docti putent hanc quæstionem nullibi tractari: id autem necessario ostendo ex traditione omnium in feudis, arguendo à fortiori: ita enim vult gl. in c. j. §. hoc quoque, uerb. inuestire, de feud. succes. quam expendit Ias. cõsi. lvj. col. iiii. uersi. iii. lib. iii. idẽ uult. Bald. consi. ccxv. in j. dub. lib. ii. dum respondet ad l. cum à matre: idem probat. Deci. consi. ccccxlv. nu. 55. & 56. & Rube. consi. lxxxiiii. nu. 7. Grat. consi. xcj. numero 36. lib. j. Thom. Gram. decis. xciii. nume. 8. & seq. qui omnes loquuntur in successore feudi de familia, hæredeque alienantis, asserentes posse eum reuocare alienata. Id magis euincitur ex cõi resolutione suprà deducta, qua habetur successorem feudi vel emphyteosis alicui & liberis uel familiæ, etiam si sit hæres alienantis, saltim confectio inuentario, posse reuocare alienata: quod probant quamplures suprà citati, nu. 93. & in terminis Afflict. in capitulo primo, n. 4. de eo qui sib. & hæred. & Dec. cons. clxxxv. Gozad. consi. xxvj. numero 54. Sigismund. Loffred. consi. x. numero 24. & consilio xiiii. nu. 44. Curt. iun. consilio clv. Alexan. consi. xix. numero 14. & consil. xxviii. numero 18. libro v. & à feudo ad maioratum seu ius primogenituræ argumentatur Bald. in l. cum antiquioribus. C. de iur. deli. Quod etiam pro hac parte sit communis opinio, induco recepta traditionem, quæ habet in feudo & emphyteosi hæreditarijs, primum acquirentem tantum cum cõsensu domini posse nocere liberis & successoribus: eundem verò primum acquirentem etiam cum consensu domini, successoribus nocere non posse in feudo, & emphyteosi concessis alicui & descendentibus, seu familiæ, sine nomine hæredum. indistinctè autem nullum successorem præter primum acquirentem, posse nocere successoribus tam in hæreditarijs quàm familiaribus, ut suprà copiosè deduximus. nu. 97. uersi. sed receptior: cum Bart. in l. iii. ff. de interd. & relig. cum Paul. in leg. idem Iulianus, §. si quis alicui. ff. de lega. j. Quod autem à fortiori id dicendum sit in successore maioratus multipliciter & necessariò ostendo: nam in feudo multa ostant hæredi, quę in maioratu cessant: patet, cum scrib. sæpè distinguant inter feudum

dum hæreditarium, & feudum de familia seu ex pacto, & non semel laborent in dignoscendo, cuius naturæ & nominis sit feudum, ut suprà latè deduxi. At maioratus semper est pro familia, nec in eo curatur an successor sit hæres alterius, solaque sanguinis & proximitatis ratio habetur, ut docet usus, & I.C. in l. peto. §. fratre. ff. de lega. ii. ibi *proximus quisque*: Sic etiam in feudo fit differentia inter filium & agnatum, quoad succedendum sine uel cum additione hęreditatis. c. j. an agn. in maioratu autē, nulla inter eos differentia est, iuxta tex. in d. §. fratre: & Docto. communiter asserentes d. c. j. non trahi extra feuda. Sic in feudo est dominus cuius volūtas nimium potest, ut sup. quod cessat in maioratu, in quo nemo est superior possidenti, nec vnus successor plus habet quam alius. Sic in feudo datur primus acquirens, qui multum potest, ut suprà in maioratu nulla ratio habetur primi acquirentis, sed totū pendet à uoluntate instituentis l. unum ex familia. §. j. de leg. ii. ideoq; rectè dicimus facilius admittendum successoré maioratus, ad reuocanda alienata. Quam sententiam vt æquiorem amplector, sed difficilè est obiectis respondere: obstat enim d. l. cum à matre, & regula. l. vendicantem, cum similibus & l. ex qua persona. ff. de reg. iur. quibus nō benè respondet Dec. d. consi. ccccxlv. nu. 53. Rub. d. consi. lxxxiiii. Thom. d. decis. xciii. Ias. d. consi. & alij sup. citati dicentes, quod hæres in his non succedit iure hæreditario, sed aliunde ex tenore cōcessionis: quod est manifestè cōtra d. l. cum à matre, & l. iii. C. de reb. alie. & cōtra alia iura de quib. sup. in amplia. ad d. l. Quibus pater hæredē nō admitti contra factū defuncti, etiā iure proprio uel vndecunq; quæsito. Et in terminis cōtra eos est tex. in d. §. cum pater. l. filiusfa. ff. de le. j. de quo statim. Melius ergo respōdebitur ad illa iura (except. §. cum pater) ex cōi limitatione de qua sup. fol. 146. qua habetur regula. dic. l. nō procedere, ubi actus fuit in fraudem hæredis & successoris, vt sup. diximus cum Ias. consi. lvj. col. vj. in princip. lib. iii. & Afflict. in c. j. §. hoc quoque num. 35. de succes. feud. quod generaliter probat Molin. in consuet. Paris. §. viii. nu. 22. Tiraq. d. §. j. gl. ix. nu. 57. Fraus autem satis probatur alienando

nando rem feudalem, uel maioratus, quam alienans scit perpetuò familiæ relictam: ut constat ad sensum, & tradit Bal. in d. §. hoc quoque, nu. 4. versi. præterea, de succes. feud. Ad eadem iura posset etiã responderi ex alia limitatione, de qua sup. d. fo. 146. uers. limitatur. x. qua cõiter traditur hæredem admitti contra factum defuncti quod nullum fuit, lege ei resistente: ut in proposito notat Rub. d. consi. lxxxiiii. nu. 7. citans alios: & Afflict. deci. ccxli. nu. 8. quæ limitatio rectè hic applicatur, quia alienatio contra prohibitionem testatoris instituentis maioratum, est nulla, secundum gl. & omnes in l. ea lege. C. de condi. ob. caus. & in d. §. diui. & alibi sæpe. Et ideò inquit Paul. in l. fin. §. sed quia, nu. 2. C. commu. de lega. alienationem tunc adeò esse nullam, ut nec obliget alienantem, nisi ad restitutioné pretij. sequitur Thom. d. decis. xciii. nu. 3. & idem alienans potest contrauenire, secundum. Pau. in d. §. diui. num. 3. ad fin. & cum eo alij, quos sequitur Tiraq. de retract. ligna. §.
100 xxvj. gl. ii. num. 6. Sed hæc (quæ alibi scriptis meliora videntur) difficultatem patiuntur ex tex. fortissimo in d. §. cum pater. l. filiusfa. ff. de lega. primo, ad quem (ut dixi) non solet aduerti: ibi enim erat res familiæ relicta, & alienari prohibita, & consequenter alienatio nulla, secundum gl. Bart. & omnes: & tamen filius hæres non potest uenire contra alienationem, etiam si sit de uocatis ad fideicõmissum, admittunturque exhæredati: & sic uidetur tex. cõtra præcedentes receptas limitationes, & cõtra quàm plures graues Doctor. supra citatos, dum respondet ad l. cum à matre, quod alibi expensum non uidi. Conijcio aliquos responsuros tex. illum procedere secundum sua tempora, ante beneficium inuentarij inductum à Iustiniano, cuius vigore cõiter scriben. fundant hæredem in his admittendũ contra factum defuncti: quod mihi placere nequit, qui sciam aliud respicere beneficium inuentarij: & rem aliunde pendere, ut supra dixi. Ob æquitatem uerò huius opinio. & authoritatem tot patrum, à quibus ea colligitur, & ob uitanda absurda contrariæ opinionis, potius ad dictũ §. cùm pater, transeundum esset conniuentibus oculis, cùm ibi ultra filium hæredem erant alij forsan non rectè

exhæredati, qui tamen ut de familia admittuntur, & per eos satisfit uoluntati testatoris: hic autem uiolaretur excluso hærede. Nec ualet argu. ab eo tex. de relicto familiæ ad maioratum, in hoc enim magis conseruatur memoria defuncti, cùm in perpetuum tēdat eius effectus, & vni tantùm proximiori deferatur, sine facto vllius successoris: at relictum familiæ non tam perpetuū, fauorabilemq; effectum instituenti habet, nimisq; pendet à facto & electione restituere debentis, qui & plures simul eligere potest, ut in l. unum ex familia. ff. de lega. secūdo, & alijs tractantibus de fideicōmisso familiæ. Prædicta autem fundamenta pro successore maioratus hærede alienantis, magis urgent quando maioratus instituitur in testamento, cùm expressa prohibitione alienationis, quia tunc alienatio magis irritatur: tutius etiam admittetur hæres quando non fuerit solus, ubi enim plures sunt, non repellitur nisi pro quota vel portione hæreditaria: quod semper obseruandū est, ut dixi supra in filio, ad dictā l. cum à matre, folio. Eadem etiā euincunt vt hæres admittatur eo casu cōtra alienationem, etiam si defunctus promiserit se nunquàm contrauenturum: non enim attenditur tunc promissio uel obligatio defuncti: ut per scriben. ubi supra quod non percepit Masuer. relatus à Tiraq. nec ipse bene resoluit dicto lib. de retract. ligna. §. j. gl. ix. nu. 53. & 55. cum seq. ¶ Et ita contra eos amplio tex. in dicto c. constitutus, de in integrum restitutione, ut procedat in filio & consanguineo hærede alienantis qui promiserat solenniter firmitatem alienationis. Sed ultra eos aduertendum est, quod in capitu. ratio consuetudinis vigebat tantū in parte rei: alia enim pars ipsorum filiorum videbatur, ex litera tex. & glo. ibi uerb. *vtrique communes*: licet Imol. ibi, nu. 3. scribat, totam rem filiorum esse, quibus tamen existentibus hæredibus patri alienanti, magis vrgebit tex. ille in fauorem hæredis successoris ad reuocationem iure sanguinis. Eademque opin. admittentes suceessorem feudi & maioratus hæredem alienantis, non habet iniquitatē in fraudem emptoris, cui pretium suum restituetur: iuxta gl. c. j. §. Titius, & ibi Doctor. si de feu. fuer. controuer. Afflict. decis.

decis.cclxxviii.ad fi. Et respectu petierit vtile inuentariũ, vt sup. dixi. Quæ omnia à peritis & candidis speramus vtilissima censenda, vt meritò prolixitati ignosci debeat, ma
101 ximè cum hæc nullibi hucusq; ita fuerint explicata. Ad regu. huius. l. eum patri interdicit alienationẽ, addẽda est. amplia etiam si pater velit dotare filiam: non enim id facere potest ex aduentitijs aliorum filiorum, ut tradit Bal. in l. fin. §. fin. tit. sequen. quod memoro, ne parum prouecti fallantur ex multis specialibus inductus fauore dotis, vel ex eo quòd ea causa alienandi necessaria videtur in patre. Sed vltra Bal. aduertendum tunc est, an pater inops sit, filiaq; aliunde dotari nequeat: tunc enim induci posset sententia gl. in l. cùm plures. §. fina. ff. de adminis. tuto. ubi voluit inopem Sororem germanam seu ex eodem patre natam, à fratre dotandam esse: quæ opi. recepta est apud scriben. eamq; vt cõem tradunt Benedi. in c. Raynutius, verb. dotem, nu. 71. Iacobi. à S. Georg. in l. profectitia. §. si filius. ff. de iur. do. cõmunis secundũ Pala. seu Io. Lup. in repet. c. §. mihi. lxxvi. nu. 3 & secundum plures, quos refert Rip. in l. j. nu. 83 ff. solu. matri. & Xuar. in l. quoniam in prioribus. ii. limita. fol. 63. col. iii. Nouel. de dot. vi. par. priuil. xvi nu. 5. Anto. Gome. l. xl. Tauri. num. 75. tradit & probat Guid. Pap. decis. cccclxxxix. Afflict. libro iii. constitu. Neap. Rub. xiiii. in fine. & decis. ccclxxi. nu. 3. latè Boer. decis. cxxiii. & Tiraq. de primoge. q. lxvii. nume. 3. quos omnes refero, quia casus est quotidianus, nec dubio carens: vt latius de-
102 ducã (Deo dante) in commentar. tit. seq. Ex hac ampliatione causæ dotalis infertur ad quæstionẽ vtilem an possidens maioratũ possit eius bona alienare causa dotandi filiam, maximè si aliunde dotare nequeat: quod tangit & inuoluit Hispa. Palat. in Rub. §. xvi. ubi uidetur id permittere, quando nõ adest expressa prohibitio alienationis: & sic distinguit inter expressam & tacitam prohibitionem, eumque sequitur Tiraq. de primog. q. lxi. idem sentit Ant. Gom. l. xl. Tauri, nu. 87. Sed Pala. seu Io. Lup. aliter intellexit hanc differentiam quàm Tiraq. putauerit: Tiraq. enim intelligit expressam prohibitionẽ in proposito, quando specialiter prohibetur alienatio, etiam causa dotis: se

Pal

Pala.intelligit expressam, ad differentiam tacitæ, appellans tacitam quãdo bona subduntur restitutioni, non addita expressa prohibitione alienationis, secundum traditionem gloss.l.cùm pater.§.libertis, vbi notanter Pau.nu.4.ff.de leg.ii.sed talis differentia inepta est, ut melius aduertit Alci.statim citandus. Sed receptissima consuetudo totius Hispaniæ obseruat indistinctè, vt nec causa possit possessor alienare bona maioratus: quod etiam asserit D. Couarru.lib.iii.resolut.cap.vi.in fin.quem usum ego censeo iuri consonum:cui nihil obstat tex.in l.mulier.§.cum proponeretur.ff. ad Treb.ibi enim agitur de filia testatoris. cui dos & legitima debetur, ideoque fideicommissum ei nocere non potest, vt satis colligitur ex tex.& scriben. ibi. Magis uideretur obstare decisio authẽ.res quæ.C.cõmu.de lega.arguẽdo à bonis subiectis restitutioni ad maioratũ, iunctis ijs, quæ ibi latè tradunt Ias.& Cur.Ias.cõs.clvii.li.ii.Dec.cons.ccclxxvii.& cons. cccccxix. Soci.cons. lxxv.li.j.Soci.nep.cõs.cxix.lib.ii. & latissimè Ant.Gome.& Couarr.vbi sup.& Guid.Pap.decis.xcvi.& seq.Tiraq.d.q.Et obstare videretur quod in causa dotis notat Bar.in l.filiusfa.§.diui.nu.10.q.ii.ff.de leg.j.vbi Alex.nu.10.Crot.ex nu.44.& nu.165.& Loazes, nu.135.Rip.ex nu.70.Alci.nu.23. Sed respondeo vltra omnes quòd hæc quæstio separari debet à materia.d.Auth. ibi enim tãtum fauetur descendẽtibus testatoris contra personam particularem cui bona erant restituenda, at in maioratu agitur de conseruanda memoria instituentis, quam homines maximè curant:ut tradit Plin.in prologo.vii.lib.in quo uersari censetur honor & gloria, ut probat tex.in l.vii.§.ad authoritatem.ff.de annu.leg.in l.Titia. §.fi.ff.de aur.& arg.leg. ibi, *subscriptione nominis mei*: & in l.regula.§.penul.ff.de iur.& fact.igno.ibi. *gloriam repræsentet*.l.legatum.ff.de usufr.leg. ibi, *conseruanda memoriæ*: Et manifestum est eam memoriã respicere instituentes maioratum, qui frequenter agunt ut successores nomen suum ferant: facit l.hoc iure.§.fina. ibi, *nomen meum*.ff. de donat.cum ijs quæ utiliter tradit Benedi.in c.Raynucius, verb.& uxorem, nu.22.Rip.in l. fœminæ nume.44.C. de secund.nupt.Sic ergo nouę limitabi-

tabitur decis.d.Authen.quæ etiam rarius procedit, quam plures putant,non visis declarationibus scribent.ibi & in locis suprà citatis : quibus attentis minus dubitabilis est hæc vera opin.& Hispaniæ consuetudo. Alia ampliatio erit ad eandem prohibitionem,ut pater non possit repudiare hæreditatem filio delatam minusque legatum, aliudve relictum:ne quis decipiatur ex l.qui auté.ff.quæ in fraud. cred.nec ex celebri opin. Federic. Senen.à multis malè probata , qui scripsit posse prælatum in ijs nocere Ecclesiæ repudiando : quasi tale ius quærendum sit,non quæsitum. Quibus alijsque non obstantibus , saltem post hanc l.& l.cum oportet , & l.fina. titu. sequen. indubia est hæc ampliatio . In hæreditate autem etiam iure antiquo habetur in l.renitente.C.de iur.delib.cum regu.l.is qui hæres.§.fina. & ibi not.Bart. numero 10.ff. de acqui.hæred. & in legatis erat tex. notab.in l.ex repudiatione.C.de fideicom. & generaliter not. Bal.in d.l.renitente , asserens non posse patrem renuntiare ius aliquod filiorum: & ita Alberi.in l. sed si unius.§.filiofami.ff. de iniur. facit quod notat Bal.hic ad fin.potestatem patri concessam,intelligi ad utilia liberis:argu.l.creditor.§.Lucius.ff.manda.Et ita patre inquit tex. in l.generaliter.C. de secun.nup.probat hoc fortissimè ex tex.& eius rõne,in l.magis puto.§.fundum.ff.de rebus eorum.In legatis autem , attéto iure nouo huius, l.& l.fina.infrà titu.j.non est dubium,secundum gl.Bar.Bal.& omnes in d.l.ex repudiatione , & d.§.fi.imò repudiatio patris tunc operatur,ut res omninò filio acquiratur.Sed difficultas nõ leuis est circa d.l. ex repudiatione,cum fuerit ante Constantin.Iustin. & tñ dicit patrem non posse repudiare legatum filio relictum: & Bal.ibi inquit,magnam fuisse rationem dubitandi,sic Pau.Corn.ibi ideoq; gl.ibidem uariè interpretatur. Augebatur difficultas ex l.legatum.vii.ff.de leg.j.vbi dominus repudiat legatum seruo relictum , videbaturq; ante ius nouum idé dicendum in patre,cum legatũ statim acquiratur, cuius commodum & effectus nec momento penes filiũ esse poterat ex l.placet.ff.de acquir.hæred.l.j.ff.si quis à paren.fue.manu.ut pro cõi latè probaui in j.par. huius.l.Et ita ratio.

§.fu

§.fundum.l.magis puto iure antiquo vrgebat contra hanc conclusionẽ, ut hodie vrget pro ea:ex quibus fundamentis communis est opin.secundum Alex.in d.l.legatum,nu. 1.& Ias.nu 6.Bapt.in repet.num.5. contra gloss.ibi,ut illo tempore ante ius nouum posse solus pater repudiare legatum filio relictum. Eandem dicit communem Corn.in d.l.ex repudiatione,ubi gl.sibi contraria, hoc apertè sentit,quã non percepit Bar.in d.l.legatum, cum eã citat ad contrariam opinionem, quam tribuere debuit gl.ibidem: & ita patet gl.in hoc variare,sed aliter quàm Bart.putauerit in dicta l.legatum: quod melius aduertit idem Bartolus in dicta l.is qui hęres.§.final.nu.x. qui etiam uariauit: ibi enim probat hanc communem opinionem, contrariam uero probauit, in dicta l.legatum.Ego autem(licet res hæc nouo iure dubio careat) reiecta varietate glo.& Barto.uerius puto contra scrib. ut etiam ante ius nouum pater non posset repudiare legatum purè filio relictum, ex text. omni solutione maiore, ubi Bald.bene sentit in dic.l.ex repudiatione, xxvi.C.de fideico. Nec enim teneri possunt variæ interpretationes glo.& Doctor.ibi dummodo ariolãtur filium ibi emancipatum fuisse,quod diuinatorium est,& contra præsumptionem iuris,iuxta l.si emancipati.C.de collatio.ineptaque esset quæstio legis,in filio emancipato. Nec minus improbabile est quod gloss. ibi subdit de causa castrensi, contra literam tex.ut Doctor.ipsi agnoscunt. Deteriorque est.iii.interpretatio gl. quam Doct. approbant magis contra literam diuinando, relictum ibi fuisse sub conditione quæ nõ extiterat: quod ultra temerariam diuinationem manifestè corruit ex ratione tex.ibi, *qui tibi nocere non potuit*: & sic patet ibi relictum fuisse parum, potuisseque à legatario sui iuris repudiari: ideoque ibi tamen inducitur ratio illa quod pater repudiando non potuit filio nocere. Vnde per d.l.ex repudiatione, potuisset gl.in d.l.legatum,apertè probare,ꝙ ibi tenuit:gl.autem in hoc citabat.d.§.fi.l.is qui hęres,sed malè quia loquitur in hæreditate, in qua est longè diuersa ratio secundum Doctor. communiter in illis locis, & in l.ii.C.de repud.bon.possess. Et reiecta communi opin.

(quia

(quia est contra d.l. cui non respondetur) non obstat argu.d.l.placet, quia locum habet post veram acquisitioné: ita enim procedit regu.iuris qua filius acquirit patri,magisque rationale erat ut iniqua repudiatio patris filio nó noceret,sed spectaretur vt filius liberatus à patris potestate,relictum sibi acquireret:cum & in multis ante ius nouũ sibi acquirebat, ut dixi in prima parte huius l.Vltimo loco ad ampliationem uel limitationem huius l.apte adducitur quæstio, an pater remittere posit iniuriam factá filiof.& sic ei adimere iniuriarum actionem?in quo vulgariter quasi sine dubio asseri solet, posse patrem id facere: & ita limitari hãc l.& iura proximè adducta, per tex.notab.in l.sed & si unius.xvii.§.filiofa.ff.de iniur.ubi expressim hoc notãt gl.& Bart.& Albe. notat ét gl.in l.in personam.xxxi.ff.de pact.Bar. & alij in l.Lucius, ff.solu.matri. Bar.Paul.Imol. in l.si fine.§.fi.ff.rem rat.habe.qui omnes ad hoc citant.d.§.filiof. eumq; intelligunt ét inuito filio: & ita iudicauit Cape.Thol.quæstio.cclxi. tradit Catal.de sindica.nu.128.Ias. vbi melius de materia in l.contra iuris.§.si filius,nu.15.ff.de pact.& Boer.decis.cxx. Quomnes etiam eam cõclusionem limitãt, nisi iniuria fiat à coniuncta persona , quia tunc pater non poterit eam remittere:ita Bar. & omnes in d.l.Lucius , per tex.ibi quem ad hoc sepissimè extollunt scriben.ut per Ias.& alios ubi sup. & ita Roman.singul.xciii.Hipp.singu.cccccIxxiii.Sed hæc non omnino tuta uidentur.j. quia Azo. in summa.C.de iniur.nu.13.vers.hodie,magis probat, vt hodie attẽta hac l.non possit pater remittere iniuriam factam filiof.idem vult Hostien. in Summa eo.tit. & Iaco. de Are. qui tenebat,etiam ante hanc l. remissionem patris non tollere actioné iniuriarum,sed suspẽdere eius exercitiũ filio,& ita intelligebat.d.§.filiof.ut refert Alberi.ibi:& probat Fulg. in d.§.si filius,nu.10.sed Azo.& alij melius allegarét.l.cũ ¶ oportet.tit.seq. quàm hãc l.ibi enim de omni causa aduentitia agitur:hic solũ de bonis maternis.Ego veriorem puto hanc opin.contra cõmunem: iniquum enim (ut Alber. agnoscit in d.§. filiofa.) & iuris regulis contrarium esset ut solus pater remittat actionem iniuriarum filio compete

petentem: cum ea actio sit è paucis quæ filiofamil. proprio nomine dabantur. l. filiusfa. 8. ff. de actio. & oblig. & d. l. sed & si unus. §. fin. vt latius (Deo fauente) trademus, in §. necessitate. l. fin. tit. seq. vbi plenius de intellectu. d. §. filiofa. Sic etiam attenta hac. l. & iure nouiori, tutior uidetur opinio Azon. & Hostien. contra communem, quia pecuniaria æstimatio iniuriæ, filio acquirenda est, & consequenter in detrimentum filij esset remissio patris, cuius potestas ad utilia restringitur, ut incommodum filio inferat, secuncundum iura & rationes de quibus supra. Retenta autem iniqua communi sententia, non dubito falsam esse. d. communem limitationem quæ ei assignatur ex d. l. Lucius. ff. solut. matr. quæ id nullatenus probat, ut uidentur sentire Cuma. & Alex. ibi. Ego autem id ostendo, quia in illa l. nõ erat casus, in quo competeret actio iniuriarum, sed irrogabatur uxori pœna uiro applicanda ex iuris sanctionibus longè separatis ab actione prætoria uel legis Corneliæ: de quib. in tract. de iniur. Nec assignatur sufficiens ratio differentię inter iniuriam à coniunctis uel ab extraneis: nec generalitas regulæ pateretur talem restrictionem, iuxta l. j. §. & generaliter. ff. de lega. præst. Et huic ueriori sententiæ non obstat. l. Papinianus, in princ. ff. de inoffic. testa. quam Docto. etiam pro ea limitatione notant. Aliter enim intelligi debet text. ex iis quæ diximus suprà in j. par. huius l. ad intellectum l. filius. ff. de inoffic. testam. & in proposito aliter illum tex. not. gloss. in d. §. filiofamil. Eandem tamen communem limitationem in iniuria coniunctæ personæ, apertè intelligunt omnes, etiam si pater eam remittat expressim, non tantum tacitè: vt Alex. malè intelligebat in d. l. Lucius, sub. l. præceden. quæ incipit, liberta. num. 8. Alias ineptè omnes ex ea lege limitarent regu. quam colligunt ex d. §. filiofam. Sed primum errorem in colligenda regu. sequuntur varietates & absurda in limitationibus ut sæpissimè in aliis articulis. Sic tandem claudantur huius l. commentaria, quorum prolixitatem oblatrabunt liuidi: periti uerò & candidi eam ab utilitate longo interuallo superari agnoscent: forsanq; non infimæ laudis censebunt ad perfectam tractationem tot articulos excogitasse: eosque

Dd plenè

plenè & vtiliter discussisse: vt nos tueatur prouerbialis sententia, sat cito si sat benè.

SVMMARIA.

1 *Authentica nouaque constitutio huic titulo inserta diuiditur & summatur.*
2 *Explicatur finis l.iiij.tit.sequen.*
3 *Tentatur unum non negligendum ad declarationem huius text. & agitur de origine præscriptionis longissimæ.*
4 *Agitur de ratione huius tex.& explicantur aliqua iura.*
5 *Circa eandem rationem reprobantur aliqua dicta Scriben.*
6 *Comprobatur opinio contra communem, vt pater legitimus administrator non excusetur à conficiendo inuentario.*
7 *Ampliatur hic textus in fauorem liberorum, etiam si habens causam à patre iustè in facto erret, & bonam fidem habeat, cum Fulgos.contra Cyn. Alber. Paul.*
8 *Colligitur declaratio ad Authen. malæ fidei. C. de long.tempo. præscript.*
9 *Assignatur notabilis ampliatio ad textum in præsenti, & infertur alia ad d.l.fi.§.pen.C.communia de lega.& nu.10.*
11 *Tractatur exactè an in casu huius tex. etiam iure canonico valeat præscriptio cũ errore iuris, in quo adducuntur plura vtilia:& conciliantur aliqua à nostris tradita, & nu. 12.et 13.*
14 *Qualiter probetur mala fides ementis à patre in specie huius textus in quo adducuntur aliqua vtilia. & emendantur nonnulla à Docto.tradita.*
15 *Explicatur contra gl.& Doct.l.pen.ff.de vsucap.pro empt.*
16 *Tentatur contra omnes non indici malam fidem in emptorem, cui dominus rei vel alius denuntiauit, ne emeret.*
17 *Explicatur contra omnes l.si fundum.C.de rei uendic.*
18 *Colligitur unum ex hoc tex.& infertur aliud non negligendum, nume.19.*
20 *Consultissimam fuisse declarationem Iustiniani admittentis hoc casu longissimam præscriptionem, & de eius effectu, nu. 21.*
22 *Probatur opinio Pau.ad casum alienationis rei subiectæ restitutioni, & infertur ad bona maioratus, nu.23.*
24 *Distinguitur q.quam scriben.confusè tractant an in prohibitis alienan*

alienari detur præscriptio.

25 In eadem q.contra glos.& plures probatur, regulariter non tolli vsucapionem ex prohibitione alienationis.
26 Probatur in l.is unum notabile contra omnes ferè scriben.
27 Agitur de intellectu.l.ij.C.de usuca.pro empt.
28 Intelligitur contra scriben.tex.in l.vbi lex.ff. de usuca.
29 Explicatur contra gl.& ferè omnes.l.alienationis verbum.ff.de verb.sign.& reijciuntur multa à Doct. tradita, circa negligē. eius, contra quem præscribitur & nu.30.& 31.
32 Explicantur contra plures uerba.l.Imperatores.ff. de iure fisci, & ostenditur obligationem pœnalem in delinquentem non dari ex consensu.
33 Limitatur tex. hic cum Bald.& nonnullis.
34 Tentatur alia limitatio vltra omnes, in qua adducuntur aliqua non negligenda, & nu.35.
36 Explicatur tex.circa dominium quod acquiritur ex præscriptione, & vsuca.& adducuntur aliqua, nu.37.& 38.
39 Agitur de iustificatione vsucapionis, & explicantur aliqua iura, nume. 40.

Ad secundam partem huius tex.

41 Agitur de regula, ne impedito agere currat præscriptio, & ampliatur cum Bal.adducunturq; aliqua vtilia, nu.42.& 43.
44 Infertur ad Bar.in l.si constante.ff.sol.matr.& ostenditur contra plures non probari ex hoc tex.quod filius viuo patre reuocare nequeat alienationem aduentitiorum, & nu.45.
46 Infertur ad c.quia diuersitatem, de conces.prab.
47 Traditur notab.declaratio contra Alex.ad l.i.C.si aduers.cred. in vij.& nu.48.
49 Infertur ad q. notabilem, an in bonis maioratus præscriptio perfecta contra vnum, noceat successori, & adducuntur multa vtilia, vsque ad nu.54.
55 Ostenditur in eo articulo & in rebus in perpetuum familiæ relictis, nō rectè scripsisse Bar.& plures, quod præscriptio uel alienatio dari possit regulariter cum consensu successorum.
56 Pro complemento materiæ huius tex. traduntur aliqua circa bonam fidem ad vsucapiendum, & nu.57.

58 *Tractatur celebris doctrina Bar. an ex ignorantia detur restitutio aduersus præscriptionem, vsque ad nu. 60.*

HAec authen. annectitur. l. precedenti, quatenus ibi dictum erat, patre alienante aduentitia filiorum, illæsum eorum ius manere, nec eos ulla præscriptione repellendos à rebus suis uendicandis. Quam decisionem maiores nostri limitari putarunt ex Authen. nouioribusq; Iustiniani constitutionibus: ideoq; hanc continuarunt ex Authen. de nupt. §. sed quod sancitum, col. iiij. secundum vulgares libros, uel secundum emendatos, in constit. xxij. de iis qui nupt. iter. §. insuper. Hæc autem constitutio limitat. l. præceden. circa scriptionem admittens longissimam xxx. annorum: deinde eam limitationem dupliciter restringit, vt scilicet id tempus non currat filiis, nisi postquàm exierint à potestate patris: nec etiam durante impubertate seu pupillaritate. Quæ materia utilis est, licet à nostris parum explicata: ad cuius ingressum præmitto ex gl. & omnibus, receptissimum esse, vt originalis authen. loquens de lucris nuptialibus utriusq; parentis, extendatur ad omnia aduentitia quorum legit. admin. sit pater, & ita ubiq; ad omnia aduentitia citatur tex. hic, vt per Bal. de præscrip. j. part. vj. par. nu. 15. Aliqualiter autem dubitarũt antiquiores circa literam, in verbo *tricẽnale*: Petr. n. & nonnulli legebant triẽnale, ut referunt Cyn. & Albe. Fulg. Corn. sed in originali apertè fit mentio præscriptionis. xxx. annorum, tam in libris vulgaribus quàm emendatis: & ita cõfunditur opinio Petr. quam cæteri merito improbarunt, vt sic maneat contra Petr. non sufficere possessori hoc casu contra filium ordinariam præscriptionem, sed longissimam exigi, secundũ oẽs: quod suadetur ex l. sicut. C. de præscr. xxx. uel xl. anno. probaturque ex uerbis. l. præcedent. dum excludit præscriptionem: intelligitur enim de ordinaria. Et ideo hæc constitutio admittens tricẽnalem necessariò erat intelligenda de xxx. annis, quæ vt extraordinaria admittitur, exclusa ordinaria: iuxta. d. l. sicut, & doctrinam gloss. celebris in l. postquàm, verb. nulla. C. de pact. cum iis quæ infrà deducemus.

2 cemus. Et hinc uerè intelligetur text.l.iiij. ad fin.infr.tit. j.ibi,*nulla temporali præscriptione obsistente*,& ibi,*nisi fortè ex continua & inconcussa tenentis possessione,eorum excludatur intentio*,excludere enim vult lex ibi ordinariam præscriptionem,non longissimam.Hinc etiam ultra omnes ostéditur, Constantinum in l. præcedent. nouum ius induxisse, dum vsucapionem vel præscriptionem tollit:cũ regulariter ante nouum ius sufficeret ordinaria pręscriptio,ex bona fide eius in quem alienabatur, non obstante mala fide alienantis.l.j.C.de lon.temp.præsc.l.si partẽ.C.de vsuca.pro emp. l.qui fundũ.§.proc.ff.eo.& ita iuuatur cõis sententia, quã contra aliquos probaui in j.par.l. præce. vt ea lex nouum
3 ius induxerit. Imò uidetur (vltra omnes) verè dicendum ꝙ ante Iustinianum & nouiores illas constitutiones, hoc casu,etiam filiis post pubertatem,& postquàm suę potestatis fuissent,obstaret ea præscriptio.xxx.vel xl.annor.ex cõstitutionib.Hono.& Arca.& Anast.in d.l.sicut,& l.omnes, quæ tam generaliter loquuntur ut hanc speciem satis cõpræhendant iuxta regu.l.j.§.& generaliter.ff.de lega. præsta.Ex quo sequitur præscriptionem.xxx.& xl.annorum ante Iustinianum introductam fuisse,ut patet ex d.l. sicut, & l.omnes.C.de præscript.xxx.vel xl.anno.Iurisconf. tamen incognita fuit,& Imperatoribus ante conditores illarum ll.vt annotauit glo. recepta in l.qui occiderit.xxx. ff.ad l. Aqui.& in l.Iulianus.xvij.ff.ex quibus caus.maior. & in l. si quis emptionis,uerb.veteres.C.de præscript.xxx. uel xl. anno.Bar.in l.in omnibus.ff.de actio.& obliga. & scriben. vbiq;,ut tradit Corn.consi.xxxviij.nume.10.lib.j.quamuis dubitans id inuoluat Bal.in ca.vigilanti,nu.2.de præscrip.
4 Cur autem in hac specie non sufficiat longum tempus,nec præscriptio ordinaria respondet Pau.hic,& in l.quicunq;, infrà titu.j.& cum eo Corn. eo scilicet quia lex interdicit patri alienationem,ideoque titulus,lege resistente, nullus est l.quemadmodum. C.de agric. & censit. & præscriptio longi temporis titulum exigit.l.nullo.C.de rei vendi.l.diutina.C.de long.temp.præscrip. præscriptio autem longissima non exigit titulum. Ego puto Pau. & alios non percepisse rationem & sensum horum iurium: nam patre ven

dente uel aliter alienante, emptor habet titulum cum bona fide, cùm iustè ignoret rem esse filii, & iustè credere potuit rem esse alienantis, iuxta præsumptionem.l.merito. ff.pro soc.quod in fortioribus terminis notat Bald. in d. c. vigilanti, nume. 5.uersic. amplius de præscript. Ergo talis error iustus facti sufficere debet, cùm saltem inducat titulum putatiuum, iustum ad usucapiendum longo tempore, vt not.Bar.receptus, in l.Celsus.ff.de usucap.pro hære.
¶ Nec obstat d.l.nullo, & dic.l. diutina, quia loquuntur ubi omninò deest causa uel titulus: quod indicant uerba earũ legum, quæ etiam procedunt vbi emptor uel alius in quẽ fit alienatio, sciebat prohibitionem iuris: tunc enim idem est, ac si nullus sit titulus, cùm desit iustus error facti inducens titulum putatiuum: & hoc verè probat text.in l.si ab eod.xii.ibi, *tu scias*.ff.de usucapio.quem Bar.& alii ibi non bene summant, nec satis expendunt: & hoc respicit regu.l. nunquàm xxxj.ff.eod.hoc etiam probatur ex l.secunda.§. si à pupillo, & ibi scriben.ff.pro empt.& in l.mandatum di-
5 strahendorum.lvij.ff.mand.Patet igitur in hac specie, secundum iuris regulas, maximè ante Authẽ.malæ fidei.C. de præscript.long. temp.potuisse procedere vsucapionem ordinariam longi temporis: ob iustum errorem facti, licet de iure alienatio esset inualida, cõtra Paul.Corn.& alios. Ex quo sequitur contra eosdem, longè diuersam fuisse rationem, cur hæc iura exigunt in hac specie longissimã præscriptionem, non quia ordinaria procedere non posset, sed quia lex uoluit obuiare fraudi patris alienãtis bona filii: quia etiam maior erat causa fauendi filiis sub potestate patris existentibus, & facultates suas ignorantibus: cùm pater omnia possideat & administret, nec rationem reddat, iuxta.l.fi.§.si autem non habet, ibi, *à ratiociniis*. infra tit.j. & sic facillimè posset fraus liberis fieri: quapropter iustè lex in hac specie præscriptionem abrogat, quæ rationes non militant in aliis distrahentibus rem alienam. Ex qui-
6 bus nouè comprobatur, quod contra communem tentaui
¶ sup. in secunda par.l.j.nu.31.vt pater non excusetur à conficiendo inuentario aduentitiorum filii, cùm id vtilissimũ sit filio, ut sciat postea quę sua sint, vtq; possit alienata vẽdicare:

dicare:patri autem non noceat,nec onus sit,ut constat ad sensum. Potestq; in id subtiliter expendi tex.in l. si libertus sub conditione.xx.§.existimo.ff.de bon.libert.ubi conditio testandi censetur potestatiua & facilis. Ideoq; in patrono & filio admittebatur, secundum Barto. in l. suus quoque,nume.3.ff.de hæred. institu.& in l.si pater ij. opposit.& ibi Cyn.colum.ij.& Iason.numero.2.C. de institutio. Sic ergo confectio inuentarii patri remitti non debet,vt periculum & incommodum filii uitetur, sine onere patris. Inde etiam infertur secunda, cùm lex iustissimè in hac specie faueat liberis,ideoque remouerit ordinariam præscriptionem, solamq; longissimam admittat, procedere eandem decisionem etiam si is in quem pater alienauit, bona fide rem habuerit,licet etiam iusto facti errore iuuetur, quo regulariter usucapio ordinaria procedit. Hic enim est fauor quem ex causa lex præstat filijs in aduentitiis,quæ solus pater administrat:quod bene sentit Fulg.hic,quem sequitur Corn.Idq; memoro cõtra insignes uiros Cyn.Alber.& Paul. hic: magis contra Paul.in l.quicunque,infrà tit. sequen. malè restringentes text.ad emptorem scientem rem esse filii,& ignorantem ius, non factum:quod non solùm diuinatorium est,sed etiam cõtra ueram rationem tex.qui ita reduceretur ad casum nunquàm ferè contingentem,maximè attẽta regula.l.verius. ff.de probat.Infertur iij.(si rectè attendatur) notabilis declaratio ad decisionem Authen.malæ fidei,infrà de long. temp.præscript. vbi mala fides uenditoris nocet emptori bonæ fidei,nec ei prosit pręscriptio ordinaria,sed requiratur longissima:non generaliter, vt vulgus malè illum tex. citat,sed tantum qñ rei dominus ignorat. Ex præcedentibus enim bene sequitur in hac specie malam fidem patris alienantis indistinctè nocere emptori,siue filius rei dominus,sciat,siue ignoret:vt bene sentire uidetur Fulg.hic:voluit enim ius ex prædictis causis filiis succurrere,qui licet sciant res suas à patre alienari,non facilè pñt contra factũ patris uenire,non solum ob impedimentum potestatis,sed etiam respectu honoris & uerecundiæ. Et ita nouè declaratur in hac specie decisio. dict. Authen.ultra notab.

7 (margin, at "re patris")

declarationes Paul.ibi, & plures per Ang. Aret. in §.sed istæ quidem, nu.12.Institutio.de action. & in §. furtiuæ, num.3. Institu.de usucap. latè per Alexand.in l. Pomponius.§.cum quis.ff.de acquir.posses.& Bal.de præscrip.ii. par.iii.par.quæst.12. Infertur quarta, quòd etiam si pater mala fide caueat in alienatione aduentitiorum filij, adhuc cesset ordinaria præscriptio, nec filius excludatur nisi per longissimam, cum requisitis huius tex. quia licet cesset una ratio ex parte patris, militant aliæ ex parte liberorum, quibus lex succurrere uoluit: ideoque manente altera ratione, lex sustinetur ex vulgari regula.l.si non lex.lxxxiii.ff.de hæred.institutio.cum alijs, ut per Ias. in l.more,nu.18.ff.de acquiren.hæredita.per.Rip. in l.si uentri.§.in bonis:nu.1.ff.de priuileg.cred.per. Tiraq.in tract. de causa,limi.xxii.quod tutissimũ uidetur,licet scriben.nõ
10 exprimant. Infertur.v.ad decisioné.l.fi.§.sed quia.C.commu.de leg. vbi etiã ordinaria præscriptio longi temporis remouetur in fauorem legatarij vel fideicõmissarij cui hę res restituere iubetur: qué tex.à simili adducit Fulgo.hic: ex prædictis enim ampliatur tex.ille, etiam si emptor sit bonæ fidei cũ iustissimo errore facti, adhuc enim militat ratio fauoris fideicommissarij.Infertur.vj.ex Cyn. Alber. Paul.& alijs hic,sufficere lõgissimam præscriptionem,de qua in hoc tex.cum errore iuris,puta quando emptor sciebat rem esse filij,putabatq; patrem posse alienare aduentitia filij:quod de iure ciuili dubium nõ est,secundũ quod præscriptio.xxx.uel xl.annorum effectum habet etiã cum mala fide.l.si quis emptionis.§.j.C.de præscrip.xxx. annorum à fortiori igitur perficietur cũ errore iuris, ea enim præscriptio tanto tempore perficitur, nec titulum exigit, ytresoluunt omnes in lectur. & consi. pro ut latè refert Boer. decisio.xlij.nu.35.& 38. nec obstant leges iure consultorum quæ dicunt non ualere iuris errorem ad vsucapiendam,quia adhuc non erat cognita præscriptio longis-
11 sima. Sed dubium est quid dicẽdum sit de iure canonico, quod præualet in hac materia,etiam in foro seculari, secundum omnes, in quo multa hinc inde adduci possent. Sed resolutiuè procedendo uidetur, primò, asserendum, quòd

quòd si is inquem pater alienauit sciebat ius & factum.j. rem esse filij,& alienationem iure prohiberi nullo tempore præscribere possit,quia tunc malę fidei possessor est,ex mente scribent. ubi sup.& clarius in locis statim citandis. Si autem is in quem pater alienauit,ius ignorabat,sciens rem filij,& putans patrem posse alienare,& sic non fuit in uera mala fidę, tunc plures tenent etiam de iure Canonico sufficere præscriptionem hanc longissimam cum iuris errore: mouenturque principaliter eo quòd causa iniusta & iuris error excusat à mala fide, licet bonam prorsus nõ inducat,ex glo.l.secunda.C. si quis ignor.rem mino.text. & Barto. in l.sed.& si lege.§.scire.ff.de petitio. hæred.ita in hac re tenuit Paul.in l.Celsus.col.j.ff.de usucap.& in l. nunquàm.in fi.eodem titu.& in l.ii.§.si à pupillo,nume.4. ff.pro empto.& in l. ueditionib. C. eodem.Imol. in d. l. Celsus,& d.l.nunquàm: sequitur Afflict.decis.xl.nu.12.& Rube. consil.lxxv. Eandem opin. probauit Anton. Butri. quem refert Fely.in c.de quarta, nu.34.de præscrip.Corne.cons.cclxxvii.nu.6.lib.iiii.quam opi. cõem dicit Rube. ubi sup.Sed contrarium tenent non pauci, idemque Pau. consulendo uariauit ut tradit Fely.ubi sup.n.35.& est nimis controuersum & inuolutum apud scribent. vt tradit Balb.in d.l.Celsus,in iiii.nota. nu.15. tradit D.Couarru. in c.possessor.ii.par.§.vii.nu.5.uers.ii.conclusio.& latè Aymon.Crauet.de antiquit. iiii.par. ex nu.161. Apud quem videbis difficile esse discernere quæ sit in hoc receptior sententia.ex omnibus autem quos uiderim Hispan.d. loco. & Aymon & Balb. uidētur melius hoc tractasse.Omis-
12 sa varietate scriben.in hoc difficili articulo , puto uerius in nostra materia,etiam iure Canonico,securum fore emptorem ex præscriptione.xxx.annorũ, cũ requisitis huius Authen.etiam si scierit rem esse filij, & iuris errore putauerit patrem posse alienare,ex mente Cyn.Alber.& Pau. hic: quia tunc verè non datur mala fides quã improbat.c. vigilanti,& c.fi.de præscript.Nec erat uero simile patrem uelle nocere liberis,arg.l.fin.C.de curat.furio. l. scripto. §.fin ff.unde libe.Facit pro emptore potestas patris, quæ in his maior est quam tutorum uel curatorum, vt probatur

tur ex multis supra in discursu.l. j. maximè ex opin. Azon. magis cōi, quòd non sit necessarium decretum: quę opin. iuuatur ex generalitate huius tex. & d.l.quicunque in fine.titu.j.iuuatur ex requisitis quæ lex exigit hoc casu, ultra longissimum tempus. Ad idem facit tex.in c.peruenit, de emp. & uendi. vbi hoc longissimum tēpus etiam iure pōtificio inducit plenum effectum, ut per Imol.& Hispan.Burgens.ibi:per Hispan.Xuar.l.Castellæ, de debitis, folio 58. Facit quod habemus ex cōmuni opinione præsumi bonam fidem in præscribente, gl.recepta in l.penul. C.de euictio.Bar.& alij in dict.l.Celsus, ubi Bal. iii.par. nu.2.Alcia. regu.iii.præsump. v. maximè cum longissimo tempore:Boer.decis.xlij.nu.3.Bal.d.l.nu.10.uersic. fit ergo. Quæ opin. posset cōtrouerti ex resolutione quam addunt Couarru Balb. Aymo.vbi supra quòd iuris error nō excuset etiam in præscriptione longissima, quando lex resistit:ex Bart.in d.l.sed & si lege.§.scire:& alijs quæ adducunt. Respondeo tamen quòd lex præcedens non tam apertè, nec tam fortiter resistit, ut perpetuo & indistinctè alienatio irritetur, ut constat ex limitatione recepta, per l.cum à matre.C.de rei vendic.constat etiã ex d.opi.Azo. recepta, quòd pater sine decreto potest alienare. Procedet autem tutius hæc opi.quando pater fuerit bonis moribus præditus:secus si emptor sciat rem esse filij, & patrē dissipatorem argumen.l.si quis cum sciret, cum ibi notatis.ff.de usuca.pro emp.Procedet etiam tutius vbi emptor fuerit persona simplex, ut mulier, rusticus, minor, argumen.tex.notab.in l.cum de indebito, ad med.ff.de probatio. Bart.in l.non fatetur, nu.2.ff.de confessio.Idem tamē puto in quocunque non iuris perito:at in iuris perito cōtrarium uidetur dicendum, quia nec ei licet ius ignorare, nec est uerosimilis ignorantia, ideò magis uidetur mala fide emere:iuxta l.professio, cum gl.C.de municip.patri. & in hac materia notat Socin.nep.consilio 69.nu.4. lib.j. In iurisperito tamen crediderim etiã procedere hanc opinio quando aliqua causa facti concurrit quæ eum mouere posset: puta si pater diligens significauerit alienationem esse ob causam necessariam, uel maiorem filij vtilitatem

litatem.argu.l.fin. ff.de usucap pro emptore,vbi ad ordinariam præscriptionem sufficit color, etiam si emptor sciat rem esse alterius,cuius mandato putat eam uendi:facit tex.in d.l.mandatum distrahendorum.ff.manda. Paul. in l.qui fundum.§. procurator numero.4. ff.de usuca.pro empto.facit quod notant glo.Bar.& alij per l. si vir. ff. de usucap.pro dona.quando error facti concurrit cum errore iuris.Bald.d.l.nu.21. uersi.vj.limita latius.d.Couarru. d.§.vii.nu.10.Puto etiam hanc conclusionem tutius procedere in emptione quàm in donatione:emptor enim pretium dat,poteståque ex multis credere licere patri,rem filij uendere non ita donatarius sciēs esse filij: nō enim debuit nec potuit credere patrem posse donare res filij: repugnat namque sensus communis ratioque naturalis & notitia eorum quæ moribus hominum obseruantur:quæ omnia indicant non esse donandum de rebus alienis.facit tex.in l.filiusfam.ff.de dona.tex.in l.fi. ff.de cura.furio.in l.contra iuris.§.filius. ff.de pact.Ex quo eleganter limitabitur iuris regu.quæ in causa emptionis ampliorem bonā fidem exigit:quam alio titulo leg.ii.in princ.ff.de usucap. pro empto. & iuuatur quod hic dicimus ex Bar.in l.pe. ad
14 fi.ff.eodem.ubi in simili plus tribuit causæ onerosæ.Posset autē probari mala fides in proposito,si filius ante venditionem denuntiet emptori, ne emat.iuxta regu. quam notant glo.& scribent.cōmuniter per tex.ibi,in l.si fundū. C.de rei vendic.quē tex.ut singul.extollunt Fulg. & Pau. Castr.ibi, nu.2.dicit notab.Balb.in d.l.Celsus, in iii.par. nu.13.ff.de usucap.& est recepta sententia,ut per Fely.in c.ii.nu.5.vers.fallit.vj.de præscrip. Math.Afflict. decisio. ccclxvi.nu.10.& præced. Quæ conclusio cōis probari uidetur ex ea lege ibi, *vel alio modo mala fide contraxit*:quod intelligunt Bar.Bal.Alberi.nu.3.Salyc.nu.2.in fin.Fulgo. num.3.in prædictis terminis,quando denuntiatio fit antē alienationem: nam post emptionem & possessionem, dicunt omnes non procedere eam. l. nec induci malam fidem,per tex.in leg.penult.ff. de vsucapione pro empt. vbi gloss.& Docto. ita communiter intelligunt, & conciliant eam.l.cum dict.l. si fundum: & ita communiter scribent.

secun-

secundum Felin.& Balb.vbi suprà. Alex.in l.de pupillo,§. nuntiationē,nu.12.ff.de nou.oper.nunc.Qua in re aduertendū est,quod Bal.d.l.si fundum.Fulg.& Pau.ibi expressim notant,eam l. procedere etiā si dominus rei denuntiās ante emptionem, nihil ostēdat de iure suo:& ita ex Imol. & alijs tradit Balb.in reper.l.Celsus,nu.113.vel in paruis. iij.par.nu.13.Bar.in l.non solum.§.morte.nu.43.& ibi Rube.nu.405. ff.de nou.ope.nun. in quo labitur doctissimus Felin. in d.c.ij. nu.6. immemor huius communis declarationis, malèque in contrarium citans Bart.Ex quo sequitur incautè loqui plures Doct. dum sæpe indistinctè citāt d.l.penult. quod denuntiatio extraiudicialis non inducat malam fidem : debet enim intelligi iuxta prædictam resolutionem,non autem indistinctè, vt ipsi per eam l.loquuntur.Sed hæc hucusque recepta,non videntur tuta: & sine dubio assero,gl.Bart.& omnes in d.l.pen.minus benè tractasse de cōciliatione earum legum, quæ nullo modo aduersantur : sed ineptius gl.Bart.& omnes in d.l.pe.& alij in locis suprà citatis,colligunt ex d.l.pe. denuntiationem extraiudicialem nō inducere malam fidem post emptionem & possessionem.Id enim non probat,nec probare potest text.ibi,cuius ratio & decisio aliud longè diuersum respicit, nempe quod talis denuntiatio nihil facit ad interrumpendam vsucapionem : quod receptum est,& benè ad hoc d.l.pen.citatur à Ias.in §.pœnales,num.119.Instit.de actio.ab Alex. in l.fin.nu.15.ff.de eo, per quem fact.erit. Quod autem in d.l.pen. nullo modo probari possit communis allegatio & intellectus gl.ibi,patet,quia licet ex tali denuntiatione induceretur mala fides,& verè ostenderetur possidenti,rem esse denunciantis,non ob id impeditur cōtinuatio vsucapionis, secundū reg. iuris ciuilis,vt l. ij.in fi.eod.tit.& in l.vnica,C.de vsucap.transfor.Vt enim colligi posset cōis allegatio, oportebat iuris ciuilis axioma esse,malā fidem superuenientē interrumpere præscriptionem: cum aūt contrariū iure decisum sit,necessario sequitur quod dicimus,I.C.ibi nihil curare de bona vel mala fide: nec euidentē malam fidē ibi possidenti nocere.Ex quo cessat ad eā l.ineptus labor.Dec. in d.l.velle nō cre

ti

tur,nu.3.verſ.ſed reſponderi.ff.de reg.iur.hæc quo ad d.l.
16 pe.Quo verò ad d.l.ſi fundũ,credo cõtra gl.Bart.& oẽs verius dicendũ,ex denuntiatione ante emptionẽ,non induci malã fidẽ,quæ impediat vſucapionẽ,nec de iure ciuili nec pontificio:& conſequenter in noſtra materia denuntiatio filij minus impediet longiſsimam præſcriptionem habentis cauſam à patre: & puto contrarium incautè à noſtris ſcriptũ, deceptis per d.l. quam abſq; alio fundamẽto adducũt. Moueor.j.ad noſtrã ſpeciem.quia in ea datur ſola præſcriptio longiſsima (vt conſtat ex text.)quę perficitur iure ciuili etiã cum mala fide:& ſecundũ plures perficitur cũ iuris errore de iure canonico,vt ſuprà deduxi.Cũ ergo iuris error non impediat hanc præſcriptionem in eo qui ſcit rẽ eſſe filij,minus impediet denũciatio ipſius filij:quæ conſequentia à maiori neceſſaria eſt, ſi maturè attendas. Facit ij. cõtra cõem ratio.& reg.iur.ex l.ſi quis inficiatus, ff.depoſ. quod is cui denuntiatur aliquid,non tenetur credere denuntianti,niſi manifeſtè oſtẽdat vera eſſe quæ dicit:notat Bart.ibi,& in l.quod re,n.15.ff.ſi cer.pet.Dec.& Cagno.in l.qui in alterius, ff.de reg iur.Boer.deciſ.cliiii. & ita in propoſito benè aduertit Fel.immemor cõis opin. in d.c.ij.nu.6.de præſcrip.Nihil enim valet quod reſpõdet Bal. in d.l.ſi fundum.iii.opp. ſicut nec alia quæ reſpondet alijs obiectioni, ex l.ſi maior.C.de reſcind.vend.vbi talis denuntiatio etiã ante emptionẽ, non tollit bonam fidem. Nec eſt ratio differẽtiæ an denunciatio fiat à domino, an ab alio,quoad credulitatẽ eius cui denunciatur. Facit iij. quod videmus iure noſtro improbari credulitatem. l.j.& ibi latè Iaſ.ff.de eo per quẽ fac.erit,Quod fortius militat quãdo denuntians ſe dominum dicit: minus enim ei credendum eſt, cum loquitur ad ſuam vtilitatem l. exemlpo. C.de probatio. Vrget quarta fortiſſimè quod alibi tradũt ſcribent.immemores huius cõis opinio, non induci malã fidem,nec impediri præſcriptionẽ,ſi quis emat à poſſidente rẽ ut ſuam: licet fama publica & generalis ſit eam rem eſſe alterius:ita enim Bald.in dicto c.vigilanti, num.5.de præſcrip.& cum eo Fely.in c.ſi diligenti,nu.5.eod.titu.& Affiict.deciſ.clxxviii.nume.11.Faciuntque nimis fundamenta,

menta, quæ Bald. ibi bene adducit. Ad ſenſum autem con-
ſtat quod plus deberet obſtare fama publica generalis,
quàm particularis vox loquentis ad proprium commodũ,
& conſequenter titulus uel cauſa excuſans ementem cõ-
tra famam generalem, magis excuſare debet emẽtem cõ-
tra leuem denuntiationẽ particularis perſonæ: quod iuua
17 tur ex Bart. in l. Celſus, num. 18. ff. de uſucap. Non dubito
pluribus placituram hanc ſententiam, cuius fundamenta
iuridica ſunt: ſed difficultas eſt in reſpõdendo ad d. l. ſi fun
dum, qua ſcribent. mouentur: ſed cum ratio naturalis &
plures iuris rationes ſtent pro hac parte contra commu-
nem, cogitaui eam l. aliter intelligi poſſe, quod ubi vltra
admonitionem aliud cõcurrebat, quo emptor conſtitutus
fuit in mala fide, idq́ue non omnino uiolat verba tex. ibi,
per denuntiationem admonentibus: iũctis uerbis inferioribus
ibi, *non rectè*: ut ſic inferiora verba nõ inducant conſequen
tiam malefidei ex ſolis præcedentibus, ſed potius *in facto*
aliquid addant, quod magis colligi poteſt ex *alijs verbis*
tex. ad fin. Vel melius intelligatur ibi non poni regu. gene
ralẽ contra ementes admonitos, nec ullo modo ea l. ex ta
li admonitione cenſeat inductam malam fidem quæ uſu-
capionem impedire poſſit: nec de hoc reſpondet ibi Im-
perator, licèt omnes ſcribent. inaduertenter contrarium
colligant: imò ſi ibi fuiſſet quæſtio poſt completam uſuca
pionẽ, ex præcedentibus rationibus & iuris regu. uero ſi-
militer reſponderet Impera. talem admonitionem non no
cere: ibi autem rei dñs ut diligens fuit in admonendo, ita
& in agẽdo antequam tempus præſcribẽdi compleretur.
Nec obſtat ſi inſtet aliquis quod ibi poſſeſſor condemna-
tur ex mala fide ad reſtituendos fructus, & ſic uidetur in-
ducta uera mala fides: quia facilius excuſatur reſtitutio
fructuum quàm admittatur uſucapio, ſecundum omnes,
per gl. l. ii. C. ſi quis ignor. rem min. & ſi l. §. ſcire. ff. de pe-
tit. hæred. iuncta. l. nunquã. ff. de uſucap. Reſpondeo enim
ex ſupra dictis, quod in d. l. ſi fundũ, non aperitur ex ſola
denuntiatione inductam fuiſſe malam fidem & condemna
tionem fructuum: idq́ue magis congruit verbis. l. vbi poſt
caſum denuntiatiationis, additur alius in verſi. *vel alio r*

do: deinde quo ad fructus additur cōditio, ibi. *quos mala fide percepisse probatum fuerit*: quasi non sufficiat denuntiatio, aliàs incōgruè staret cōditio probandi malā fidem. Quælibet etiam responsio potius admittenda est, ne iuris regu
18 læ offendantur. Notandum autem est ex originali huius Authen. prius dici, alienationem aduentitiorum à patre factam nullam esse, adiecta clausula quam nostri appelāt decreti irritātis, ibi *erit nec gestum, nec scriptum quod factum est*: quibus verbis non obstantibus admittitur præscriptio hæc longissimi temporis. Ex quo posset confirmari quod plures tradunt in varijs locis, exclusa præscriptione, non remoueri longissimam. xxx. vel xl. anno. vt per Chas. in locis statim citandis, per Boer. decisio. xlii. numero 35.
19 & 38. In specie autem ex hac consideratione posset comprobari opi. gl. in c. j. §. præterea de capit. Corra. ubi cum in feudalibus tex. dicat nullam præscriptionē obstare: gl. intelligit de ordinaria, non de longissima, quam non obstantibus illis uerbis admitit: & ita intelligit similem tex. in c. j. §. j. ibi, *nullius temporis præscriptione*. de prohib. feud. aliena. per Feder. Qua in re mirè uariant scribent. ut per Balb. quem vide in tracta. de præscription. iiii. par. quæstio xii. ubi de hoc agit per octo quæst. & latè Molin. in consuetu. Paris. §. vii. fol. cviii. Nimis autem in eo articulo feudali uariasse Doct. patet, quia Matth. Afflic. in d. c. de capi. Corra. nu. 29. dicit gl. communiter reprobari. Ias. vero in l. j. nu. 43. C. de seru fugit. dicit eam glos. notab. & communiter approbari, & ita Chassan. in consuet. Burg. Rubr. iii. §. j. num. 16. fol. 100. & rub. iiii. §. xviii. ad fin. nu. 2. fol. 186. Sed contra gl est Soci. (malè à Chas. citatus) cons. lxxxvi. nume. 8. lib. j. circa quam gloss. variauit Soci. Nepos, qui eam probat cōs. cxv. nu. 34. li. ii. quā reprobat consi. lxxxvi. nu. 19. lib. j. qua in re sæpe à nostris citatur tex. in c. j. §. si quis per xxx. titu. si de feu. fuer. controu. int. dom. & agna, sed text. ibi magis agit de præsumptione quàm de præscriptione: nec loquitur ubi feudum alienatur cōtra prohibitionem, & tandem habet quod possessio & vniformis recognitio per. xx. annos sufficiat pro inuestitura uel titulo: vt aliàs per glos. & Doct. in l. ii. C. de iur. emphy. Sed

hæc

20 hæc maiori examine indigebant. Ego autem puto Impera. prudenter declarasse, hoc casu admitti præscriptioné longissimam: cum enim in l. præced. magisque in origi. Authen. alienatio in hac specie omninò irrita dicatur, & præscriptio indistinctè excludatur, tutius erat intelligere, etiam longissimam præscriptionem excludi, ut uerbis legis seruiamus: iuxta in l. j. §. si is qui naué. ff. de exercitio actio. & regu. l. j. §. & generaliter. ff. de lega. prestan. Idque maximè iuuatur attento quod Iustinia. in dicta Authen. loquitur post leges illas quæ præscriptionem longissimá introduxerunt iam sibi notissimas: quibus non obstantibus reijciendo omnem præscriptionem, sentire uideretur etiam de longissima. Idq; iuuatur ex multornm traditione, qua habetur ubi remouetur omnis præscriptio, nullá admitti nisi centenariam: ut per Felyn. in rubr. de præscriptio. ad fin. Afflict. lib. iii. constitut. rubr. xxxi. numero 18. Capi. decis. iiii. numer. 20. faciunt plures casus quibus omnis præscriptio etiam longissima remouetur, per Chassan. in dicto libr. rub. xiii. §. viii. latius per Balb. in j. part.
21 vi. par. in princ. De effectu tamen longissimę pręscriptionis, qua omnis actio tollitur, notanda sunt verba tex. in d. l. sicut, & d. l. omnes: quibus etiam iudicis officium tollitur. secundum gloss. dicta l. sicut, verb. *persecutione*: quam extollit Bald. ibi: & in l. ii. numero 8. C. de execut. re. iudic. Ias. in §. rursus, numero 12. Institut. de actio. latius Balb. de præscript. iiii. par. iiii. par. quæst. xxx. Quod in iure adeundi & immiscendi & petendi legitimam, & in iure dicendi nullum, & in multis alijs, plenè & vtiliter ac ornatum earum legum, tradit Tiraq. de retract. lig. na. §. xxxvi. gloss. ii. ex nu. 37. cui in reductione ad arbitrium adde Affli. decis. cxxxiii. & in decreto Afflic. decis. cccxlv. & in sententia eandem decis. clxxviii. numer. 5. & Rebuf. iii. tom. pag. cccvii. nu. 5. & aliqua per Boer. decis. cccxxix.
22 Ex decisione huius tex. & ex suprà dictis infertur tutius procedere quod tradit Paul. in l. fi. §. sed quia, col. j. & col. iiii. C. commu. de lega. ut in re subiecta restitutioni alienatiq; prohibita, nõ excludatur pręscriptio longissimi temporis: tex. enim ibi non generaliter nec indistinctè om-

nem præscriptionem excludit, sed longi temporis tãtum: & ita Ias. ibi, & in cons. lvii. col. pen. lib. j. & est recepta opinio. secundum Corn. cons. cxvij. lib. j. & cons. ccxciiii. ad fi. libri iii. Balb. de præscript. v. par. v. par. q. iiii. nu. 4. vers. sed Paulus, Anto. Gomet. l. Tauri. xl. nu. 90. Gratus cons. xxj. nu. 36. lib. ii. Rip. in d. §. diui, nu. 113. Crot. nu. 140. Loaz. nu. 191. Alcia. nu. 47. Cor. cons. xxxviii. nu. 10. lib. j. & glo. consue. cathalo. pag. ccxl. col. ij. Ex qua resolutione saluatur, & in præscriptione longissima, receptior manet opin. Bart. in d. §. diui, col. fi. nu. 22. vt in materia text. ibi, in bonis familiæ relictis, alienariq; prohibitis, nõ tollatur præscriptio longissimi temporis: licet nimis id inuoluant ordinarij & repetentes ibi. Alex. nu. 28. Ias. j. lectu. nu. 114. & in ij. lect. nu. & alii vbi suprà. Et ita vitabitur quod contra Bart. in d. loco, notat Imol. in l. vbi lex, ff. de vsucap. In-
23 de vtiliter infertur ad quæstio. an in bonis maioratus, vt vocãt, vel similibus perpetuò familiæ relictis, secuta alienatione, detur præscriptio: in qua d. Hispan. in d. l. Tauri. xl. nu. 90. cum Pau. vbi sup. resoluit nõ procedere præscriptionem ordinariam, admitti tamen longissimam. Quod vltra eum satis colligitur ex Corn. Ias. Rip. & nouioribus suprà, nu. præced. & ita resoluit Soci. cons. xlvii. nu. 16. lib. iij. cum solo Bart. in d. §. diui: & cum Socino Tiraq. de primog. q. xxx. Qua in re cauendum est à multis, qui in hac q. confundunt ius primogenituræ & proximitatis, cum inspectione rerum vel bonorũ: cùm inter hęc longa sit differentia, vt colligitur ex Tiraq. d. q. ad fi. & melius aduertit Molin. in consuetu. Paris. §. viii. glo. iii. q. v. nu. 29. ad fi. confirmaturq; ex doctrina Bart. in l. is potest, col. ii. nu. 8. ff. de acquir. hęred. Et ex his quę dixi suprà in ij. part. Ru-
24 bric. fol. 26. Sed hoc magis infrà declarabitur. In quibus aduerto non posse non esse maximam difficultatem & varietatem, vt est apud scriben. omnes, qui vix se explicant, dum genericè tractant, an prohibita alienari, possint vsucapi vel pręscribi? quę generica tractatio semper periculosa est in iure, potiusq; descendendum est ad particularia, & in singulis rationẽ inuestigare, quę aliquando euincet, vt prohibita alienatione impediatur vsucapio, prout

vbi datur fraus vel mala fides, maximè attento iure canonico: vel durante minore ætate alienantis contra prohibitionem iuris: vt in l.iij.C.quibus non obiicia. long. tép. præscript. & in l.j.C.si quis ignor. rem min.cum traditis à glo.in l.j.C.si aduers.vsucap. Aliquando autem ratio prohibendæ alienationis, non compræhendit alienationem legalem ex vsucapione vel præscriptione, sed tantùm ex donatione vel alio contractu, vt statim multis ostendam.

¶ Aliquando prohibitio alienationis irritat titulum, vt tollatur præscriptio ordinaria, non longissima, pro vt in nostro tex. & in casu.d.l.fi.§.sed quia.C.commu. de leg. cum supra adductis. Et hæc resolutio addenda est iis quæ bene tradit Bal.in l.prima, nume.19.C.de serui.fugiti. Salyc.in l.fi.ad fin.C.in quib.caus.in integr.restit.non est neces. Panorm.in c.cum non liceat, nume.7.de præscrip. Balb.in d. tract.v.part.q.iiij. Ex quibus inferri posset in specie ad q. in qua Doctor.variant, an impediatur vsucap.rei ecclesiasticæ alienatæ sine solennitate, contra iuris prohibitionem per Felyn.in c.de quarta, nume.35. de præscrip. Nec tutu est quod in ea q.quasi receptum tradit Aymon Crauet.de antiq.iiij.par.num.164.vbi scribit non impediri tunc præscriptionem, sufficereq; iuris errorem: sed contrarium tenent plures vt per D.Couarru.in capitulo, possessor, secũda part.§.vij.& Balb.in l.Celsus j.par.nu.15.in quo articulo non est omittendus tex.in l.ij.§.si à pupil.ff.de vsuc.pro

25 empt. In eadem q. genericè tractata, mihi verior videtur opi.Bar.in d.§.diui, nu.22.contra gl.in multis locis, & contra quàmplures citandos infr.nu. 29. vt prohibita alienatione, regulariter non prohibeatur vsucapio vel præscriptio, ex his quę Bar.ibi adducit licet sibi contrarius fuerit in l.vbi lex.ff.de vsucap.moueorque j. quia uidemus rem litigiosam alienari non posse.l.j.cum sequen.C.de litigio. eandem tamen posse vsucapi, vt in l.j.C.de præscrip.long. temp.& ibi Pau.ad fi.agnoscit gl. in l. alienationis verbũ: & in hanc partem hoc cum aliis argumentis expendit Tiraq.de primoge.quæstio.xxx.nume.3. Facit ij.pro hac opi. text.in l.iij.ff.de diuers.& tempor.præscriptio. vbi aliqua prohibita alienari, vsucapiuntur longo tempore: cui l.non

satisfa-

ſatisfacit Imo.in d.l.vbi lex, Fulcitur iij.quod videmus Iuſtinianum in multis, quibus ante eum erat prohibita alienatio, nouè introducere, ne longi temporis præſcriptio locum habeat: vt in d.l.fin.§.ſed quia.C.commun.de lega.& in l.fi.C.in quib.cauſ.in integ.reſti.quaſi manifeſtè doceat prohibitionẽ alienationis ſolam nõ impedire præſcriptionem: neceſſumque fuiſſe id nouè addi. Iuuatur iiij. quia vſucapio & ſi aliquando cenſeatur ſpecies alienationis, à lege tamen introducitur, & neceſſitatem iuris habet: vt in l.j.& iij.ff.de vſucap.Ideoq; neceſſaria appellari debet, & cõſequenter non tollitur, licet generaliter alienatio prohibeatur: iuxta tex.& Albe.in l.alienationes.decimotertio.ff.famil.erciſcund.l.j.ff.de fund. dotal. cum iis quæ tradit Affict.in capit.primo notabi.xiij.de prohib.feud.alie.per Federic.ex numero 73. & latè Tiraq. de retract.lib.primo §.primo gl.xiiij.ex nume.8.& Aymon.conſil.cxv.Iaſ.cõſil. xliiij.libro primo, & notabiliter Hiſpan.Auendan.reſpon. xiij. Probatur quinto, quia res minorum concurrente bona fide, tituloque cum errore facti, vſucapi poſſunt, ſaltim poſt quàm ceſſat minor ætas, vt in dic.l.j. C. ſi quis igno. rem minor.& in d.l.iij.C.quib.non obiic. long.temp.facit tex.& Paul.in d.l.ſecunda, §.ſi à pupillo.ff.pro emp.In ſpe-

26 cie autem ex his infero ad bona ſubiecta reſtitutioni, ut ¶ non ſolum hodie in eis admittatur præſcriptio lõgiſſima, ſecundum Pau.& alios ſupra citatos: Sed noue contra omnes dicendum ſit, quòd ante Iuſtinia.in d.l.fin.§.ſed quia C.commu.de lega. concurrẽte titulo bona fide neceſſariò procederet ordinaria vſucapio vel præſcriptio: quod ſatis colligitur ex multis legibus.ff.de vſucap.& de uſucap. pro empt.cùm Iureconſulti regulariter ex uenditione rei alienæ, vel ad alium pertinentis, cum bona fide emptoris vſucapionem admittebant: idq; ſuadetur ex regu.l. Claudius lege Clauibus.ff.de contrahen. empt. Maximè cùm ante ius nouiſſimum mala fides alienantis nõ nocebat empto-

¶ ri, vt notiſſimum eſt, & ſupra diximus. Et in terminis pro hac ſententia uidetur ſtare text. (cuius non uideo meminiſſe vllum ex ſcriben.in tot locis ſup.citatis) in l.Sticho. xxxvj.ff.de vſufr.lega.vbi in fortioribus terminis hæres le

gatarij bona fide possidens, vsucapit rem quæ ex præcepto testatoris mortuo legatario, alteri restituenda erat:& sic pro Bart. in dicto §. diui, nu. 22. qui tamen secundum ea quæ allegat, non percepit esse in hoc agnoscendam diffe-
27 rentiam inter Iustinianum & Iureconsultos. Quibus retentis, non obstant iura quæ contra Barto. adducuntur à multis in d. §. diui: Imo. in d. l. ubi lex, & alibi sæpe. Inter quę citatur. l. ii. C. de usuc. pro empto. quā ibi in contrariū generaliter summat Paul. post alios: nā ad eam l. nō malè respondet Bar. & aliter intelligitur, ut per Ias. in d. §. diui, nu. 21. & Rip. nu. 35. & ibi nouiores:& Affli. deci. cccxxxi. ad fin. potestque ea l. intelligi. secundum alia iura suprà adducta de præscriptione in rebus minorū: vt non obscurè ibi glo. in vltimo scholio ibi, *item quia pupilli*: prorsusque reijcendum est quod ex ea l. malè notabat Bald. in cap. si diligenti, nume. 8. de præscrip. colligens ex prohibitione testatoris, omnem emptorem costitui in mala fide: quod naturali rationi, & iuris regulis aduersatur. Emptor enim ignorans talem prohibitionem. testatoris, verè est in bona fide: ut patet ex. d. l. Sticho. ff. de usufru. lega. & ex reg. l. quod vulgo. ff. pro empt. solaq; prohibitio testatoris nō potuit impedire effectum legis: ex regu. l. nemo potest. ff.
28 de legatis primo, ut bene aduertit AEmil. Ferret. in dicto §. diui, nume. 127. Minus obstat tex. qui ubiq; malè citatur, in l. vbi lex. ff. de usucap. ubi gl. Bart. & alij malè colligunt consequentiam, ut prohibita alienatione impediatur usucapio: & ita sæpe scribe. ut per Corn. cōsi. ccxciii. nu. 9. lib. iii. Alc. in l. alienationis uerbum: & ibi nouissimus Brech. ff. de verb. sig. in quo errore sunt & alij, ut colliges ex allegatione Tiraq. de retract. lib. j. §. j. glo. ix nu. 247. & cum his Anto. Gome. d. l. xl. un. 90. in prin. glo. ad consue. cathalo. pag. ccxl. col. ii. quam allegationem erroneam esse patebit ex litera dicta. l. cuius sunt verba, *vbi lex inhibet vsucapionem, bona fides possidenti nihil prodest.* Vides igitur ibi non probari consequentiam, ex prohibitione alienationis impedi vsucapionem, sed tantum dispo ni, ubi lex inhibet usucapionem, intelligendum esse usucapere nō posse etiā possessorē bonæ fidei: ut in multis in

qui-

quibus possessio cum titulo & bona fide & omnibus requisitis, nō prodest ad usucapiendum: per Balb. j. par. sexta parte. Chas. in consuetu. rub. xiii. §. octauo, folio 375. quasi dicat. I.C. quòd cùm possessor malæ fidei non usucapiat, ex regulis iuris notissima: ineptum esset putare, legē aliquo casu ex professo inhibentem usucapionem, referendam fore ad eam quæ sine tali prohibitione procedre nō posset. Et ita cauendum est à vulgari allegatione illius. l.
29 quam melius citat gl. in l. si fundum. ff. de fund. dota. Nec obstat tex. qui deterius intelligitur & allegatur in l. alienationis uerbum. xxviii. ff. de verborū significatione, quā semper notauit gloss. ad erroneam illam consequentiam sup. confutatam: ut patet ex glo. in d. l. ubi lex: & in l. fi. C. ex quib. cau. in integ. resti. gl. in l. iii. C. quib. non obijci. long. temp. præscrip. gl. in l. j. C. si quis ign. rem min. Alex. & oēs in d. §. diui: Pan. in d. c. cū nu. 7. Dec. cōsi. ccccxlv. nu. 28. Affli. deci. xiii. nu. 5. plures per Tiraq. de retract. lign. §. j. gl. ix. nu. 246. & seq. & ferè nemo est ex ijs qui hucusq; in ius scripserunt qui eam l. ita nō citet, ut prohibita alienationem, prohibeatur usuc. quasi species alienationis, q tn̄ uerum non est, vt constat ex iuribus & rationibus sup.
¶ adductis. Nec ea l. intelligi debet negatiuè, ut negata alienatione tollatur usucapio. Verus igitur sensus illius. l. est iuxta tenorem literæ, vt negligentes & patiens cōtra se perfici usucapionem, dicatur quodammodo alienare & consentire in amittenda re sua, idq; non semper, ut cōstat ex uerbis illius. l. ibi, *vix enim est vt non videatur alienare, qui patitur vsucapi*, quod ibi dicitur conttra negligentes: ut etiam inquit tex. ubi not. Ange. in Authen. de tempo. nō solut. pecu. in princi. colla. vii. *si tacere elegerit palam est noluisse*: facit tex. in l. si ea quæ. C. qui accus. non poss. & in l. j. §. quibus, & §. sequen. ff. de successor. edic. ibi, *noluerit, vel diebus statutis*, & ibi, *tempore vel repudiatione*: Ita enim iustificat lex pœnam, qua afficit negligentes: faciunt quæ tradit Afflict. decisi. xiii. Tiraq. de retra. conuen. §. primo,
30 glo. ii. nu. 49. Patet igitur in d. l. alienationis, nullo modo probari prohibita alienatione, prohiberi præscriptionē, sed tantum exaggerari negligentiam patientis usucapionem:

nem : Nam & talis negligens non consentit in amittenda re sua, idque negari non potest in ignorante, vt constat ad sensum, & regu.l.si per erroré.ff.de iuris.om.iu.not.Alex. in §.diui.nu.28.Aemil.Ferre.in l.iij.nu.6.ff.de vsuc.sed ét sciens & negligens verè non consentit, nec effectus præscriptionis ex consensu ipsius inducitur, sed magis à lege iustis de causis : ideoq; cum consensum fictum appellat gl. in l.ij.in fi.C.quæ sit long.consue.Alb.in l.si pupillus.ff.de administra.tuto.Areti.in l.Clodius,col.ij.in fin.ff. de acq. hæred.Et ideò Docto. parum in hoc sibi constantes, alibi sæpe tradunt, eum contra quem præscribitur, nullo modo consentire, cum glo.in l.j.§.fi.gl.fi.ff.de dolo:quam extollit Bald.in c.ad audientiam, nu.3.de præscript. & in l.cum quis, nume.10.C.de iur.& fac.ignor. dicit singul. Iacob.à S.Georg.in l.vnica,in fi.C.si commu.eademque cau.& plures per Tiraq.de retract.lignag.§.j.gloss.ix. numero 250.

¶ Sed & in negligente adiecit I.C. temperamentum in illis verbis, *vix*, &, *videatur*: vt significet non esse verum consensum nec semper in negligentia fundari vsucapionem: quia ea etiam contra ignorantem perficitur, vt in l. fina. C. de præscri.long.temp.& ita sentit Bal.hic:tradit Balb.de præscrip.j.par.q.v.num.3.& 5.vult Bar.in l.si ab hostibus. §.fi. col.vj.nume.11.ff.ex quib.caus.maio.dum hanc.l. citat:&
31 Ias.in §.rursus.nume.22.Institu. de action. Nec in ea re probabilis est resolutio quam tradit Bald. in l. j. C. de in integr. restitut. vbi inquit, quòd in admittendo iure non quæsito, præsumatur consensus eius contra quem vsucapitur, non autem in iure quæsito:& ita Pau.Alex. & Areti. ibi:vt ita intelligantur iura sup.citata, maximè.d.l.alienationis & ita Alex.ad Bart. in l.bonorum.ff.rem rat.habe. addit Dyn.in regu.ratihabitionem.Sed hi patres inaduertenter id scripserunt, quia licet potentius sit ius quæsitú,
¶ quam quærendum:illa tamen l.& alia iura, apertè loquũtur de iure quæsito, & de re propria amittenda ex vsucapione.Ex quibus prorsus reijcienda sunt aliqua in proposito tradita à Ioan.Haniba.in Rubr.ff.de vsucap.num.37.
32 & 39.& sequen.Quæ interpretatio ad l.alienationis, confirmatur simili exaggeratione tex.in l.Imperatores. 34.ff. de

de iure fiſ. ibi, *tu te huic pœnæ ſubdidiſti*: quæ uerba male à multis percipiuntur, quaſi I.C. ibi ſignificet pœnam imponi ex conſenſu delinquentis: quod falſum eſt, vt patet ad ſenſum, ſentit Bar. in l.j. num. 11. ff. de condic. ex leg. notat Pau. & Iaſ. in l. ſi tibi decem. §. quædam. ff. de pact. Bald. in Authen. ad hæc col. iiij. nu. 9. C. de vſur. & tanquam receptum id tradit Hiſpan. Pala. in repet. Rub. §. lxvj. nu. 24. & Balb. de præſcrip. j. par. q. vij. & pract. Cancel. pag. mihi. 88 & latè tractat Fort. in l. legitima. ff. de pac. Gome. in §. omnium, Inſtitu. ne actio. Richer. in Rubr. ff. de uerbo. oblig. ¶ nu. 118. Vides igitur ibi allegari conſenſum delinquentis ad iuſtificationem pœnæ legalis: vt etiam notat Aldobrã. in §. ius autem, nu. 22. Inſtit. de iur. natur. non autem quod delinquens uerè conſentiat pœnæ legali: vult enim delinquere, ſed non pœnam pati, vt not. Paul. in l. quam Tuberonis. §. fin. ff. de pecul. & ita intelligi debet tex. in l. fin. C. ad le. Iul. maieſt. ibi *quodammodo ſua mente punitur*: ita etiã intelligi debet glo. quæ à multis non benè citatur, in l. j. §. beſtias, verb. *onerari*, ff. de poſtul. Vt merito damnanda ſit traditio eorum qui ex uerbis d. l. Imperatores, & d. gloſſ. ineptè ſcribunt contra ſupr. dicta, & contra communem ¶ ſenſum, delinquentem conſentire pœnæ legali. Vnde cauendum eſt à Fabr. in §. furioſorum, Inſti. de oblig. quæ ex delic. naſ. ab Aret. in §. ius autem. num. 7. Inſtit. de iur. natura. à Floria. in l. inde Neratius. §. fi. ff. ad le. Aquil. à Bar. in Authen. de non alien. aut permut. §. quia uero. ij. à Iaſ. in l. j. §. ſublata, in vtraq; lectu. ff. ad Treb. ab Alciat. regul. iij. præſum. xxxiij. nu. 4. contra quos poteſt etiam induci. l. j. ff. de bo. eor. qui ant. ſenten. ſed clarius. l. iiij. in prin. ff. de act. & obl. vbi ex maleficio, non ex conſenſu reſultat obligatio pœnalis, magna quidem ratione, ut inquit tex. in l. ſi à reo §. illud quod vulgo. ff. de fideiuſſo. facit tex. in l. bona fides. ff. depoſ. *nam male meritus*: & ibi notat Pau. vt ſic ratio naturalis & utilitas publica pœnam inducant contra uoluntariè delinquentem, pœnæ autem nullatenus conſentientem: & ita ſanius intelligetur Bar. in l. ex hoc iure, nu.
33 15. ff. de iuſt. & iur. Dũ tex. hic exigit præſcriptioné lõgiſſimam, nec breuiorem admittit contra filium, cuius aduẽ

titia pater alienauit, intelligitur in rebus in quibus pater habet vſumfructum: quia tũc militat ratio excuſans filiũ, quia agere non poteſt: cum uero pater vſumfructum non habet, ceſſat ea ratio, ſecundũ cõem traditionem in §.neceſſitate.l.fi.tit.ſeq.vbi latè, Deo dãte, tractabimus. In his igitur in quibus patri vſusfructus negatur, admittitur cõtra filium ordinaria vſucapio, ſeu præſcriptio: & ita notat Bal hic, ante nu.1.& idem ſentit aperte idẽ Bal.in l.j.nu.21.oppo.xxj.C.qui.admi.quo non relato, idẽ tradit Balb. de præſcrip.j.par.vj.nu.15. in prin.cũ Bart.qui hoc probat in l.iii.§.vſuras.ff. de contra. iudi. tit. & ita Pariſ.in c.extranſmiſſa.nu.17.de præſcrip.& hæc opin.videtur ſatis iuuari ex tex.hic, dũ continuatur ad l.præce.in qua ſolũ agitur de rebus, in quibus pater habet vſumfructum & conſequenter in alijs obſeruanda erit reg.iuris admittens or-
34 dinariam præſcriptionem. Poſſet etiam ultra omnes tentari alia limitatio ad hũc textum vt ordinaria præſcriptio ſufficiat contra filiũ, poſtquã exierit à poteſtate patris, cũ tex.hic exigat preſcriptionem longiſſimi temporis, numerãdum à tempore quo ſui iuris factus eſt. ¶ Quæ limitatio applicari poſſe uidetur, quando is qui à patre cauſam habet, in aliũm alienauerit, in quo concurrant neceſſaria ad vſucapiendum. Verba enim huius tex. ſolum reſpiciũt eũ qui à patre alienante immediate cauſam habet: unde non uidentur trahi poſſe ad ſpeciem hanc, non ſolum quia diuerſitatem facti, ſed quia diuerſam rationem continet: quod patet, quia pater alienans rem filij, doloſe id facere cenſetur, vnde titulus & poſſeſſio habentis cauſam ab eo, aliqualiter uitio afficitur: & hoc iure nouiſſimo mala fides vẽditoris nocet emptori, vt nõ poſſit preſcribere niſi longiſſimo tẽpore.d.Auth.malæ fidei.C.de præſcription. long.temp. At bona fide emens ab eo qui etiam bona fide emit à patre, facilius vſucapere debet, cum in eo ceſſet diſpoſitio. d. Auth. male fidei. Cuius reg. ita limitatur à Pau.ibi, nu.3.limit.iiii.quẽ ſequũtur Aret.& alij ſupra lati, nu.8.notat Bar.in l.Põponius, §.j.nu.2.ff.de acqui.poſſ. ibi, *itẽ loquitur de primo emptore qui emit à malæfidei poſſeſſore*.& eſt recepta declaratio ſecundũ Balb.de preſcr.ii.par.

iii.par.

iii.par.q.xii.nu.7.limi.iii. Quod etiam confirmatur ex eo quod alibi tradunt Doc. circa bona subiecta restitutioni, in quibus uidimus sup.nu.22. Iustinianum excludere ordinariam seu longam præscriptionem, & scribentes solã longissimã admittere: & ita Paris.in c.cum non liceat.nu. 18.de præscrip.Grat.consi.xxj.nu.36.lib.ii.sed hoc intelli gunt in emptore & alio habente causam immediatè ab hærede:tertius enim habens causam ab alio etiam haben tem rem ab hærede,ordinarie vsucapiet:ut not. Bald.in l. ii.in princ.C.de vsucap.pro empt. clarius tradit Pau. in l. fi.§.sed quia,col.iii.vers.aduerte.C.commu. de lega. quẽ sequitur Ias.ibi,& alij quos refert & sequiturBalb.de pręscrip.v.par.v.par.q.v.Eandẽ opin.probat Paris.cõsi.lxxxj. n.44.lib.ii.Crot.in rep.§.diui,n.143.alij ibidẽ,& Rip.nu. 15.col.pe.licet cõtradicat Hispa.Anto.Gome. l.xl.Taur. nu.90.per tex. (qui parum vrget)in l.si fundũ, ff. de fund. dota.& pro hac cõi declaratione vrget tex.in l.iii.C.quod me.cau.ibi,*si modo qui secundo loco cõparauit, lõga possessionis præscriptione monitus nõ fuerit*:iuncto principio ibi, *si vi uel metu*: & ibi,*emptor eum alij uendidit*,ubi tamen gl.& Docto. id inuoluũt:tradit aptè Tiraq.de retract.ligna.§.j.gl.x.nu. 14.Sic alibi uidemus restitutionẽ,actionemque facilè dari minori læso,cõtra eũ qui eo cõtraxit, non ita aduersus tertiũ habentẽ cau.ab eo cui minor vẽdiderat,tex.in l.pla nè.xv.cũ præce. ff.de minor.tradit Alex. consi. lxvii.li.v. extollit Hispa.Xuar.allega.xxj.ad fi.explicat Couarru.li. j.resolu.c.vj.nu. 7. Ex quibus satis fundari uidetur noua hæc limitatio,sed liberũ cuique sit fauore filiorũ ab ea re

36 cedere.Habet tex.hic,præscribentẽ consequi dominiũ,vt patet ex illis uerbis:*quo possessor dominus fit:* uariarunt anti qui & nouiores. Marti. (cuius opiniones sæpius reijciuntur)tenuit indistinctè ex vsucapione uel præscriptione ac quiri dominium directũ:sed antiquiores crebrius contradixerant ut refert gl hic,& in alijs lo.& licèt hic aliquali ter inuoluat,alibi sæpè apertè distinguit inter vsucapionẽ mobilium.in qua fatetur acquiri dominium directum,& vsucapionem seu prescriptionem immobilium,ex qua inquit solum utile dominium acquiri, ut sic directum nõ au

feratur

feratur à primo domino, quam distinctionem probat glo. hic,& in l.traditionibus suprà de pact.& in princ.Instit.de vsucap. & ita Bar.hic, & alibi sæpè: & hæc est cōis opin. maximè Italorum, ut asserunt Ias.Dec.Cur.Alcia.in d.l. traditionibus: Fely.in rub.de præscrip.nu.3.& ibi latissimè Bero.ex num.15.Bal.de præscri.ii.par.ii. q.vbi repetit plenè scripta à Fely.ubi sup.& ibi tradit effectus huius inuestigationis. Verè enim parū referre uidetur directū an ¶ utile dominium præscribenti acquiratur,ut tradit Alc.in rub.de præscri.nu.30.Et satis colligi uidetur ex doctrina. I.C. in l. act.xlix. ff. de nego. gest. ibi. *nec refert an directa quis,an vtili agat*:& ibi, *cū vtraque actio eiusdem potestatis est eundēque effectū habet*:quā.l.ornat.Gerar.nota.xxxix. For-

37 cat.dialo.lxiii.Mātua.in enchirid.c.cclvj. Opinioné vero Mar.ut præscriptione acquiratur dominiū directū,frequētius probarunt Docto. Galli.maximè Pet.à bella pert. cuius opin.nō displicet Cyn.hic, eamq; sequitur Fulg.nu.5. eandemq; de iure ueriorē putat. Imol.in l.iii.ff.de vsuca. & Corn.hic,Faber.Stepha.& aliqui,in d.prin.Instit.de vsucap.& Curt.in d.l.traditionibus,n.14.& nu.18: Dec.nu. 9.idē Dec.in l.si col.j.& ii.C.de edic.diui Adri.toll.& eandē ueriorē dicebat Cuma.vt refert Anto.Nicel.concord. gl.lxxxiiii.& ita verè Cuma.in d.l.iii.ff.de vsuca.nu.1.vbi etiam addit modici esse effectus eam Doct.controuersiā: & hanc partē contra gl.& cōem,latè probat Ioan.Igne.in l.cōtractus, ex nu.117.& nu.132.ff.de regu.iur.& multis vrgentibusque fundamētis Aemil. Ferret.in d.l.iii.ex nu. 20.ff.de vsucap.& prolixè Ioa.Hanib.in rub.ff.de vsucap. ex nu. 82.& hanc opin.magis probat Alcia.in d.l.traditionibus:& in d.rubr. de præscrip.& in commenta. de quinque ped. præscrip. sed apertius eam probat in l. vt sunt. ccxxx.ff.de uerb.signifi. Coras.in miscella. & in lectu. de seruitu.Mota in d.l.traditionibus:Baro.in d.prin.Institut. Conra.de contrac.& hos iiii.extensius refert. D. Couarru. in ca. possessor.iii.par.in princip.nume.2. uersi. ceterum: ubi pro hac parte multipliciter cum iudicio arguit. Ex quibus hæc pars ratione superior,numero etiā autho-

38 rum non inferior uidetur.Mihi ucrissima videtur opinio Mar.

¶ Mart.contra glo.j.quia ratio & poteſtas.l.inducentis vſucap.manifeſte ſuadet præſcribentem.omnino fieri dominum nec aliud dominium manere penes eum contra quē præſcribitur:aliter enim maneret adhuc aliqua incertitudo & cauſa litium contra l. fi. ff.pro ſuo ii.contra gloſ. & Bar.& ſequaces urget,nam fundamenta quæ ab eis adducuntur vt ex præſcriptione immobiliũ non detur dominiũ directum neceſſario idē euinceret in uſucapione mobilium:in qua fatentur gl. Bar.& omnes dominiũ directum acquiri. Ergo idē dicendum eſt in præſcriptione immobilium.iii. pro hac parte vrget,nullam,l.adduci pro contraria,quæ præſcribenti tribuat vtile dominiũ, nec ea differentia vtilis & directi dominij ſatis tuta eſt.iiii. urgent multa iura quæ habet per uſucapionē mobilium & immobilium dominiũ acquiri.l.iii.ff. de vſucapio. l. acquiritur. x.§.non ſolum.ff.de acquir.rer.domi.quæ iura,& alia,ſimpliciter loquuntur de dominio quod ſecundum vulgares traditiones,directũ intelligitur per l.j.§.qui in perpetuũ. ff.ſi ager vecti.peta.v. ſtringit.d l.iii. quia apud Iureconſultos vſucapionis verbum mobilia & immobilia cōpræhendit,vt omnes fatentur, & melius nouiores cum Alcia. probatq; inſignis.D.& præceptor meus M. Azpil.Nauar. in ſuo excellentiſſimo. Manuali confeſ.c.xvii.nu. 85.& tamen d. l.effectũ dominij pariter tribuit vſucapioni in vtroque caſu:vt ſic reijcienda ſit inepta differentia gl.& ſequacium inter uſucapionē mobiliũ,& præſcriptionem immobilium.vj. idem fundamentum magis ſtringit in §.j. Inſti. de uſuca.ubi tex.inquit,pariter circa mobilia & immobilia vſucapione acquiri dominiũ. Ergo non minus directũ in una quàm in alia ſpecie,ne unum idemq; uerbũ ad duo pariter relatum,diuerſimode intelligatur,iuxta tex.& ibi Bar.in l.fi.C.de ſenté.ibi,*cum enim ſimul vtrumque uocabulũ:*& vulgarem reg.l.iam hoc iure.vbi Iaſ. ff.de uulga.vii. ſtringit etiã tex.d.§.ex uerb.*prioribus dominis*, quaſi dicat ꝙ poſt præſcriptionem non ſunt domini qui erant,ſed qui uſucapiunt. viii. facit. quia ubi lex noluit vſucapientem fieri dominũ, id expreſſit unico caſu in præſcribente longiſſimo tempore mala fide, cui tunc ſolam exceptionem,
non

non dominiũ nec ius agẽdi tribuit. l. ſi quis emptionis. §. j. C. de præſcrip. xxx. xl. an. ix. vrget quod iura dicunt ita acquiri dominiũ ex præſcriptione ſicut ex cõtractu. d. l. traditionibus: preſuppoſito quod proximè dixi uſucapionis verbũ ad mobilia & immobilia pariter referri: & hic cadit eadem inductio. §. j. Inſtitu. de vſucap. x. pro hac parte vrget quod iura habent, ita ſecurum fieri præſcribentem, ſicut habentẽ aliam cauſam nimis legitimã: & ita finiri dubia & ius primi domini ex uſucapione, ſicut ex iudicio vel contractu: vt colligitur ex l. ut ſunt. ccxx. ff. de verbo. ſigni. l. ſi pupillus. xlv. in fi. ff. de admi. tuto. Si aũt teneatur opin. gl. (quæ receptio cenſetur) ex limitationibus ad eam traditis, notabilis eſſet ea, quam ſcribit Bal. hic, ut procedat quando uſucapitur contra ignorantem: quòd ſi preſcribatur cõtra ſcientẽ, fatetur Bal. tunc acquiri dominium directum: idq; probat Fely. in d. rub. de preſcrip. nu. 4. ubi refert. Imo. dubitantẽ: & ita Iaſ. in d. l. traditionibus, nu. 15. extollit Balb. in d. ii. q. num. 5. Afflic. in c. j. in v. notab. ſi de feu. fue. contr. int. domi. & agna. lib. iii. feud. fol. 23. num. 4. quam declarationem dicit cõem Ferret. in d. l. iii. num. 24. ff. de vſucap. Sed mihi non placet, nec in hoc diſtinguo inter ſcientem uel ignorantem, ex his quæ verius ſup. diximus ad l. alienationis uerbum, & ex dic. l. traditionibus & alijs iuribus tradentibus effectum uſucapionis, quæ procedunt etiam contra ignorantem, per tex. apertũ in l. fi. C. de longi tempo. præſcrip. ut bene ſentit Imol. cui non bene reſpondet Pariſ. in rub. de præſcrip. nu. 14. & ibi Bero. nu. 35. adducentes effectum longè diuerſum circa reſtitutionem aduerſus præſcriptionẽ. Ex prædictis colligi potest, uſucapionẽ iure ciuili inductã fuiſſe, ut tradit Balb. j.
19 par. q. iiii. & fatetur ab omnibus receptum ineptè id impugnans Hannib. in rub. ff. de uſucap. nu. 16. quod probat ex l. iii. ff. eod. titu. ibi, *temporis lege definiti*: notat glo. in l. j. verb. ciuitatis. ff. de acqui. rer. domi. dum enumerat modos acquirendi iure ciuili: quã extollunt Doct. vt per Iaſ. in §. omnium, nume. 72. Inſtitu. de acti. & in l. ex hoc iure nu. 40. ff. de iuſti. & iur. notat Areti. in l. iii. col. fi. de teſt. Sed quamuis uſucapio à iure ciuili introducta fuerit, ...

deaturque rigorem continere, dum rei domino etiam i-gnoranti dominiũ aufert, iustissimis tñ de causis, & Reipu. utilissimis inducta fuit moribusq; gẽtium ubiq; recepta, & tandem à sacrosancto iure pontificio approbata: & de eius causis habetur per Anchar. in cap. possessor, post Io. Andre. de regu. iur. in vi. Fely. in d. rub. de præscriptio. nu. 11. & sequen. Alci. ibi, nu. 8. & in lib. de quinq; pedum præscrip. nu. 28. latè Balb. d. j. par. q. v. maximè. nu. 7. Ideoq; I. C. in l. j. ff. de usucap. dixit usucapionẽ introductã fuisse bono publico, ne rerũ dominia semper incerta essẽt de quibus uerbis amplè agit Alci. d. lib. de quinqq; ped. pręscrip. sed in effectu nõ plus dicit quã gl. & Pau. in d. l. j. Datur ẽt vtilitas publica, ut aliqualiter litibus finis imponatur, ut inquit gl. ibi, per l. fi. ff. pro suo: ne scilicet inquietentur longi temporis possessores, quod in cõe perniciosum esset: ut prudenter tradit Cice. lib. ii. offic. quem refert Couarr. in d. c. posses. j. par. §. j. & in iii. par. in prin. iii. colum. & prius Frãc. Baldui. in rub. Insti. de usuca. Iustificatur igitur usucapio. & pręscriptio fauore publico in vniuersum, licet noceat particulariter ijs, contra quos usucapitur, secundum scrib. in d. locis, maximè D. Couar. in d. initio. iii. par. cum gl. c. ius naturale. j. dist. & ultra sup. citatos resoluit Fer. in l. iii. col. j. & iii. ff. de vsuc. notabiliter Reuerẽdus & doctis. F. Alfonsus à Castro, li. ii. de lege pœna. Quibus omnibus addo conducere ad hæc prudentẽ rationẽ I. C. in l. vi. ff. de excep. rei iud. ibi, *probabili ratione placuit ne aliter modus litiũ multiplicatus, summam & inexplicabilem faciat difficultatẽ.* Idem etiam sentit tex. in l. litibus. C. de agric. & censit. melior tex. in Auth. hæc consti. inno. col. viii. ibi, *multa negotia cõmota sunt.* & ibi, *velut antiquorum vulnerum obductæ cicatrices patuerũt, sed eorum sanitas prouenire non potuit,* & ibi, *per tantũ tẽporis spaciũ, nec actus fides, nec documentis integritas, nec ætas testibus valet suffragari.* Addo ẽt aptissimè morabilẽ sententiã Cor. Taci. annal. li. xiiii. in hæc verba: *habet ali*
¶ *quid ex iniquo omne magnũ exẽplum, quod contra singulos vtili*
40 *tate publica repẽditur.* Ex quibus inferẽ ad tex. in §. habeat, in auth. ut ecc. Ro. col. ii. ibi, *nec iniquis hominibus impiũ maneat præsidium, & tutus peccandi locus etiam scientibus relin-*
qua-

quatur.& ibi,*ille seruetur innocẽs qui rei vera innoxius sic,nec improba tẽporis allegatione sese tueatur tempus pro puritate prætendẽns.*quẽ tex.contra proximè dicta fortem dicit Paris. in rub.de præscrip.nu.8.& circa eum laborãt plures scrib. vt per Fely.ibi.nu.2.per Balb.d.j.par.q.v.n.7.ad fi.& seq. Alci.nu.9.Aemil. Ferret. in d.l.iii.nu.7.ff. de vsuca.Hannib.in rub.ff.eo.ex nu.23.tex.enim manifestè loquitur de eo qui præscriptione se tueri volebat, idq; appellat iniquum pręsidium.Nec videtur tutum quod gl.ubi vult,quã sequitur Imo. in l.sequitur §.si viam.nu.24.ff. de usucap. præscriptionẽ iniquum remedium appellari, quia contra æquitatem naturalem, ne quis locupletetur cum iactura aliena. idq; sequuntur variando Ferret.& Pari.ubi sup.& alij quos refert Aymon.Craue.cons.cci.nu.37.Cùm enim lex iustis causis induxerit usucapionem, non potest improba nec iniqua cẽseri.c.erit autem lex.j.distinc.maximè ob vtilitatẽ pub.quæ præfertur priuatæ, authen.res quæ.C. commun.de leg. Nec ẽt videtur tenẽdum quod magis probat Ferret.d.loco, & Alc.in d.rub.nu.10.dicentes ibi esse speciale in ecclesia:licet enim priuilegiũ specialiter concederetur ecclesiæ Romanæ,vel generaliter omnibus ecclesijs,ne eis noceat præscriptio,non ideò remedium præscriptionis à legislatore iniquum erat dicendum:& sic contra Hannib.magis etiam uariantem.d.loco,nu.28.priuilegiũ enim uel exceptio nõ reddit regul. iniustam.Aliter Fely. in d.rub.nu.2. ex Imo. in c.fi.eo.tit.intelligit verba illa.d. §.in possessore malæ fidei, ut in eo præscriptio dicatur improbum præsidium: & ita Balb.de præscri.j.par.v.q.nu.9. versi.ad quẽ:ubi ad idẽ bene citat Ang.& Roma.Et ita illum tex.intelligit Bal.in l.j.nu.3.& seq.C.de præscri.xxx. vel xl. Cõtra quẽ intellectum insistit Paris.in d.rub.nu.8. & Alc.nu.9.& Bero.nu.12. Ferre.& Hãnib.ubi sup.dicentes,ꝙ ea constitutio fauet ecclesiæ contra omnẽ præscribẽtem ẽt cum bona fide.& ideò uerba illa quibus agimus, pariter referri ad bonæ fidei possessorem, in idq; expendunt dictionem implicatiuam illius tex.ibi,*etiam sciẽtibus:* quod ante eos ponderauit Imo. in d.l.sequitur.§.si viam. col.ii.n.19.ff.de usuca.quasi ex eo uerbo implicatiuo colliga-

ligatur idem esse in præscribēte ignoranter,& sic cum bo
¶ na fide.Sed in hac difficultate aduerto ꝙ principalis deci-
sio illius authen. fauorem ecclesiæ, procedebat etiam in
præscribente cũ bona fide:nec id negant Fely.Ang.Bald.
Balb.licet Paris. & alij contrarium putent, quod apparet
ex eisdem in alijs locis, ut inferius deducam. Similiter
contra prædictam ponderationem uerbi *etiam*,stat mani-
festa ratio. Exprimeret enim casum clarissimum, & impli
caret casum dubium,cõtra naturam eiusdem verbi, quod
semper iungitur casui maioris dubij,vt implicet minus du
bium,perpetuumque est in verbo,*etiam*, quando stat im-
plicatiuè, exprimi cum eo casum magis dubium: quod in
ratione illius tex.dici non potest.Cùm enim sciētes & ma
læ fidei possessores,improbos appellet, nõ erat intelligen
dum ex verbo,*etiam*, idē sentire tex.in casu implicato,nõ
expresso, de possessore ignorante & bonæ fidei.Econuer-
sò autem, qñ tex.ibi aut alibi vellet indistinctè appellare
iniquũ remediũ pręscriptionis, potius cũ uerbo,*etiam*, ex-
primeret possessorem ignorantē,seu bona fide præscriben
tem:& tunc uerbũ,*etiam*,aptè staret,nempe exprimēdo ca
sum maioris dubij, & implicando minus dubium. Ad sen-
sum enim constat possidentem scienter.rem alienam, ma
la fide usucapere uellet,& tũc præsidiũ præscriptionis ini-
quũ esse,maximè contra ecclesiã, de qua tex.ille agit.Pa-
tet igitũ uerbũ,*etiam*,in illo tex.non implicare casum bonę
fidei possessoris: quia repugnaret natura uerbi: magisq;
repugnaret ueritas iuris,qua probatur & receptũ est præ
scriptionē cũ bona fide nõ iniquã nec odiosam censeri, ex
suprà dictis & statim dicendis. Verior igitur intellectus
verba,& rationem.dic.§. colligi videtur ex Corn.consilio
cclxxvii.nume.6.lib.iiii. quem sequitur Soci.nep.consilio
cxlv.n.90.li.j.Ego verò magis explicabo,ut.s.Iustinia.ibi
volēs ecclesiæ fauere, nõ admittat cõtra eã,nisi cētenariã
pręscriptionē in omni possessore,ut habet principalis de-
cisio: & tũc pro rõne ponunt uerba sup.relata in prin.hu-
ius.n.ibi,*ne iniquis hominibus*, & ibi,*etiam scientibus*, quasi
significet, ideò ibi id statui in omni possessore,ne admissa
breuiori præscriptione ignorantis seu bona fide possiden-
tis,

tis, iniqui etiam possessores & scientes, eodem præsidio præscriptionis se tuerentur,& defensionem illam improbam redderent,quod facilè euenire posset,quum scientia non præsumatur difficillimeq; probaretur, maximè post longum tempus. Quæ interpretatio in se vera satis congruit verbis d.§. & tituli: de quo circa principalé decisionem latius infrà. Et ita manebit ex illo §.non censeri improbum vsucapionis præsidium,nisi quando est cum mala fide: aliquando tamen & cum bona fide non admitti, ne scienter & iniquè possidentes eodem præsidio vtantur.Ex
41 quibus patet regulariter præscriptioné non dicendam odiosam,nec repugnare æquitati naturali,contra glos.in l. nam hoc natura,ff.de condictio.indeb.contra Bal.in l.ancillæ,col.iii.vers.quia præscriptio.C.de furt.Inde etiá cauendũ est à gl.in l.j.ff.de nego.gest.dum inquit,in præscriptione inesse iniuriam, seu aliquid cõtra ius, licet eam ibi commendat Ange.& Crauet.cons.ccj.num.37. Sic cauendum est à multis alibi indistinctè appellantibus præscriptionem iniquum & odiosum remedium: quod ex Dyn. dicebat.Paris.cons.cxiiii.num.24.lib.j. & Chas.cons.lxvj. num.61.malè citans Bald.& Ange.idem Chas.in consuet. Burg.rub.xiij.§.viii.nu.7.& quidam subscribés cons. Soci. nep.cxxviii.nu.27.lib.j.Curt.iun.cons.lx.in fi. Meliusque resoluendũ est præscriptionem cum bona fide,iustam exceptionem censendam esse, non odiosam,neque iniquam ex d.l.j.ff.de vsucap.cum alijs suprà adductis: & ita sentit Felyn.d.rub.nu.2.cum Imol.quem citat: & ibi variat Bero.ex num.10.idem probat Soci.nep.d.cons.cxlv.num.90. lib.j.idem probat Pau.Cast.in l.fi.§.fi.versic.restat.ff.rem rat.hab.Balb.j.par.q.v.num.9.& nu.13.probat melius Couarru.d.princip.iii.part.& bene Duare.in l.j.ff.de pact.ita Bald.& Ange.proximè citandi.Bal.in l.j.§.initium,ad fin. ff.de postulan.Infertur etiam ad q.illam, quando arbitratori committitur causa diriméda ex æquitate citra iuris rigorem,an possit reijcere præscriptionem? in quo variauit consulendo Ias. vt tradit Crauet.vbi suprà. Fely autẽ in d. rub.nu.2. refert Ange.in l.j. C.de præscript.xxx.vel xl.anno.& in l.sequitur,§.si viã,ff.de vsucap. dixisse, quòd tunc

tunc reiici debet exceptio præscriptionis quasi iniqua: idemque tenuisse Roma. Lanfr. Corn. & Soci. refert Alci. in d. rub. nu. 9. Sed Alci. malè citat Rom. & aliquos qui potius contra sentiunt: sicut etiam Felyn. malè citauit Ange. in dic. locis, qui apertè loquitur tantum in præscriptione malæ fidei, vt bene aduertit Balb. d. j. par. q. v. num. 9. versi. sed malè: & ita apertè Bal. in d. l. j. num. 3. & nume. 4. C. de præscrip. xxx. vel xl. quod miror non aduertisse. D. Couarru. d. iij. part. §. ij. num. 4. dum iniuste reprehendit Bald. & Ang. volētes idem quod ipse probat. Et ita in præscriptione cum bona fide, non solum verius, sed etiam receptius est, vt ea admitti debeat, nec reiici possit coram arbitro, vel arbitratore, vel alio iudicāte ex æquitate, vt vult Bar. in gl. extrauag. ad reprimendum, verb. videbitur ad fi. Mathæsi. Areti. Crotus, Cota, Roma. Felyn. quos refert & sequitur Couarru. vbi sup. idemq; volunt Ange. & Bal. si rectè intelligantur, vbi sup. & Soci. nep. d. consi. cxlv. num. 91. lib. j. & Lanfrā. de arbi. vj. mēb. nu. 64. idē vult Paris. d. rub. de præscrip. nu. 8. ad fi. & ibidē Alci. nu. 10. ad fi. citans pro hac parte Rom. consi. cxlix. vbi hoc dicit. nu. 3. Et ita cauendum erit à Corn. contrariū tenēdente, consi. cclj. nu. 5. lib. iij. quem sequebatur Soc. nep. sibi cōtrarius, consi. cxlj. in fi. li. ij. Vides igitur cōmunem opi. in hac q. vt distinguatur inter præscriptionem bonæ, & præscriptionem malæ fidei. Sed subtilius aduertendo, dicendum est, nec inter iudices vel arbitros esse differentiam, nec inter qualitatē præscriptionis: sed an de iure effectum habeat, ut in omni iudicio admittatur, nec miscēda est præscriptio malæ fidei, quæ secundum ius canonicum (quod attendi debet,) sine effectu est, & ita non solum coram procedentibus ex æquitate, sed nec coram aliquo iudice admittetur, & consequēter vbiq; repelli debet, quod prædicti patres aduertere debuissent: in quo benè sentire videt Aemil. Ferre. licèt scribentes in hac re non satis uerè citet, in d. l. iij. num. 8. ff. de

42 usucap. Ex ij. parte tex. colligūt omnes hic, & in uariis locis vulgare axioma. ut non ualenti agere non currat præscriptio: & ad hoc citatur tex. hic quotidie cum l. j. ad fi. de anna. exceptio. vbi ea regula expressim traditur in nostra

materia,& ita Bal.in l.præce.col.ij.nu.6.idem Bald.in l.in rebus,nu.3.C.de iur.doti.Balb.de præscr.j.par.vj. par.nu. 15.& ubiq; scribẽ. Sed hæc regu.communiter intelligitur: qñ est impedimentum iuris negantis alicui ius agendi, ut hic negatur filiofam.in aduen itijs,tunc enim præscriptio cessat ut hic. quod si impedimentum facti sit etiam ex causa iustissima præscriptio non cessat, sed ex causa restitutio datur:vt resoluit Bar.in l.S.C.nu.2.ff.si quis cautio.Bar.in l.j.§.si quis autem.ff.de itine.actuq; priua.Bal.vbi sup.idẽ. Bal.in l.fi.§.donec.nu.2.C.de iur.delibe.Bald.in l.sicut,in fin.C.de præscrip.xxx.vel xl.anno.Bald.in l. j.in xxij. oppo.nume.22.C.qui admit.Bal.notanter.in l.quoties.C.de prec.imp.offer.Pau.in l.ij.§.si quis in iudicio.num.4. ff.si quis cautio.Afflict.de iur.Prothomis.§.ij.nu.22.Et est recepta distinctio ut tradit Bald.d.j.par.vj.part.casu.xxij.ex nu.16.Ias.§.rursus,nu.24.Instit.de act.Boer.decis.xl.nu.3. Iacob.à S.Georg.in d.l.fi.§.donec.nu.3.Panor.Fely.Paris. in c.ex transmissa,de præscrip.Chas.in consuetu.Burgun. rub.j.§.viij.nu.26.fol.84.qui omnes in impedimento iuris citant hunc tex.& magis d.l.j.in fi.infr.de annal. excep. In impedimento autem facti adducũt tex. in l. & Atticilinus xxxv.in fi.ff.de seruit.rusti.prædi.& ita Dec.in d l.j.C.qui admit.in vtraq; lectu.Grat.consi.cxxxvij.ad fi.li.ij.Et hanc distinctionem bene sentit gl.quam illi non citant, in auth. de sanctiss.Episco.§.reuerendissimi,verb. si uero:quã not. Afflict.in c.j.§.quoniam,nu.15.de prohibi.feud.alien. per Lotar.Non autem idem vult.glo.in d.l.& Atticilinus:nec ita apertè in d.l.Senatusconsu.licet eam ad hoc notet Bal. in d.l.j.§.fin.C.de annal.excep. Ad quam differentiam aliquando non aduertunt plures, generaliter adducentes regu. ad impedimentum facti: cum solum procedat in impedimento iuris.Vnde cauẽdum est ab allegatione Paris. consi.cj.nu.92.lib.j.& ab allegatione Tiraq.lib.de retract. ligna.§.iij.glo.iij.num. 5. quod melius sensit idem Tiraq. libr.sequen.de retract.conuent.§.ij.glo.j.nume. 78. Nec videtur aduertisse Oldendorp.de vsucap.§.quanquam.nu. 18.& sequen.à Ioan. Monac. in cap. quam sit,nume.7.de
43 elect.in vj.à Bruno etiam consil.feud.xlv. nume.4. Quæ

regula

regula vt præſcriptio non currat ei, qui ex iuris impedimento agere nequit, ampliatur ex Bald.hic, etiam ſi lege uel ſtatuto præcisè tempus apponatur, uel præcisè, & per uerba generalia excludatur qui intra tempus non fecerit: ſemper.n. excepitur is qui iuris impedimento agere nequit, quia pro eo eſt ratio naturalis in qua fundatur hæc regula. Et ita cũ Bal.cõiter doct.vt per Bald.vbi ſup. Deci. conſ.ccccxlv.nu.48. Curt.iun.conſ.clxxxj.col.ij.nu.5. Aymo.conſ.cxvj.n.8. Deci.in l.j.in j.lect.nu.27.C.qui admit. Chaſ.in conſuet.Burg.rub.xj.§.ij.nu.42. Ampliatur ij. ea regu.in nonnullis impedimentis facti, quibus ſpecialiter idem tribuitur, ut in eis præſcriptio non currat: vt notant Panor.& Fely.in d.c.ex tranſmiſſa, de præſcri. Boer.deciſ. xl.nu.3.& nu.9. Ampliatur iij.ſecundum oẽs.vt in impedimento iuris non oporteat mittere procuratorem: cũ aliàs in impedimento facti id ſæpe exigatur, quando cauſa ardua non eſt: vt per Bar. Paul. Alexã. Iaſ. Iacobi.in d.l.ij.§.ſi quis in iudicio.ff.ſi quis caution.ſcribentes in cap.querelam, de procurato. Afflict.deciſ.xxix. plenè & vtiliter tradit Rebuf.iij.tom.cõſti.Gallic.tit.de excuſ.pag. clxxxviij. ¶ cum ſequen.à quo tamen caue.num. lxxxviij. dum etiam in cauſa ardua vult de iure canonico mittendum eſſe procuratorem.contrarium enim apertè ſentiunt Doctor. vbi ſup.& ſpecificè canoniſ.in d.c.querelam, per tex.ibi: Fely. in c.cum R.num.2.verſ.iij.de off.de lega. Bal.in l.ſed ſi per prætorem, j.lec.ff.ex quib.cau.maio. Et ſpecialia in cauſis arduis notat Fel.in c.fi.nu.4.de off.de leg. Barb.cõſ.xviij. lib.ij.latè Afflic.lib.ij.conſtitu.rubr.xxj.nu.18. Et quando cauſa dicatur ardua, tradit Rebuf.vbi ſup. ex nu. 79. Addendum etiam eſt quod in cauſis non arduis, ita demum culpa imputetur non mittenti procuratorem, quando eũ idoneum facilè inuenire poſſet: vt not. Bar.per text.ibi, in l.idemq; erit, ff.pro ſoci.commendat Roma.in l.ſi vero, §.de uiro, in x.fallen.uerſ.iiij. Iaſ.in l.ij.nu.10.ff. de ius uocan. Dec.in c.intelleximus.nu.7.de iudi.& ibi Fely. Deci. conſi.ccccccxxxij.nu.3.& conſ.ccccclxij.nu.12. facit gl.d. l.ſed & ſi per prætorem.xxvj.§.ij.uerbo.permittere, ibi, *facilè*: & tex.in l.qui cum maior, ff.de bon.lib. ibi, *non facilè*:

 Amplia-

Ampliatur iiij.vt iure impeditus non teneatur protestari: ut colligitur ex hoc tex.& ex d.l.j.C.de annal.exce. & volunt omnes ubi sup.At impedimento facti plures exigunt protestationem,nec aliter excusant impeditũ.Alij distinguunt,ut per Fely.in d.c.ex transmissa,nu.5.& nu.6. & ibi Paris.nu.14.Imo.in c.fi.de appell.Affli.d.decis.xxix.& decis.50.nu.3.& nu.5.Rebu.ubi suprà ex nu.51. Boer. decis. xl.Paris.cons.cj.nu.94.& cons.xxxiiij.nnm.20.lib.j.tradit Alex.quod videri debet,in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.nu.9.& nu.27.ff.de no.ope.nunt.& ibi Ias.latè nu.2.ubi asserit plures esse authoritates, & tutius fore in praxi, ut protestatio regulariter necessaria sit in impedimento facti.declarando ut per eũ,& Alex.ibi,per Fely. Paris.& Rebuf.ubi sup.qui regulam ponunt & limitãt:& omnino per Sylua.de feud.q.lxxxvj.in xiij.vol.tract.fol.54.licet Hormanot.Det.in §.Cato,n.386.simpliciter & indistinctè protestationem exigat.Mihi aũt ex iuribus in hac materia verius uidetur quod dicit Alex.in l.ij.§.quod diximus,ad fi. ff.si quis caution. ut regulariter protestatio necessaria nõ sit,sufficiatq; impedimẽtum ad excusationem:& ita Aret. cons.cxlj.Alex.cons.cxij.li. j. vbi etiam sine protestatione resoluunt excusari debitorem, qui tempore solutionis nõ inuenit creditorem cui solueret:ita intelligendo tex. in l. iiij.in fi.ff.de leg.cõmi.ibi, *si non habeat cui offerat, posse eum securum esse*.Idem probat Dec.consi.cccccclxvj.nu. 5. tradit Ias.in l.ad diem.ff.de uerb.obl.contra Pau.in l. si reus paratus.ff.de procur.& contra aliquos relatos à Syluano,vbi sup.& de hoc clarius per Tiraq.de retract.ligna.§.ix.glo. iij.nu.20.notat Gozad.cons.lxvi.nu.8.idem not. Areti. in l.gerit,col.7.ff.de acq.hære. Iustitia enim excusandi, non in uerbis protestantis,sed in causa impedimenti consistit, nec uerba addunt uel minuunt rei veritatem l. sicut C.ad leg.Corne.de fals.Et ita hæc verior opi.generalius tenenda est,non tàm strictè,vt scribit Afflic.in c.j.§.in gl.nu.40. de pace iurament.firman. Ex quo etiam infero, in impedimento facti,protestationem non posse tollere quin præscriptio currat,restitutioque necessaria sit:quia uerba partis non possunt tollere iuris dispositionem. l. nemo potest ff.de

¶ ff.de leg.j.quod notandum est contra Afflic. & alios quos refert in c.j.ij.notab.nu.10.si de feu. fuer. controuer. int. dom.& agna. Ampliatur.v.eadem regu. vt sicut non currit tempus ei qui omnino à iure agere impeditur,ita etiā non currat ei cui legitima exceptio obiici potest, ut consuluit Anchar.quem sequitur Felyn.in d.c.ex transmissa,colum. fi.nu.9.& Dec.in l.j.in j.lectu.nu.27.& in ij. lectu. nu.68. C.qui admit.& in c.cum inter,nume.23. de except.& in l. non uidetur cepisse,nu.2.ff.de regu.iur.Balb.de præscrip. d.j.par.vj.par.nu.20.& Chas.in consuetu.rub.xxii.§.ii.nu. 39.fol.353.facit tex.in l.is cui,§. ff. de actio. & oblig. ibi,
44 *sic tamen ne exceptione excludantur*.Constat igit̄ ex Bar.Bal. & omnibus in locis sup.citatis,dum allegant hunc tex.nullo modo posse filium, saltim dum est sub patris potestate, reuocare alienationem aduētitiorum à patre factā:intelligunt enim omnes nihil aliud hic probari nisi quod filius agere non potest,atque ideò ob impedimentum iuris præscriptionem ei nō currere:quod magis probant ex d.l. j.in fi.inf.de anna.excep.& ita Bar.in l.si constante, nu. 63.ff. solu.matr.& ibi Cro.ii.lect.nu.118.Bello.cons.xxiiii. nu. 5.Ex ea de pac.nu.214. Mihi autem mirum uidetur si hęc iura expressa sunt,quibus Bar.& alii hoc tradunt, quomodo hoc putet dubium Fabi.in auth.nouissima.num.239.& sequen.C.de inoffi.testa.& Paris.in c.i.nume.24. de præscrip.ubi enim est decisio legis,potest de ratione, non de ueritate dubitari.Ego ultra ea quę dixi in iii.par.l.pręce. nu.74. aduerto plures ex his nou rectè proponere. q. nec rectè filio negare ius reuocandi uiuente patre: impedimē
¶ tum enim iuris tantum est ex potestate, nō ex uita patris. Aduerto etiam ꝙ text.hic fauet liberis,ne durante patria potestate,præscri.currat, sed eis non adimit facultatē agēdi contra alien.Sed dices cum Bar.in d.l.si cōstante,id probari in originali auth.de nup.§.sed quod sancitum:& aper
45 tè in d.li.in fi.de annal. except. Responderi tamen posset
¶ ultra omnes,ꝙ in d.auth.propriè non agitur de aduētitiis quæ priori loco filiis ex facto suo, uel liberalitate alterius,uel fortuna deferuntur: sed agitur de certis bonis parenti acquisitis,quæ ob secundas nuptias à lege liberis re

seruantur: in quibus iam patet non esse tantam rationem admittendi filios ipsos uiuente patre. Sic etiã rñderi posset ad d.l.j. in fi. de annal. exce. dum.n. tex. ibi inquit filium agere non posse, non exprimit patré alienasse aduentitia filij: põtq; intelligi de præscriptione circa aliqua ad filium spectãtia, quæ ab alijs detinentur: nec æquũ esset ut patre alienãte aduentitia filij, nõ posset filius eo viuẽte admitti: Contrariũ.n. rectè tradit Bald. in l. fi. §. in cõputatione, nu. 7. C. de iur. delibe. quæ referunt Paris. & Fab. vbi sup. eũq; sequitur Corn. ibi. nu. 6. & Ias. cons. lvj. col. iij. lib. iij. uers. confirmat: probat. n Bal. in d. loco, filium audiendũ, & patrem cõpellendum consentire filio, licet pater ipse promiserit se nunquam uenturum contra alienationem. Et sustinendo doctrinam Bal. quæ æquior & utilior est, potest noуè & eleganter intelligi tex. in d.l.j. in fi. de annal. exce. ut ibi uerba illa quæ filijs potestatem agendi negare uident non præcisè nec omnimodò negent. Obstaret enim ęquitas & ratio uitandæ fraudis: obstaret ẽt decisio. j. Imperat. ff. ad Treb. unde uerba d.l.j. in fi. possunt referri ad regu. §. necessitate. l. fi. tit. seq. secundum communem intellectum vt dicatur filius agere non posse, quia non potest regulariter sine consensu patris cuius est administratio, & ius agẽdi in aduentitiis, ex reg. l. præce. & l. cum oportet, titu. seq. satisq; uerificantur ea uerba attenta reg. prohibente filiũ agere. attenta ẽt difficultate quia filius premitur ex ptãte patris, argu. tex. in l. in coniunctione. C. de nupt. ibi, *cultu verecundiæ propriam noluerit voluntatem depromere*, tex. & gl. l. j. §. quę oneranda. ff. quar. rer. act. non det. quibus attẽtis satis dicitur nõ posse, quod sine magna difficultate fieri nequit, ex tex. in l. qui cũ maior. §. j. ff. de bo. libe. ibi, *non facile impetratur*, notat Pau. in l. j. C. de usu aleæ, Ias. in l. adu. Iulia. §. constat. nu. 13. ff. de lega. j. & respectus pudoris facit ut aliquid dicatur fieri non posse. l. x. in fi. ff. ex qui. cau. maior. l. viij. in fi. & ibi Bar. ff. de alimen. lega. ibi, *necessitas verecundiam astringit*. Iuuatur hæc interpretatio attẽta magna potestate patris in aduentitiis, cũ absque decreto alienare possit, secũdum ueriorem & receptiorem sententiã: ut latè deduximus in tertia parte. l. præceden. ex num. 21

Ex

45 Ex prædictis infertur ad tex. in capitulo quia diuersitatẽ, de conces. præben. vbi in Episcopo suspensio subdit text. *sic tamen vt tempus suspensionis in sex mensibus nõ computetur.* deinde inferius subdit, *tempus etiam, quo ad Apos. sed accessit, & apud illam permansit intra sex menses nullatenus computetur*: quem tex. ad duo extollunt plures Docto. primo vt impedimentum excuset, ẽt si eius origo prouenerit ex culpa impediti: nec enim absque culpa potuit ibi Episcopus suspendi, & tñ excusatur iura tempus suspensionis: in quo eum extollebat Anani. & cum eo Ias. in §. rursus. nu. 26. Instit. de actio. & ibi Gome. nu. 15 Bal. j. par. vi. par. casu. xxii. nu. 21. dicit sing. Ale. cõs. lviii. nu. 6. li. v. Igne. in l. ii. §. si cõditioni, n. 85. ff. ad Sylla. notat Chas. rub. xi. §. ii. n. 38. fol. 353. eundẽ. tex. dicit ad hoc nota. Dec. in l. j. in j. lect. nu. 27. C. qui admit. & in ii. lectu. nu. 68. extollit Paris. consi. ciiii. n. 146. li. j. notat Aymon Crauet. cõs. ccj. nu. 29. Et ratio est, quia culpa ibi non fuit ordinata ad casum impedimẽti, aliter enim impedimentũ ex culpa ad illud ordinata nõ excusaret: ut multis probat Deci. in c. quæ in ecclesiarum. n. 30. col. pen. de constit. Aymon. cõs. ccxlvii. ad fi. facit tex. in l. quauis. ff. sol. mat. & ibi not. Alex. col. ii. ver. non obstat. tex. ẽt in l. iiii. §. illud. ff. si quis cautio. ubi ẽt accusatu & in vinculis detentus excusatur. Et tex. in l. succurritur & l. seq. ff. ex q. caus. maio. sic in simili resoluit Alex. in l. Marcellus. §. res quæ, nu. 3. ff. ad Trebel. Alex. in l. recusare. §. fi. nu. 6. ff. eo. idem Alex. cons. j. n. 27. li. iiii. Sic. in paupertate procedit glo. notab. in c. sacrorum. xii. q. ii. quã extollit Dec. in c. pastoralis. §. verum, nu. 9. de appella. Ex quibus infertur ad q. emphyteotæ incarcerati non soluentis, de qua per Ias. in l. ii. nu. 72. C. de iur. emphyteo. Infertẽ etiam magna comprobatio ad opin. Alex. quæ mihi verior uidetur contra communem in d. §. res quę, & d. l. quãuis: ad ampliationem tex. in authẽ. res quæ. C. commu. de lega. ubi Iaso. nume. 20. authoritates refert: & Crot. in §. diui, numer. 64. & ibidem Loaz. nume. 142. Sed his omnibus non parum videtur obstare tex. in l. pen. in princip. ff. solut. matrimo. ubi culpa etiam non ordinata ad casum nocet, seu casus ex culpa ad eum non ordinata, non excu-

ſat:de quo alibi agimus in ellẽu.l. Papinianus. ff.de mi-
47 nor. Notantur.ii.tex.in d.c.quia diuerſitatem ad differen tiam iuris canonici & ciuilis,ut ſicut de iure ciuili nõ cur rit præſcriptio vbi datur impedimentum iuris, nec eſt ne ceſſaria reſtitutio vt ſup.ita de iure canonico vbi datur im pedimentum facti:quod tentat Imo.ibi, nu.5.& ad hoc il lum tex.extollit Iaſ.in d.§.rurſus,n.25.& ibi Gome.n.14. verſi.ſecũda cõcluſio:& ita Zanet.id extollens in differen. vtriuſque iur.lxxxvj.cum Imo.quem ſolum refert: & ita Pariſ. in c.ex tranſmiſſa.nu. 23.& nu.26.de præſcrip. Sed in hoc aduertendum:eſt q in j.par.illius.c. ſcilcet in tem pore ſuſpenſionis erat impedimetũ iuris ſecũdum omnes: & ita nõ poteſt inde probari talis concluſio. Et ita Balb. d.i.par.vj.par.nu. 21.qui tamen non aduertit in ii. par.d. c.agi.de impedimento facti, circa eundum & redeundũ:& tamen eo caſu idẽ dici, quod dictũ erat impedimento ſu ſpenſionis,ut ibi aduertit Panor.nu.3. Et ita uidetur tex. æquiparare impedimentum iuris & facti,atque eo pacto probare quod prædicti Docto. colligunt ad differentiam vtriuſq; iur.quod non ſatis expendit Imo.ibi, nu.9.uerſi. in gl.dũ generaliter diſtinguit inter ea impedimenta,cùm
¶ tex.in ſuo caſu ea æquiparet. Qua in re notandum eſt,dif ferentiam illam vtriuſq; iur.à paucis tentatam, crebrius à Doc.nõ teneri:ut patet ex Panor.& alijs ibi,qui nullam mentionem faciunt talis differentiæ: imò apertè æquipa rant deciſionem vtriuſque iur. Ita etiam apertè Panor.& Fely.in d.c.ex tranſmiſſa. Balb.vbi ſup. Deci.in d.l.j.utra que lectu. C.qui admit. & alij ſup.citati. Nec Imo.in d.c. eã differentiã probat,licet eam tenet.quia tandẽ vtrumq; ius æquiparat, & tex. ibi intelligit, ne generaliter proce dat, nec tollat regulã iuris ciuil.ſed impedimentum facti æquiparari iuris impedimẽto in caſibus a iure expreſſis, pro ut ibi,& in d.c.ex tranſmiſſa,& in nõnullis alijs: quod etiam probat Panor.in d.c.ex tranſmiſſa, nu.13.ad fi.ibi, *niſi vbi contrariũ reperitur expreſſum* : & Fely. ibidem nu.8. ibi,*niſi contrariũ*:quod etiã probat Bero. deciſ.xl.nu.3.Nec videtur admittẽda differẽtia inter vtrumq; ius, cum tex. in d.c.quia diuerſitatẽ,nullatenus id probet: cõtrariumq;

in pro-

in proposito magis colligitur ex.c.cum nobis de præscrip. ibi, *Tam legali quã canonica*, & ibi *secundum iuris ordinẽ*. Tex. etiã in d.c.quia diuersitaté, non rectè à Doct.allegatur ad præscriptioné, quia de ea non loquitur: nec enim ibi agitur de auferẽdo iure in futurũ: quę est natura præscriptionis: sed tantum de ijs quę facta erãt tẽpore impedimenti: nec mirũ si nũc nõ tractetur de restitutione, quia satis est in ijs impedimentũ probare: vt in materia probat I.C. in l.ii.§.si quis in iudicio, & §.quod diximus: & l.iiii.§.illud. ff.si quis cautio. & in l. qui comeatus. ff. de re milit. per Deci.in c.ex ratione, nu.2.de apella. & alibi sæpe: nec absurde dicitur tẽpus nõ currere quando in effectu nõ nocet, ut nec nouũ nec mirum sit, in d.c.quia diuersitatem, & in alijs, solam causam impedimenti deduci, absq; mentione
48 restitutionis. Ex eisdem, etiã infertur ad notab. q. Alex. cõs.lviii.lib. v. ubi ex hac reg.ne impedito currat præscriptio, egregiè limitabat. l.j.C.si aduer.credit. lib. vii. dum ibi habetur, tertium possessorem ad quẽ peruenit res obligata, cũ titulo & bona fide præscribere longo tẽpore contra creditoré, & ita tolli actioné hypothecariam. Contendit enim Ale. ꝙ cũ hodie actio hypothecaria in effectu nõ detur contra tertiũ possessorem, nisi excusso debitore principali: iuxta auth.hodie.C.de pigno.non curret creditori tẽpus illud præscriptionis, nisi post eam excussioné, & sic postquã agere potest aduersus tertiũ possessoré in idq; maximè inducit tex. in d.c.quia diuersitatem. Sed uir doctis. aliqua affectione, longè deceptus est, perniciosamq; opi. inducebat. licet enim nouo iure excussio illa debitoris necessaria sit, in potestate tamẽ creditoris est, qui agere poterit qñ voluerit: iuxta l.purè.§.fi.ff.de dol.excep. & cõsequenter non censetur impeditus qui potest tollere impedimentum: iuxta tex.in l.qui potest facere.cxxxv.ff.de reg.iur. & ibi gl. & Deci.tex. & Panor.in c.fi.de electio. bonus tex.in l.quibus diebus.ff.de cõditio. & demonstratio. ibi *nec per te stet quo minus agendo eum submoueas*, & ibi notant Albe.Bal.Pau. colligentes, non excusari impedimentum qui ad eundo iudicem, potuit impedimentum remouere: & illum tex.extollit.Rube.in l.non solum.§. morte, num.

nu.30.de noui operis nuntia.tradit multa Fely. in d. cap. ex transmissa, col.j.notat. Alexan.consil.lxxii.nu.13. lib. iii. & in simili not. Paul in l.ii ff.de iudic.& ibi Iacobi.nu. ¶ 8. Et inde infertur in praxi, non excusari litigantem cuius testes noluerunt testificari, nisi adierit iudicem vt eos compellat: quod vtile est ad leg. Regiam, lib.iii.titu.xlii. §.fin.& eod.lib.titu.xlvii.in princip.ibi, *por naon quererem teste munchar*. Sic in proposito negligentia creditoris non agentis contra debitorem. nõ potest impedire præscriptionem actionis hypothecariæ tertio possessori rei obligatæ: quo fundamento & alijs, opin. Alex. falsam dicit Balb.iiii. par.iiii.par.iii.q.prin. vbi multa aptè adducit: & cũ eo Neguz. de pig. vj.par.ii.mẽb.n.3.Dec.in l.j.C.qui admit.& in c.cũ inter, n.23.de excep.& Paris.in d.c.ex trãsmissa, ad fi. & Soci.nep.consi.xvii.lib.ii.& Molin.ad Alex.in d. consi. & ita secundum hanc ueriorem opin. contra Alexan. iudicatum uidi. ¶ Satisq; probatur apud Lusitanos lege regia, lib.iiii.titu.xxxiii.§.ii.ibi, *contados do primiero dia que a cousa for a poder do posuidor con titulo, e boafee*. Ex quo cauebis ab Affli.decis.cxxxix.nu. 7. vbi incautè sequitur d. consil. Alexan. Cauebis etiam à Chass. in cõsuet. Burgu. rubr. xj. §.ii.nu.36. vsq; ad nu 42. vbi in effectu probabat opin. Alexan. eodem erroneo fundamento imaginarij impedimenti quod retorquetur vt supra. & ita gl. recepta in d.c. quia diuersitatem verb. suspensionis, ibi, *intellige eum non est negligens in petenda absolutione*, & ita contra Alexand. resoluit Aymon. consi.cclxiii.col.fi.in princip. vbi refert eundem

49 dem Alexand. sibi contrarium. Ex eisdem infertur ad q. vtilissimam an in bonis maioratus, perpetuò familiæ relictis, præscriptio alicuius rei ipsius maioratus, perfecta cõtra possessorẽ, noceat successori (Superius enim nu.22. cũ Pau. & multis vidimus talẽ alienari prohibitam) posse vsucapi longissimo tẽpore, contra possessorem maioratus. Sed q. est, an ea præscriptio effectum habeat contra successorem? Ex ijs autẽ quæ scripta inuenio recepta videtur opi. ꝙ præscriptio perfecta contra possessorem non noceat successori maioratus vel bonorũ, in quibus simile vinculũ apponitur, & Docto. statim citandi id maximè probant

bant ex regu.huius tex.& d. l.j. de anna. excep. impedito agere præſcriptionem non currere: ſucceſſor autem uel quia nõ natus, vel quia præceditur à pręſente poſſeſſore, non potuit agere contra tertiũ,ad quem peruenit res maioratus:& conſequenter ob impedimentum iuris & facti, arguunt Doctor. præſcriptionem contra eum nõ currere: & ita in ſpecie aſſerit doctus Hiſpa.Xuar.allega.iii.vbi in princip.dicit id uidiſſe reſponſum in quodam cõſ.Pau.Caſtr.quod etiã tradit Curt.iun.neminem citãs,conſ.clxxxj. nu.5.& in fine conſ.idem probat Deci. conſil.ccccxlv.nu. 47.& cũ Dec.Rube.cõſ.lxxxiiii.nu.6.& Grat.conſ.xxj.nu. 37.& cõſ.cj.nu.42. lib.ii.& ita Lofred.Neopolita.conſi.x. nu.22.& Soci.nep.cõſ.cxxvj.nu.27.lib.j. Pariſ.conſi.xxiii. nu.199.lib.j.idẽ Pariſ.in c.cum non liceat, nu.18.in fi.de præſcrip.citans Anani.conſi.xlvj.quod etiam uult Iacobi. à S.Georg.neminem citans,in l.fi.ad.fi. C.qui admitt.idẽ vult Crot.in repet.§.diui.nu.146.& ibi Rip.n.116.& Loaz.nu.191.Claudi.& Alcia.ibi, ad fin.Balb.iiii.par.iiii.q. xii.in fi.nu.20.& ultra eos Bal.cõſ.ccxv. lib.ii.& in feuda lib.id uoluit Iſern.(quẽ plures ex ſup.citatis nõ allegant) & cum eo Math.Afflic.in c.j.§.quid ergo,nu.20.de inueſt. de re alien. Ex quibus patet hanc eſſe cõem ſententiam cõtra quàm eius immemor,loqui uidetur Cur.Seni.conſ. penul.col.iii.verſic.quia ad iſta. Ex quo etiam cũ iudicio legendus eſt Soci. conſ.xlvii. nu. 16.lib.iii. dum in bonis maioratus expreſſim concludit,longiſſimi tẽporis præſcriptionem locum habere, ſecurumque præſcribentem efficere:id enim ſecundum cõem opin.reſtringitur ad præſentem poſſeſſorem maioratus,nec extenditur contra ſucceſſorem cui ea præſcriptio non nocebit:& ita attentè legendus erit Tiraq. de primog. q.xxx. qui huius receptę opinio. meminiſſe debuit. In quo articulo aliud etiam eſt

50 ¶ memoratu dignum,quòd ea communis opinio fauens ſucceſſori maioratus procedit etiam ſi ipſe ſucceſſor hæres ſit eius, contra quem pręſcriptio completa fuit: quia tunc ceſſat ratio. l. ex qua perſona. ff. de regulis iuris. & l. cùm à matre. C. de rei uendicatio. vt probaui ſuprà, in iii.par.l. præceden.folio 145.columna iii.verſicul.limita. quinto,

quinto, is enim contra quem usucapitur, solum negligit, non verò contrahit, nec aliquid facit quod hæredem obliget. Et in terminis ita notat Rip. in d. §. diui, numero. 116. & ibi Alc. ad fin. Deci. & Rube. in consilijs supra allegatis: colligitur ex Fulgosio, & Iason. in l. quoties. C. de fideicommis. notat Paris. cons. xxiii. nu. 202. & 203. li. j. in quo
51 labitur Crot. in d. §. diui. nu. 146. versi. primus casus. Qua in re ultra supra citatos, est mirabile consi. Pau. xliiii. col. fi. li. ii. ubi in feudalib. & similib. inquit deterioris esse cõditionis filios eius qui expressim alienauit, uel tacitè: & ponit exemplum in eo qui patitur contra se usucapi: filios enim (non alios successores) perpetuò remouẽdos putat, ex alienatione vel præscriptione. Sed ne Pau. authoritas obstet attendendum est ipsum loqui qñ feudum erat eius qualitatis, vt possessor renuntiare vel disponere posset in præiudicium liberorum, quod regulariter non põt ad maioratũ applicari, cum in eo nullus possessor aliquid disponere possit contra successorem, qui non ab eo, sed a primo instituente capit: iuxta. l. unum ex familia. §. j. ff. de leg. ii. cum alijs, ut plenè deduximus suprà ad fi. iii. part. l.
52 præceden. dictis cauendum uidetur à Paul. in d. consil. Ex qua resolutione colligitur in proposito differentia inter præscriptionem & rem iudicatã: hæc enim ét in feudalib. & maiuratu, perpetuò excludit condẽnatum & eius successores, ut plenè & vtiliter probauimus supra in iii. par. l. præced. nu. 49. Hinc ét colligitur ex mente omnium, quos sup. citamus circa præscrip. eos velle, vt præscrip. reguletur secundum iura & regulas, quæ loquunt̃ de alienatione, ut sic accedat naturæ actus uoluntarij, qui successoribus in his negotijs non nocet: ut latè deduxi sup. in d. iii. par. & docet Pau. in l. factã. §. si hæres, nu. 2. in fi. versi. cum non fiãt. ff. ad Trebel. & ita plures ex sup. cuius in hoc artic. præscriptionis argunt ex l. alienationis verbum. ff. de
53 verb. sign. Sed ea ratio multorũ vera non est: neque enim d. l. alienationis uerbũ, rectè adducitur, ut sup. latè probaui, nu. 30. Et manifestè ea argumentatio non habet locum quando præscribitur contra ignorantem, ut frequentius contingit: tunc enim non potest argui, quod consentire vel

alie-

alienare uideatur. Nec etiam in hoc articulo præscriptionis, tutum est aliud fundamentum quo utuntur plures ex supra citatis, arguentes quod prohibita alienari (ut bona maioratus) vsucapi nequeant. Contrarium enim regulariter uerius est, imo prohibitionem alienandi non tollere usucapionem: ut plenè cum Bart. probauimus suprà nu. 25. Et ita patet in hac q. præscriptionis, à Doct. in fauorē successoris, nihil firmum adduci, præter regulam huius tex. & dic. l. j. in fin. de anna. exceptio, vt non ualenti agere non currat præscriptio, quæ etiam currere non solet ante actionem natam, secundum Bald. l. in rebus, col. ii. nu. 3. C. de iur. doti. Bar. & Paul. in l. pignori. ff. de usucap. glo. in l. sicut, verb. seruanda. C. de præscrip. xxx. anno. Balb. j.
54 par. num. 16. Cum autem bona maioratus & similia perpetuo familiæ relinquantur, iam patet ēt nascituros posterosq; in omne tempus uocari: vt ratio & usus indicant, facitque tex. in l. pronunciatio. xcv. §. familiæ. ff. de verb. sign. ibi, *nepotes & neptes, & deinceps:* & ibi, *omnes qui ex eadem domo & gente proditi sunt:* & ibi, *quasi à fonte quodam memoriæ*, notat Bar. in l. si cognatis in fi. ff. de rebus dub. Qua verissima consideratione attenta, necessario sequitur, in ijs rebus, ēt ex consensu tacito uel expresso uiuorum seu præsentium rem in perpetuum firmiterque alienari non posse: restant enim nasciturí quib. præsentes nocere nequeunt, iuxta suprà dicta: & leg. iii. de interd. & releg. & consequenter nunquam erit uerum dicere in alienatione uel usucapione harum rerum consentire omnes de familia, uel oēs quorum interest: cū res ultra uiuētes ad futuros extendatur: quod nō perceperunt plures grauissimi uiri ex suprà citatis: nec Bart. ipse in d. §. diui, numer. 22. quæstione penult. & ibi Alex. & alij, tradentes in hac re firmari alienationem consensu aliorum de familia. Et ita limitandum est quod aliquando legitur de ultimo familiæ: id enim procedit quādo intra certas personas uel certas generationes dispositio terminatur, non ubi in perpetuum confertur: quod memorabile est ad tex. in l. qui solidum. lxxx. §. prædium. ff. de leg. ii. cum ijs quæ ibi notantur: & per Ias. in dicto §. diui, ii. lectu. numero 82. Paul. consi.

conſ.j.lib.j.Iaſ.conſ.iiii.lib.j.& conſi.clxiiii.col.iii.lib.iiii.
55 Patet igitur ex ſupra adductis communem uideri opin. quod præſcriptio longiſſima in re maioratus uel feudi, noceat tantum præſenti poſſeſſori ipſius feudi, uel maioratus,non uero poſteris uel ſucceſſoribus : ut per multos ſupra citatos, maximè Iſern.& Afflict.numero 20.in cap. primo paragrapho quid ergo,de inueſtit.de re alien.Dec. dict.conſil.ccccxlv. numero 47.Pariſ.d. conſil.xxiii.num. cxcix. & numero 203.libro j.Balb.d.iiii.par.iiii.par.in fi. q.xii.principal.nu.20. Cuius opinionis aliqua fundamenta adducũtur,quę nihil faciũt, ad ea quę ſupra reiecimus: nec alio fulcitur ea opinio,niſi ex hac reg.nec ei,qui agere nequit currat præſcriptio , maximè ante actionem natam.
¶ Sed contra tot grauiſſimos patres ſuprà citatos , uidetur tendandum , quod habens titulum & bonam fidem in re maioratus,præſcribensque cõtra præſentem poſſeſſorem maioratus, ſecurus maneat etiam quoad ſucceſſorem eius,cõtra quem præſcripſit. Quod j.iuuatur ex rõne legis inducẽtis uſucapionem, quæ non minus militat hoc caſu,quam in alijs, ne dominia rerum ſint incerta:ne ẽt lites ſuſcitentur d.l.fin.ff. de uſucap.& denique ratio publ. util.d.l.j.ff.eo.tit. quæ ſingulorum utiliiati præfertur, ut ſup.deduxi. Maximè ii. cum in his ſubiectis reſtitutioni ſecundum cõem opin. requiratur longiſſima præſcriptio, nec breuior ſufficiat,ut diximus ſup.nu.22.& ſequen.poſt tempus autem lõgiſſimum execratur lex inquietare poſſeſſorem. d.authen. hæc conſtitutio innouat collationem octauam.Facit.iiii.nam Doct.in propoſito arguunt à multis quæ contra eos retorquentur:quod oſtendo,quia adducunt pro regul. quod prohibita alienari , prohibentur vſucapi.Sed nos ſuprà,nu.25. contrarium verius probauimus:idque numero 26.oſtendimus ſpecificè in re ſubiecta reſtitutioni: per tex.in l.Sticho.ff.de vſuf.legato.Iuuatur. iiii.quia ſiue dicas maioratum fuiſſe coſtitutum in cõtractu,ſiue in teſtamento,non eſt poteſtas in teſtatore,nec in contrahente , ad tollendam uſucapionem tertio habenti titulum & bonam fidẽ,ut ſuprà probaui. Facit.v.nam effectus & natura uſucapionis eſt reddere præſcribentẽ tutum

tum in futurum : l.j.& iii.ff.de vsucap. Ergo non tm̃ contra præsentem possessorem maioratus, sed ẽt contra successores: Iuuatur vi. quia ex cõi opi. hoc casu resultat absurdum. cum Doct. concedunt, vt pręscriptio effectum habeat contra præsentem possessorem, non contra successores: esset enim diuidere effectum præscriptionis, contra l. cum qui ædes ff.de vsucap. Facit. vii. nam concessa vsucapione contra possessorem maioratus, conceditur, præscribẽtem effici dominum rei: at dominium semel iure quæsitum, nõ potest sine facto partis offerri: vulgar. l. id quod nostrum, ff.de reg.iur.l. si quis.vi.§.differẽtia.ff.de acquir. posses. Nec uideretur decisio iurisprudentiæ consentanea præscribenti concedere dominium statim ei auferendum, contra.l.fin.§.fin.infr.cit.j. Probatur.viii.hæc opin. in feudalibus, authoritate gl.in c.j.§.præterea, de capit. Corra. dum enim gl. asserit in rebus feudi, dari præscriptionem. xxx.vel xl.annor. planè sentit effectum præscriptionis fore perpetuum, non tantum contra præsentem possessorẽ: ¶ quod Isern. Afflict.& alij non aduerterunt. Nec docto. sibi ipsis constare uidentur. dum eam gl. sequuntur: id enim nõ aliud est nisi fateri præscribentem securum manere etiã in successores eius cõtra quem præscriptio completa fuit: & regulariter opin. dict. glos. receptior est. ut dixi suprà nu ¶ mero 19. & eam securè sequitur Brun. consil. feuda. lxvii. numero 9. idem colligitur ex Balb. iiii. par. iiii. par. q. xii. principa. & ita Cur. sen. consi. lxxxii. col. prima. & sequen. ubi columna tertia. versi. quia, dicit hanc opinionem communem: & ita Chas. consi. iiij. numero 9. colligitur ex Panorm. in c. ad audientiam, & ibi Fely. numero 18. de præscrip. tradit vt receptum Molin. in consuetud. Paris. §. vii. nu. 8. fol. 109. Nec his aduersatur quod interdum notant aliqui exigentes in feudis præscriptionem centenariam, quia loquuntur secundum legẽ particularem regni Neapolit. quando agitur de præscribendo contra Regem: inter priuatos enim uel longissimam præscriptionem admittunt: ut per Afflict. decis. ccliiii. latius per eum in constitu. Neap. libro iii. rubr. xxxi. capitu. consuetudinem, folio mihi. 308. Sic igitur in feudalibus posset contendi con-

tra

tra quamplures, hanc opinionem uideri receptiorem ex gl.d.§.præterea,quę tam loquitur contra successores quã contra præsentem possessorem: quod apertè tradit Curt. sen.d.consil.pen.col.iii. ubi id minus dubitabile censet in præscriptione xl.annor. per l.omnes C.de præscrip.xxx. anno. Retenta autem hac opi.contra tot patres,reiectoq; argumento à feudalibus, respondendum restat ad principale fundamentum cõis opin. ex reg.huius tex.& d.l.j. de anna.excep.ne impedito agere & ante actionem ei natam currat præscriptio. Responderi autem posse videtur quod tex.hic,& d.l.prima.loquitur quando in initio ipsius præscrptionis datur tale obstaculum, pro vt hic in filio rei domino agere non valente: uel in muliere constante matrimonio.l.in rebus §.omnis.C.de iur.dot.& alijs similibus. & ubi lex resistit initio,magis impeditur effectus.l.j.& ibi Bart.numero 11.ff. de reg.Cato. At in feudalibus vel rebus maioratus præsens possessor cẽsetur dominus:ut probaui in secunda par.l. præce. numero 5.& conferendo ius suum ad spem successorum, longè plus habet præsens possessor quam quilibet futurus successor, ut constat ad sensum. Atq; ita nihil est quod obstet initio pręscriptionis,cuius finis à lege inducit firmnm perpetuumque effectum,ut præscribens securus reddatur contra præsentem possessorem:& inde cõtra successores,in consequentiã, ex natura usucapionis, & rõne legis,secundum sup.deducta. Nec nouum est, ut quod separatim & principaliter fieri nequit fiat in consequentiam,iuxta tex.in l.quædam.lxii. ff.de acqui.rer.dom.le.j.ff. de author.tuto.ex ijs coigitabã sustineri posse nouam hãc opinionem, quę doctis fortasse non displicebit.Diximus suprà ad limitationem & materiam huius tex.ex communi sententia, standum esse iuri canonico in materia præscriptionis,ut nullo tẽpore usucapi possit cum mala fide:per c.vigilãti,& c.fi.de præscrip.& ibi Docto. & ubique: & Alexand.ubi vide Molin.consilio xcix. libro iiii. Et ita hodie cessat etiam ius illud excipiendi quod resultabat ex præscriptione cum mala fide,secundum leges Imperatorem.l. si quis emptionis.§.primo,C. de præscriptione.xxx.annor. quod Iureconsulti non admit-

mittebant, exigentes ueram bonam fidem.l. nunquam. xxxi.ff.de usucapionibus. Sic hodie non usucapiet hæres sciens rem alienam, licet defunctus inceperit cum bona fide: abrogata regula lege secundæ, paragrapho si defunctus.ff. de usucap. pro empt. Sic etiam cessabit quod iure ciuili statutum erat, non nocere malam fidem superuenientem, si præscriptio incepit cum bona fide.l. unica. C. de usucapione transforma. nam scientia rei alienæ quocunque tempore ante completam præscriptionem, eam impediet.d.cap.fin.& ibi communiter Doctor.Paul.in le. nullo.C.de rei uendic.Balb.ii.par.iii.par. quæstione septima & octaua. Sic etiam cessabit quod plures notabant, iure ciuili posse incipere usucapionem cum mala fide, quando causa uel titulus erat cum authoritate rei iudicatę vel decreti.per textum quem Balb.ibi extollit, in l. & generaliter ff.de noxa.Paul.in l.prima, nume. 5.C.de acquir. possess.Id autem cessare attento iure canonico, necessario cósequitur ultra Doct.ex aurea doctrina tex.in l.obligatio-
57 nes quæ xxvi.ff.de action.& obligat. In hoc articulo præscriptionis quæ aliquando cum mala fide ab Imperatoribus permittebatur, iterum agendum est de intellectu. §. habeat, & totius constitutionis in authen.ut ecclef.Rom. colu.iii.Non dubito enim scriptores utriusque iuris sæpe lapsos fuisse circa eam constitut.aliasque Iustiniani in eo proposito.Diximus suprà nu.40.in d.auth. iniquum præsidium appellari præscriptionem malæ fidei: probauimus tamen principalem decisionem illius authen.loqui etiam in præscribente cum bona fide, & ratio.d.auth.licet solum tendat contra malæ fidei possessorem, indicat decisionem principalem procedere in omni possessore: idque receptius esse colligitur ex suprà adductis d.nume. 40. cum id exprimant plures ibi relati, nec negent alii qui rationem illius text.intelligunt in solo possessore malæ fidei, quod multi non percipiunt. Non nullis autem uideri posset d. authen.ut ecclesia Romana, loqui in solo possessore malæ fidei, ex uerbis d. §. habeat: quasi satis esset, cum ab aliis Imperatoribus præscriptio longissima admitteretur generaliter, etiam cum mala fide, Iustinia.id ibi tribuere ec-

clesiæ,ut nemo cum mala fide aduersus ecclesiam præscri
¶ beret,nisi per c. Sed mihi placet receptior interpretatio,
vt decisio.d.auth.fauens ecclesiæ procederet etiam in pręscriptione bonæ fidei, in qua propriè congruit fauor ille:
quod maximè suadet ex simili decisione.l.fin.C.de sacros.
eccl.vbi ét Iustinian. in eodem fauore ecclesiæ indistinctè
loquitur in omni possessore:facit vulg.regu.l..de pretio.ff.
de publica. Maior difficultas est circa d.authen.communiter enim intelligitur specialiter in ecclesia Romana, nó
in aliis ecclesiis:& ita vbique citatur in lecturis, tractatibus, & consiliis, quod facilè innumeris allegationibus ostendere possem,quas consulto omitto. Vnde etiam crediderunt plures quod eum idem Iustinian.in authen.hæc cóstitutio,col.viij.(se ipsum expressim corrigendo)generaliter contra ecclesiam admittat præscriptionem,xl.annorũ;
abrogato priuilegio præscriptionis cétenariæ,hęc nouior
decisio non procedat in ecclesia Romana, seu in his quæ
particulariter ad eius patrimoniũ spectant:quasi lex noua
generaliter loquens, non trahatur ad casum anteriori lege specialiter prouisum:iuxta doctrinam gl.in l.sciendũ ff.
qui satisda.cog.& in auth.offeratur.C.de lit. cótest. & ita
in terminis huius articuli tradit gl.in rub.d.auth.hæc constit.col.viij.Inde effectũ est ut Irnerius ordinator authenticorũ quæ lib.C.adiectæ leguntur, hoc ita intelligés post
d.l.fi.C.de sacros. eccle. adiecerit authen. quas actiones,
per uerba quę in alijs ecclesijs generaliter admittunt pręscriptionem . xl. annorum in ecclesia autem Romana solam centenariam . Inde etiam manauit,ut posteriori iurè
pontificio,eadem retenta opinione,expressim (quasi sine
dubio) referatur, contra ecclesiam Romanam non sufficere præscriptionem nisi centenariam,contra alias uerò sufficere quadragenariam,vt in cap. ad audientiam & ibi o-
¶ mnes,& in cap.de quarta,de præscrip.vt iam attento iure
canon.hoc in dubium trahi non possit. Ego autem contra
omnes non dubito uerius esse,Iustinian.semper in hoc æquiparasse omnes ecclesias, nec aliquid speciale tribuisse
ecclesiæ Romanæ:& sic intelligo contra glo. & omnes utriusq; iuris scrib.quòd in d. authen. vt ecclesia Romana.
priuile-

priuilegium illud centenariæ præscriptionis non indulgebatur specialiter ecclesiæ Romanæ, sed omnibus ecclesijs. Glos. autem & omnes decepti videntur ex sono uerborum.d.rub.loquentis de ecclesia Romana, omissisq; argumentis hoc ostenditur ex uerbis Iusti.in d.auth.§. quod igitur, quæ ita habent, *quod igitur nostra æternitas ad omnipotentis Dei honorem, venerandæ sedi summi Apostoli Petri dedicauit: hoc habeant omnes terræ, omnes insulæ totius Occidentis:* hoc etiam patet ex prin.auth.ibi, *in totas catholicas ecclesias.* & ibi, *& sit totius Occidentis, nec non Orientis lex propria ad honorem Dei conseruata:* & ibi, *nos sacrosanctas ecclesias:* & in d. §. habeat, ibi, *hanc legem catholicis totius Occidentis ecclesijs profuturam, & in orientales partes propagandam, in quas aliquid sacrosanctæ nostræ ecclesiæ possident.* Quibus uerbis manifestè oñditur ibi nihil specialiter concedi soli ecclesiæ Romanæ, vt scioli non obiiciant alia uerba eiusdem auth. inferius, quæ de Romana ecclesia loquuntur. Hoc ẽt satis patet ex eodem Iustini.in d.l.fi.C.de sacros.eccl. vbi idem priuilegium cẽtenariæ præscriptionis, ecclesiis cõcedebãt generaliter, non autem specialiter ecclesiæ Romanę: vt patet ex litera.d.l.per quã ita necessariò intelligitur constit. d.auth.vt eccle. Roma. quod mirum est scribentes nõ aduertisse. Eadẽ veritate retenta, post.d.l.fi.& post.d.auth.vt eccle.Rom.idem Iusti.in d.auth.hæc cõstit. col. viij. seipsum expressè corrigens.inquit, ꝙ post concessum ecclesiis illud priuilegium centenariæ præscriptionis, experimẽto cognouit esse illud reipub.perniciosum, multasq; inde lites suscitari, maximasq; difficultates. Vnde concludit abrogatis legibus suis, hodie generaliter contra omnem ecclesiam sufficere præscriptionem.xl.ann. Quæ veritas necessariò etiam conuincitur ex alia posteriore consti. eiusdem Iusti.in auth.de ecclesia.tit.coll.ix. vbi in §. pro temporalibus, securè & indistinctè habet, sufficere contra omnem ecclesiam, præscriptionem.xl.anno. Nec r̃ndeat quis eã nouiorẽ sanctionem non trahendam ad casum quẽ vocant specialem ecclesiæ Rom.id enim non patiuntur repetita & uniuersalia uerba tex.ibidẽ: sed ne tergiuersatiõi locus sit, hoc oñditur ex d.auth.post prin.vers. *ideoq;*, vbi loq

tur de Papa,& ecclesia Rom. in specie. Hoc aũt posterius bene sensit Accurs.in d.auth.quas actiones; in ulti.schol. vbi concludit ꝙ per d. Authen. hæc constitut. non distinguitur Romana ecclesia ab alijs. & sic ꝙ secundum Iusti. in posteriore constit.etiã cõtra ecclesiam Romanã admittatur præscriptio quadragenaria,quod probauit Petr. & bene sequitur Sali.ibi,nu.1.contra alios: imò contra omnes secundũ Bar.ibi. nu. 2.in quo uariauit gl.contrarium enim scribit in Rub.d.auth.hæc constit.nullibi autem gl. nec alius aduertit quod proximè diximus ad d.auth.vt eccle.Roma. semperq; putabat gl.& omnes in d. authenti. solum agi de ecclesia Romana,non de alijs:& inde dubitabant an generalis decisio. d.authenti. hæc constitu.colla. viii. traheretur ad casum specialẽ ecclesiæ Roma. in quo bene scribit gl.in d.authen.quas actiones;quòd d.authen. constitut.eundem casum cõpræhendebat:cũ Iustin.ibi dicat se corrigere constitutionem,quam nuper promulgauerat : quæ verba planè referuntur ad d. auth. ut eccle. Rom.nec est alia ad quam aptè referri possint: & ita manifestè ostenditur, ꝙ d.auth.ut ecclesia Rom.loquebatur etiam in alijs ecclesijs Et quocunq; modo loquetur,patet eam expressim abrogari per posteriorem constitutio. d. authen.hæc constitutio,quæ eam refert & corrigit,ut manifestis nõ sit opus coniecturis.Ex quibus verissimè(ni fallor(probatis , infertur vt seruata debita reuerentia summis Pontificibus,sacrosanctoq; iuri canonico , dicendum sit de iure ciuili ex nouioribus etiã cõstitutioni. Iustinia. nihil speciale in hac re tribui ecelesiæ Roma.imò omnes ecclesias in id æquiparari,& ita non solum d.authen.hæc constitu.sed etiam d.authent.vt eccles. Roma.pariter loqui in ecclesia Romana & alijs,vt sic priuilegiũ Romanæ ecclesiæ à summis pontificibus primò inductũ dicatur:cõtra omnes in ca.ad audientiam,de præscriptio.cõtra Bar. Bal. Albe.& omnes in d.authẽ.quas actiones. Infertur.ii. ꝙ d.auth.ut eccles. Roma.suo tempore pariter loquebatur in omnibus ecclesijs,nõ specialiter in rebus immediate ecclesiæ Romanæ : contra gl. & omnes in d.auth. quas actiones,contra Bal.in l.sicut,nu.18.de præscrip.xxx. an.

contra

cōtra Imp.in l.sequitur.§.si viam,nu.19.ff.de usuca.cōtra Iacobi.à S.Georg.in rub.ff.de rei uendi.nu.30.contra omnes vbiq; securè relatis à Balb.de præscript.j. par.v. par. in princ.à nu.1. vsq; ad nu.27. contra Ferre.in l.iii. nu.7. ff.de usucap.contra Boer.decis.xxxix.nu.7.& contra omnes vtriusq; iuris interpretes in uarijs locis. Infertur.iii. priuilegiū illud particulare Roma. eccles.probandū fore tantū authoritate iuris canonici:ex d.c.ad audientiā, cum similibus: & ita intelligendū quod Bar. presuponit in l.cū sponsus. §.in vectigalibus. ff. de publ.in rem actio. & alij quos citat Carol.Ruyn.cōs.cxcv.n.2.lib.ii.Infertur quarta,hinc constare cur Iustini.in l.fi.C.de sacros.eccle.in eo priuilegio nihil speciale tribuat ecclesiæ Roma. sed indistinctè loquatur de omnibus ecclesijs, pro ut in d.authen. ut eccle.Roma.id autem corrigi posteriore constitu.d.auth.hæc constit.à qua bene sumpta fuit prima pars.d.auth.

¶ quas actiones.Infertur.v.ꝙ d.l. fi.quoad præscriptionem centenariam de qua ibi, procedebat nō solum in relictis, donatione, & emptione, de quibus loquitur:sed etiam in omni actione ex quacunque alia causa. Idque necessariò ostenditur ex eodem Iustinia.d.authen.ut eccles. Roma. contra plures ibidem:quod inuoluit gl.ibi,in verb. centū: Bal.& Ias.& alij quorū aliqui tres casus,alij quatuor, alij plures ea lege cōtineri dicebant. Infertur.vj.rectè dixisse gl.in d.authen.quas actiones:& Saly ibidē, ꝙ Irnerius errore lapsus,adiecit vltimam partem tex.ibi,contra originale.d.authen.hæc cōstitu.in cuius rubr.gl.sibi contraria, cum alijs errauit:quæ omnia inter doctos ut nō vulgaria forsan commendabuntur,nō enim alibi de intellectu eorum iurium tam exactè tractatur. Inde etiam colligitur

¶ manifesta confessione Iustinia. in d.authen. hæc consti. ipsum aliquando leges suas alijs posterioribus abrogasse, vt comprobetur:quod scribentes notant in l. omnimodo. C.de inoffi.testam.per Iustinia.ibi sufficere pro forma testamenti aliquid relinquere filio , etiā titulo particulari, nō institutionis:postea verò nouiori sanctione contrariū decisum ab eodē Iustinia.in auth. vt cum de appellat.cognos.§.aliud quoq; capitulū: ubi institutio vel solēnis ex-

hæredatio requiritur. Sic Iustin. in multis legib. C. præsup ponit impuberem etiam infantem & posthumũ posse exhę redari: querelamq; necessariam esse, vt in l. si quis in suo. §. si legis. C. de inoff. testa. in l. cum quidam. C. de lega. in l. ma ximum uitium, ad fi. C. de libe. præter. Hodie autẽ ex cau sis necessariis ad exhæredãdum expressis ab eodem Iusti in d. auth. colligitur, posthumum & infantem exhæredari non posse, nec impuberem regulariter: secundum gl. & cõ munem opinio. in d. locis, quicquid aliqui contradicant, vt
58 plenius alibi tracto. Quibus explicitis restat vtilissimus difficillimusq; articulus, an in casu huius tex. & alijs, post completam longissimam præscriptionem, is contra quem vsucapitur, possit ex causa iustæ ignorantiæ aduersus præ scriptionem restitui: quem articulum dicit notab. & diffici lem Aret. consi. ciiij. & Soci. in l. cum filius §. in hac, nu. 8. ff. de uerb. oblig. & difficiliorẽ quam unquã uiderit Boer. decis. xxxix. Qua in re aliquid est diuersum in ecclesia & minore à maioribus & priuatis, ut inferius: plures etiã in hoc separant præscriptionem. xl. annor. à præscriptione xxx. in quo mirè uariant scrib. vt statim. Magis communi ter autem resoluere uidentur in præscriptione cẽtenaria nullam restitutionem admitti, ex iusta ignorãtia. Quoad præscriptionem. xxx. anno. nonnulli Bar. alij glo. tribuunt opinionem affirmatiuam, ut ex causa iustæ ignorantiæ, o- mnibus detur restitutio contra eam præscriptionem: citat- tur Bart. qui id apertè scribit in l. j. §. si quis propter. ff. de itin. actu. priua. per tex. ibi, quem Bar. & plures notant: & in specie Afflic. decis. cccxxix. nu. 6. & Couarru. c. possesso. iij. part. §. iij. col. ij. Citatur etiam ab Alex. Panor. & alijs ad idem gl. in l. si partem. ff. quemad. seruit. amit. & glo. l. j. C. de patr. potes. & gl. l. ij. ĩ fi. C. de iur. emph. sed hæc aliud vult, ut infrà nec gl. d. l. j. satis probat: glo. autem. d. l. si par tem, verbo. non utendo, melius id probat expendendo, q̃ æquiparat causam iustæ ignorantiæ, de qua ibi, causæ iu- stissimi impedimenti, de qua in l. & Attilicinus. ff. de seruit. rusti. præd. vbi in fi. ea restitutio conceditur. Est tamen ad uertendum, gloss. in d. l. si partem, (licet restitutionem cõ cedat) non loqui in præscriptione longissima, quæ tempo re

re illius l. cognita non erat:secundum communem senten tiam, vt supra diximus, nu.3. Vt autem prius constet quid in his receptius sit, non dubitatur communem esse opini. Bar. in l. j. §. si quis. ff. de itin. act. priui. vt ex causa ignoran tiæ detur restitutio aduersus pręscriptionem decem uel uiginti uel triginta annorum, & ibi est ampla additio Alexand. plures referentis: probat idem Alexand. in l. cùm filius §. in hac, numero quarto. ff. de uerborum obligationibus, vbi refert gloss. in dict. locis: & prius id fecit Roma. dicens opinio Bartol. communem esse, consil. cxlix. in fin. Eandem opin. sequitur & extollit Panormita. in c. uigilanti, num. 3. de præscripti. vbi Felyn. nume. 1. eam dicit communem: & ibi Paris. nume. 3. & Ias. in §. rursus, nu. 59. Institu. de actio. Eandemq; dicit communem Dec. cons. xxxvj. nu. 9. Couarru. in d. §. iij. nu. 1. latissimè Balb. de pręscript. iiij. par. iiij. par. vbi citat plura consi. Alex. pluresq; authoritates: & ita Boer. latissimè. d. decis. xxxix. & ita Pau. in l. fin. nu. 3. C. de long. temp. præscrip. idem Pau. in l. vnus ex sociis. ff. de serui. rusti. præd. Alex. & Moly. consil. lxxj. lib. j. Grat. vbi dicit communem, consi. xcj. nu. 55. lib. j. Alciat. lib. j. de uerbo. sign. Et quamplures citat Tiraq. de ratrac. ligna. §. xxxv. gl. iiij. nu. 35. & 36. Et opinionem Bar. ex ordinarijs amplè & ingeniosè defendit Socin. in d. §. in hac, nu. 8. col. iiij. cum tribus seq. & ita Soci. nep. consi. cxxviij. ex num. 147. lib. j. eandemque opin. dicit communem Afflict. lib. iij. feudo. titu. si de feud. fue. controuer. int. dom. & agna. ij. notab. nume. 12. & 4. notab. nume. 4. & ita cum Bar. iudicatum tradit Afflict. decisi. cccxxix. Contrarium uerò tenuerunt nonnulli magni nominis, imò quod pręscriptio firmum effectum inducat contra ignorãtem, adeò ut ex causa ignorantiæ, non detur restitutio: ita Bal. in l. prima, nume. 24. C. qui admit. Ancha. consi. clxx. nume. 3. Cuma. & Ange. quos referunt Alex. Soci. Fely. vbi sup. & ita contra Bar. Cur. sen. cons. lxxxij. col. ij. ad fi. Et hanc opin. magis probat Areti. consil. ciiij. Qua in re Ioan. Ine. in l. iij. §. si conditioni, nu. 126. ff. ad Syllani. inaduertenter intelligebat Bar. in longa præscriptione, non triginta anno. contra expressa uerba Bar. cuius opin. authorum numero

 longè

longè superior est, vt constat ex supra dictis, licet dubitanerit Iacobi. à S. Geor. in l. fi. col. pe. C. de tēpo. in integr. restitu. pet. Maior varietas est inter scribentes circa præscriptionem quadraginta annorum an aduersus eam detur restitutio ex dict. causa ignorātiæ? in quo articulo alij alijs: pluresq; sibi ipsis aduersantur, ut difficilè discernatur quę sit receptior opin. Bart. autem in d. loco solum loquitur de præscriptione. xxx. annor. Alex. variauit, ut pungit Fely. in d. c. vigilanti, nu. 2. in j. limi. & Bal. in d. iiii. par. iiii. par. nu. 3. & 4. variarunt etiam Dec. Soci. Gozad. Rube. ut tradit Aymon. Crauet. de antiq. iiii. par. nu. 187. idē consi. ccj. n. 34. Ob quam uarietatē inquit Couarru. vbi suprà vix dignisci, quid in hoc receptius sit: & ita ex conflictu opinionum fluctuat Bertran. consi. xv. nu. 43. & seq. in nouo uolu: Alex. etiā in dict. §. in hac, nu. 4. & Soci. ibi, ad fi. in hoc articulo magis dubitant quam aliquid firment. Vnde quo ad discernendū quæ sit in hoc receptior opin. separanda est præscriptio. xl. annor. à præscriptione. xxx. Et ita patet non rectè eas æquasse Tiraq. ubi supr. neque plures ex ijs quos citat ad concedendam restitutionē, id dicunt in præscriptione quadraginta annor. Cum autem Alex. & Soci. in lectu. dubitent, consulendo autem uariet, parum in hoc facit eorum authoritas. Nec satis firmat Fely. in d. c. vigilanti. Panor. tamen ibi, nu. 3. apertè vult etiā in præscriptione. xl. annor. procedere opinionem Bart. & restitutionem ex ignorantia dari: & ibi Paris. nu. 5. dicit hanc esse magis communem opinionē. Idem asserit Boer. d. decisi. xxxix. numero. 6. Soci. consi. lxxx. col. fin. lib. iii. & eandem opinionem magis probat Crauet. dict. lib. de antiq. vbi suprà, maximè ex num. 188. d. iiii. par. Et ita concludit Balo. dict. iiii. par. iiii. par. quæstio. xxix. numero 7. cum Imol. in c. fin. de præscrip. & ita Afflict. decisi. xxxvii. col. ii. & decis. cccxxix. quibus in locis omnino in proposito æquiparat has præscriptiones, & dicit ita fuisse iudicatum. Et ita Ruyn. consi. xxvj. ad fin. lib. j. & Loffred. Neap. consil. feuda. xvj. ad fin. & Syluan. consil. iiii. ad fin. & Rebuf. in constit. Galli. tom. ii. tit. de restit. art. j. numero. 26. pag. cxix. Horum autem præcipua ratio est in æquiparan

da

da vtraque longissima præscriptione: quia militat eadem ratio, nec est aliqua. l. quæ apertè tunc restitutionem neget. Contrarium vero non semel tenuit Alex. sibi contrarius ut sup. imò quod opinio Bart. non extendatur ad præscriptionem. xl. annor. & ita Soci. sibi contrarius consil. xxx. in fin. libr. iii. & consi. cxciiii. num. 6. lib. ii. ita etiam resoluit Dec. cõsi. xxix. Curt. seni. consi. pen. lib. iii. Soci. nep. consi. cxlix. & latius consi cxlv. nu. 77. lib. j. vbi diligenter tractat, & dicit hanc esse cõmunem sentẽtiam: idem consi. cxv. nu. 43. lib. ii. & Ioan. Dilec. de arte testand. titu. de acquir. hæred. cautè. viii. Couarru. in d. c. possessor. iii. par. §. iii. Gome. in §. rursus, co. iiii. ad fi. Instit. de acti. Dec. in l. ii. C. qui admit. Galiau. in l. ii. §. & harum, nu. 39. & ibi Alcia. nu. 72 ff. de uerb. oblig. Anto. Rube. consi. xcvii. Zoan. de reb. quotidia. capi. liiii. nu. 1. & ita Barb. & Gozadi. & Ias. in consil. relatis à Tiraq. d. §. xxxv. glos. iiii. nu. 7. Et sic uides miseriam iurisprudentiæ, ex tanta scribentium uarietate, non parum Reipub. perniciosa: horum autem præcipuum fundamentum est ex uerbis. l. omnes. C. de præscrip. xxx. anno. quæ geminatè inquit plenissimam securitatem parari ex præscrip. xl. annor. plenissima autem securitas excludere uidetur restitutionem in integrum, per ea quæ citant. Quam considerationem inquit Curt. seni. d. consi. pen. col. iii. cum magna lætitia vidisse, in consi. Alex. quem aureum Doctorem appellat: immemor quam variè in hoc loquutus fuerit idem Alex. nec memor illud fundamentum (quod magnificat) fuisse Bal. in l. fi. nu. 5. ad fi. C. tex. quib. caus. maior. quem refert Areti. ubi hanc partem magis probare uidetur. cõsi. ciiii nu. 3. & seq.

59 Hæc de numero authorũ non sine improbo labore: de iudicio autem, & electione, uerius puto, ut contra præscriptionẽ. xl. anno. non admittatur talis restitutio; ne offendantur uerba generalia & geminata, amplissimæ securitatis. d. l. omnes; maximè cum ea præscriptio non incipiat contra aliquem, nisi post pubertatem, ut in l. sicut. C. de præscrip. xxx. anno. & in nostro tex. in fin. Et sic longior sæpe manet quã eius uerba sonent: vnde post tantum tempus, perniciosum esset lites suscitare, vetustissimosq; possessores inquie-

inquietare:contra tex.in d.auth.hæc constitu. collat.viiii. Idq; mihi maximè comprobari videtur ex decisione iuris inducentis efficacem præscriptionem ex lapsu.xl. annorũ, contra ecclesiam.c.de quarta & c.illud de præscrip. & authen.de ecclesiastic.titu.§.pro temporalibus, coll.ix.Sed cõtra Bar.& cõem opin.etiã in prescriptione.xxx.annorũ, & in lõga pscriptione,veriorẽ puto opinionẽ Bal.& paucorum,quos suprà retuli, ut restitutio non detur contra præscriptionem,quod etiam probat gl.c.auditis, uerb.eccles. de in integ.rest.ad fi.ibi, *verius uidetur, quod contra præscrip. non detur restitutio, ne frustra, iura loquentia de præscriptione, sint statuta*:& hanc partem magis probare videtur Couarru.ad finem.dict.c.possessor. Pro qua opinione vrgent multa quæ adducit Ancha.dict.consi.quibus non satisfacit Soci.in dict.§.in hac,nec Fely.in dicto cap.uigilanti:nec alij sequentes opinionem Bar.Verè enim nimis vrget decisio & ratio.l.fi.C.de præscrip.long.tempo.vbi apertè ea præscriptio tam datur contra ignorantem quàm contra scientem: & tex.in auth.malæ fidei.C.de præscrip.long.temp. quod omnes agnoscunt, sed cauillando respondent, non ideò negari restitutionem, quod infr.reijciam.Obstat magis ratio eiusdem.l. quæ stare non uideretur, si restitutio admittatur,ibi, *nulla scientia vel ignorantia expectanda, ne altera dubitationis inextricabilis oriatur occasio.* Vrget.ii.ratio iuris inducentis vsucapionem ad bonum publicum, quod præferri debet vtilitati & causæ singulorum : vt sic effectus vsucapionis non rescindatur ex ignorantia partis: iuxta ea quę sup.deduximus.n.39.& seq.iij. facit quod uerè inquit Ancha.d.consi.si restitutio tunc concedatur,inania ferè reddi omnia iura quæ effectũ vsucapionis & præscriptionis tradunt, contra reg.leg.ii.C.commu.de lega.iiii. vrget quod uidemus in iure nostro, restitutionem dari absenti vel iustè impedito,& de ijs causis varia exempla tradi,nunquam verò de ignorante,mentionem fieri:ut patet ex l.j.cum sequentib.ff.ex quibus caus.maior.v.fortissimè vrget ponderatio. l. vnic. C. de vsuca. transfor. quam refert Soci.cauillosè respondens in d.§.in hac col.v. & eam tradit Paris.in d.c.vigilanti:uerba enim.d.l.in vsucapione

iure

iure completa, nullum recursum admittunt, ut patet, ibi, *nullis ad eas resematabatur regressus*: & ibi: *nescientibus dominis*: vj. Iuuatur hæc pars ex qualitate & natura rei: ius enim pro constanti habet eum contra quem vsucapitur, ignorare: & tamen vsucapionem admitti, ob rationes de quib. sup. Quæ euincunt ne contra tã solenně iuris decisionem restitutio detur: idq; satis probatur in casu huius tex. ubi pater omnia facit filio ignorante, & tamen præscriptio cũ suis requisitis admittitur. vij. pro hac parte posset nouè induci, quod probatur de iure canonico, in d.c. vigilanti, in fi. & alijs locis: vbi scribentes fatentur præscriptioně induci contra ignorantě: sed respondent quod dabitur restitutio sicut impedito. Quæ cauillatio nõ potest stare, si teneatur opinio eorum qui scribunt iure canonico potius nõ currere tẽpus impedito, etiam impedimento facti: nec esse necessariam restitutionem, ut sup. nu. 47. Ita enim eodě iure canonico ignoranti non curreret præscriptio, nec oporteret spectare restitutioně. viii. cõtra cõem vrget ratio, vt vitentur multa absurda quæ resultarent ex tali restitutione cõtra præscriptioně, maximè longissimã. facilimè enim deduceretur causa ignorantiæ, quæ etiã iure præsumitur, secundũ cõem allegationem. l. verius. ff. de probat. Nec erat vero simile quě pati rem suam vsucapi, si id sciret: quotidie igitur rescinderetur vsucapio & præscriptio frustratoriaque redderentur oĩa iura tã seriò trãctantia effectũ vsucapio. in infinitũque procederet illa cã ignorantiæ. Quæ absurda sequuntur necessario ex cõmuni opin. vt negare nõ possunt eam tenentes, Boer. d. decis. Aymon. d. iiii. par. de antiqui. nu. 196. & seq. Grat. d. consi. cxxv. ad fi. lib. j. & consi. xcj. nu. 54. eod. volu. & Zoane. d. c. liiii. in fin. ix. Probatur hæc opin. arguendo à repugnantia omnium Docto. in proposito: ipsi enim dicunt ignorantem restitui aduersus ordinariam & longissimam præscriptionem, darique quadriennium ad petendam restitutionem: illud autě quadriennium nunquàm incipere contra ignorantes, sed demum à tempore scientiæ: ut notat Bal. in l. falsam. C. si ex fals. instrum. & est recepta opin. ex Pano. in c. j. in fi. & ibi Fely. nu. 9. de præscrip. extollit Alex. consi.

lxix.nu.6.lib.iii.& in conſ.lxxxi.in fi.lib.v.Balb.d.iii.par. q.xxix. ad fi.Dec.conſ.xxxvi.nu.9.Areti.conſ.xv.ad fi.Soci.nep.conſ.cxxviii.nu.169.lib.j.Iacobi à S.Georg.in l.fi. nu.7.C. de temp.in integ.reſtit.Hyppol.ſingu.ccccclxxii. Iaſ.in §.rurſus,nu.74.Iuſti.de acti.Rube.conſ.xcviii.nu.3. & alibi ſæpe ſcribentes, vt tradit.Tiraq.d.§.xxxv.gl.iiii. nu.43.& Couarru.ubi ſup. ſecundum quod nec lapſus centum annorum, nec immemoriale tempus ſufficeret contra ea quę dicunt idem Doct.non aduertés quam ſibi ipſis repugnent.x. impugnatur cōis opin. quia ſecundum prędicta ex cauſa ignorantiæ, ita poſt longiſſimum tempus reſtitueretur quilibet priuatus, ſicut eccleſia,in qua in minore Doct. ipſi inaduertenter dicunt eſſe longiſſimum tēpus præſcriptionis detur reſtititutio: ut per gl.in auth. quas actiones,verb.excludnntur,& ibi Iaſ.nu.33.eam dicit communem opinionem, & Dec.d.conſi.xxix.& conſi. ccclxxv.ad fin.Soci.nep.conſ.lvi.col.fi.lib.ii. Roma.conſi. cxxiii.numero 4.Dec.conſi.xxxvi.nu.9. Afflict.in conſtit. Neap.lib.iii.rub.xxxi. in fi.& ſaltim ex cauſa ignorantiæ par ius eſſet priuati & eccleſiæ; ut colligitur ex Areti. conſi.xv.ad fin.Tandem hæc opinio contra Bart.communem magis fundatur reijciendo reſponſionem,qua utuntur Bart.Alex.Soci.& oēs ad iura clariſſima,quæ habent, præſcriptionem perfici contra ignorantem:maximè d.l.fi. C.de præſcrip.long. Ipſi enim reſpondet ex verbis præciſis & generalibus non excludi reſtitutionem,tanquam remedium extraordinarium,per gl.l.poſtquam liti,verb nulla.C.de pact. Qui reſpondendi modus non ſolum cauilloſus eſt, legemq; e verbis non rebus impoſitam redderet, ſed etiam manifeſtè corruit ex uerb.dicta l.omnes,C.de præſcrip.xxx.anno. Magisque reijcitur attento quod doctrina gl. in d.l.poſtquam liti. & alia quæ de reſtitutione adduci poſſent, procedunt quando lex loquitur generaliter de aliquo actu, contra quem neminem admittit: tunc enim ea generalitas non excludit reſtitutionem minoris, uel aliam in iure expreſſam, quia l.tunc manet vtilis & efficax regulariter in omnibus alijs: nec iuris ratio patitur, ut uerba generalia excludant beneficium alibi in

iure

iure ſpecialiter conceſſum:iuxta glo.celebrem in l.tertia C.de ſilentiar. At in dicta l.fin. & in noſtra materia indiſtinctè approbatur præſcriptio contra oẽs,etiam ignorantes,& contra eccleſiam,& contra eos qui minores fuerũt, & qui olim agere non poterant:eum moderamine tamen vt præſcriptio non incipiat niſi poſt pubertatem, poſtquã agere poteſt is contra quem uſucapitur : ut in noſtro tex. & in alijs de quib. ſuprà.Poſt quæ omnia ſi ad huc ex cauillationibus ſcribentium daretur reſtitutio qua reſcinderetur præſcriptio, inania redderentur ipſa iura,quatenus de præſcriptione contra ignorantes loquuntur : non enim omiſſum cẽſeri poteſt id quod ſpecificè exprimitur, & ita retorquetur argumentatio ex glo.dicta l.poſtquàm liti.Nec obſtat tex. in dicto paragrapho ſi quis propter l. j.ff.de itin.actu.priua.& alia iura quæ pro communi opinione adducuntur:non enim loquuntur de ignorante,ſed de impedito iuſto impedimento: ut fatetur Soci.in d.§.in hac,numero 8.ad fin.cui addo qnod tex.in dic.§.loquitur tantum de eo qui unico anno iure ſuo non vtuntur propter ineuitabile impedimentum,uereque non loquitur in præſcriptione:nec eſt par ratio tam breuis temporis, ad longum uel longiſſimum.In tempore namque unius anni, uel alio ita breui,ceſſant abſurda & incõmoda quæ reſultarent ſi longi temporis uſucapio reſcinderetur. Ideoque apud ſcribent.receptum uidetur, ut tam modicum tempus ignoranti non currat: quod ex multis tradit Tiraq.d. §.xxxv.gl.iiii.num.22.Ex his (quorum plura noſtra ſunt) probabilior & Reipu.utilior uidetur opinio contra Bartolum & communem, ut ex cauſa ignorantiæ non detur reſtitutio aduerſus præſcriptionem iure completam : ne aliter inextricabilis cõfuſio odioſaque litium occaſio reſultet, contra d.l.fin.C. de long.temp.præſcrip.& l.fin.ff. de uſuca.pro ſuo : contra tex.notabi.in authen. hæc con-
60 ſtit.col.viii.contra rationem l.vi.ff.de excep.rei iudi. Retenta autem oipnione Bart. & communi, ut contra præſcriptionem detur reſtitutio ex cauſa ignorantiæ,reſtringenda eſt aliquibus modis, per Felyn.in d.c.vigilanti, & Balb.in d.q.xxix. maximè cum Ino.quem referunt,quod igno-

ignorantia tunc debet esse iusta & probabilis:& ita Alex. ad Bar.in d.§.si quis propter : Alex. & Soci. in d.§.in hac: Paris.in d.c.vigilanti. nume.6.Boer.d.decis.xxxix. ad fi.& ferè oēs in locis sup.citatis:Roma. & alij quos citat Deci. cons.cclxvi.in fi.& in l.ii.C.qui admit.Præcipuumq; iustæ ignorãtiæ exemplum traditur in hærede, vel alio successore, si in hæreditate documenta iuris sui non extent : ex vulg.l.qui in alterius.ff.de reg.iur.ut per Alex.& Soci.in d.§.in hac:& Afflict.decis.xxxvii.nu.2.Grat.consi.cxxv.n. 5.lib.j.alias non excusaret ignorantia,si adhibita diligentia posset rei notitia haberi secũdum Doct. vbi supra Areti.consi.xv. ad fi.plenè Tiraq.d.§.xxxv.gl.iiii.nu.33.facit tex.in l.quibus diebus.ff.de conditio.& demonstr. Ex quo infertur, ꝙ cum ignorantia hoc casu debeat esse iusta & probabilis,nõ sufficiat dubitatio:licet alibi dubius & ignorans æquiparentur.l.fin.C. de condi.indeb.l.fin.§.j.& ibi Bart.C. de furt.bonus tex.in l.scriptus.ff.de Carbon.edic.

¶ Infertur etiam ex supra dictis, contra ferè oēs supra citatos, quo ad causam ignorantiæ non esse speciale ius in eo qui minor fuit,cum præscriptio longi vel longissimi temporis non perficiatur nisi multo post quàm is effectus est maior. Infertur etiam,communem opinio.tutius procedere, qñ in vsucapione contra ignorantē ageretur de actione personali : puta alicuius legati vel debiti,cuius notitiã non habuit is cui soluendum erat,quia tunc usucapiens verè non habet causam seu titulum usucapiendi,nec militat tunc ratio tuẽdi antiquum possessorem.l.litibus.C. de agric. & censit. Multò tutius procedet communis opin.qñ soluere debens, non haberet iustam ignorandi rationem: puta si hæres habens penes se testamentum:non præstiterit in eo relicta: tunc enim iniquè se præscriptione tueretur,neque condemnationem vitaret ob præsumptam malam fidem: ex Panor.consi.xix.ad fin.lib.ii.facit l.qui cum tutoribus.§. qui per fallaciam.ff. de transactio. Tiraq.§. xxxv.gl.iiii.nu.29.

¶ Ex quo nouè & eleganter sustinebitur glo.penul.in d.l. si partem.ff.quemad.serui. amit.dum intelligit tex.ibi,qui loquitur in relicto ab hærede præstando,quod legatarius ignorabat:vnde nimirum si in ea spe-

cie ius legatarij saltem restitutione seruetur, quod Doct. non aduertunt. Tandem ex supra dictis infero neminem ex scriben. rectè accepisse gl. quam pro communi opin. ci¶ tant (vt supra) in l. secunda, in fi. C. de iure emphyte. dum excusat hæredem emphyteotæ, qui iustè ignorans qualitatem rei, nõ soluit debitam pensionem: id enim propriè nõ est restituere contra præscriptionẽ. Nec tunc militat præcipua ratio inquietandi vetustos possessores, cùm idẽ hæres possideat: nec offenditur ratio. l. prima, ff. de vsucap. & l. fina. ff. de usucap. pro suo: satisq; est hæres emphyteotæ postquàm nouerit rei qualitatem, præteritas pensiones soluat: in quo glos. est communiter approbata, secundum Ias. ibi, nume. 184. & dicta l. cum filius. §. in hac, numero 7. ff. de verb. oblig. & ibi Alex. & Areti. consilio ciiij. col. j. Et de his hactenus ad decisionem huius authen.

SVMMARIVM.

1 *Ex hac. l. ij. colligitur ampliatio ad l. 1. sup eodem.*
2 *Ex eadem l. declaratur prohibitio alienationis, vt hypothecam compræhendat.*
3 *Expenditur litera ad aliud, quod tractatur in l. 1.*
4 *Ex litera agente de successione ex testamento, & ab intestato aliqua inferuntur.*
5 *Agitur de intellectu. l. iij. §. de illo. ff. pro socio & l. lege obuenire. ff. de verborum signifi.*
6 *Reijciuntur scriptæ interpretationes ad ea iura, probatur que contra Alcia. Bud. & plures, non esse differentiam inter iustam & legitimam hæreditatem, vsque ad nu. 8.*
9 *Infertur ad vtilem. q. de emphyteosi accepta pro se & suis heredibus, vel pro se & legitimis & nu. 10. & adducuntur alia vtilia in simili, vsque ad nume. 12.*

1 HAEC l. ii. ampliat decisionem. l. j. ut ibi dixi in j. par. num. 68. probat enim, quod ibi statuebatur in bonis à matre venientibus, locum habere in bonis uenientibus ab auo uel auia, pro auo uel pro auia, lineæ materna: ut in eis pater solum usumfructum habeat, aliena- 2

re,

re, autem nequeat. Quæ extenſio tempore huius. l. neceſſaria erat ſecundum Bald. & alios hic, quod latius probaui in d. loco: ubi etiã ex l. alia deduxi pro recepta ſenten-
2 tia contra aliquos. Ex litera huius. l. ibi, *alteri obligare*, colligo, hic expreſſim probari quod trado, in tertia parte l. primæ, nu. 18. dum iura prohibent, ne pater alienet aduentitia filiorum, verbo alienationis, comprehendi pignus & hypothecam: ut ſic in propoſito ceſſent, quæ antiqui & nouiores cõtrouertunt ex l. in quorum, ff. de pignor: cum
3 l. fi. C. de rebus alien. Colligo etiam ex litera huius. l. ibi, *donatione, vel alio titulo largitionis*, hic apertè probari, quod contra aliquos annotaui in tertia part. l. j. fol. 128. verſ. infertur. xxix. uerè & propriè liberalem donationem appellari, quę liberis ſeu deſcendentibus ſit, nec minus donationẽ appellari eo quòd ſucceſſio bonorum neceſſariò eis à lege poſt mortem donantis deferatur: quod ibi elegan-
4 ter tractatur. Habet etiam hęc l. non eſſe in propoſito differentiam inter ſucceſſionem ex teſtamento, uel ab inteſtato. Ex quo ornatus & utilitatis gratia infero ad intellectum & conciliationem tex. in l. lege obuenire. cxx. ff. de verb. ſigni. cum l. iii. §. de illo. ff. pro ſocio: in quibus cõciliandis torquentur ſcriben. Vlpianus enim inquit, *lege obuenire hæreditatem non impropriè quis dixerit etiam eam quæ ex teſtamento defertur: quia lege: iij. tab. teſtamẽtariæ hęreditates confirmantur.* Paul. autem in d. §. de illo. ſpeciem proponit, in hęc verba: *de illo quęritur: ſi ita ſocietas coita ſit, ut ſi qua iuſta hęreditas alterutri obuenerit, communis ſit, quæ ſit iuſta hæreditas, vtrum quę iure legitimo obuenit, an etiam quæ ex teſtamento? Et probabilius eſt ad legitimam hęreditatem tantum hoc pertinere.* gl. autem. in d l. lege obuenire: ſcribit, ibi regulam: in d. §. particularem cauſam tradi: quę interpretatio nullius momenti eſt quum difficultatem non tollat, nec exprimat cur deciſio. d. §. deuiare videatur à regula dictę. l. Iaſ. verò Deciſ. Curt. & nouiſſimè Cagnol. nimis circa ea iura laborant in le. vnica. C. quando non peten. par. de quo etiam agunt Alc. & Bellon. alijque ſtatim ci-
5 tandi. Alber. autem in dict. l. lege obuenire, diſtinguit inter diſpoſitionem legis, & hominis, ut in priori procedat regu-

regu.dict. l. & legitima uel iusta hæreditas dicatur etiam ex testamento:in secunda strictius intelligatur de ea,quæ tantum ab intestato defertur:& ita procedat decisio.ad.§. quod sequitur Ias.in d.l.vnica.nume.8.Sed Deci.ibi in vtraque lectu.acriter hoc impugnat,& Alcia. in dicta.l.lege obuenire,& lib.iiij.Parad.capit.septimo.Crebrius autem intelligunt & conciliant scribent.vt Vlpian. in dict.l. loquatur secundum latiorem significationem,& quasi per extensionem,Pau.autem in dict.§.loquatur magis secundum propriam & strictam significationem, ut per Deci. Cur.in dicta.l.unica,& ibi hoc dicit receptius Hiero.Cagno.& Bellon.lib.tertio,supputa.capitu.vij. quod tradunt Bar.& Fulgo.in d.§.de illo : & ante eos omnes notauit gl. (quam omittunt) in l. legitimam viij.ff.de petitio.hæreditat.ex quo posset magis impugnari differentia Alber.& Ias.inter dispositionem legis & hominis.verba enim legis magis accipienda uiderentur secundum propriam significationem,uerba autē hominis facilius trahuntur ad abusiuam significationem .l. non aliter. §.primo .ff.de legatis tertio.Ego puto uerum quod glo.Bar.& communis traditio habet,ut in d.§.de illo,decisio consonet propriæ significationi : nec tàm propriè iustam uel legitimam hæreditatem appellari ex testamento:nec obstat quod aliqui obiiciunt ex uerbis Vlpia.in dicta l.ibi,*non impropriè*.cui obiectioni satisfaciumt Deci.Curt.& Cagno. vltra quos obseruari potest ex multis legibus illius titu.de uerbo. signifi. ibi non semper tradi propriam strictamque significationem,quod in specie probaui in auth. præceden.ad l.alienationis uerbum.ff.eodem. Sed illa communis resolutio (uerum continens)non tollit difficultatem,nec aperit cur Vlpia.& Pau. in eadem quæstione uerborum diuersimode respondeant : adhuc enim manet hæsitatio cur alter iuxta latiorem significationem , alter iuxta magis pro-
6 priam respondeat.Vnde Alci.in d.l.& d. c.putat longè aliter ea iura intelligenda,& scribentes ex imperitia linguę latinę non percepisse sensum iurecōsultorum in dictis locis,resoluit igitur,differentiam esse inter iustam,& legitimam hęreditatem,& Paulus in d. §. tantum agere de iu-
 sta,

sta, Vlpia. autem in dicta l. agere de legitima: contenditq́; uerbum, iustam habere emphasim, tantumq́; referri ad id quod ex omni parte iustum sit: legitimum verò dici quod etiam non omninò iustum est: quod etiam uoluit Guiliel. Bud. & Costal. in Annota. dicto §. & neminem citans Ripa, in l. ex facto. §. fina. nu. 10. ff. ad Trebelliá. sequitur Couarru. in rubric. de testamen. fol. 2. nume. 5. Sed eam uerborum differentiam, uel potius cauillationem prorsus falsam & reiiciēdam probaui olim in hac insigni Academia Conimbricensi, idq́; inter mille positiones (quas publicè sustinui) typis excussum edidi anno. M. ccccxlv. posteaque eandem differentiam bene improbatā legi apud Bellon. in dict. cap. & Cagno. in dict. l. vna. Ad decisionem enim casus occurrentis ineptum erat adhęrere tam captiosæ differentiæ, cùm magis attendi debeat qualitas negotii, mens loquentium, & usus loquendi secūdum regulas iuris. Nec erat iuridicum dicere, quòd hæreditas ex testamento non possit appellari iusta, vt ab Vlpiano appellatur legitima, repugnat enim manifestè l. j. C. de sacr. eccl. imò successio ex testamento sæpius ex iudicio & meritis est magis, quàm delata ab intestato solo respectu sanguinis, quod aptè comprobatur ex elegantissimis uerbis Valer. Maxi. in procem. lib. iiij. cap. vij. *Contemplemur*, inquit, *amicitiæ vinculum potens & prævalidum, nec vlla ex parte sanguinis uiribus inferius: hoc etiam certius & exploratius, quia illud nascendi sors fortuitum opus, hoc uniuscuiusque solido iudicio incoacta voluntas contrahit.* Cōtra Alc. Bud. & alios, multa iura expendi possunt, circa verbum, *iusta*, ne illam emphasim habeat quam ipsi fingunt: idemq́; omninò importet quod uerbum legitima. Id autem probatur ex Vlpia. in l. cum filio. xlviij. in fi. ff. de leg. iij. vbi iusta ætas appellatur ea quæ passim in iure legitima dicitur. Sic iusta possessio apud Iabolenum pro ciuili ponitur. l. quod seruus. xxiiij. ff. de acq. posses. Sic iustus filius apud Caium pro legitimo seu adoptiuo. l. ij. ff. de adopt. & pro legitimato. l. cum quis. C. de natur. libe. Sic apud Iulianum iusta interpretatio pro legitima, non omninò perpetua. vt in l. iusta. ccj. ff. de uerb. sign. Sed fortius apud Vlpian. iusta uxor dicitur,

citur,quæ solo rescripto principis uxor sit,refragante lege,& dissuadente honestate:vt patet ex l.si senatori.xxxj. ff.de rit.nupt. Sic in iure nostro iustum appellatur, quod extrinsecus formam solennẽ habet,licet ob iniquitatẽ rescindi possit.l.si ciues.C.de appell.Et ita necessariò accipitur apud I.C.in l.j.ff.de testam. & in l. iustè possidet. ff.de acquir.possess.de quo uerbo alia tradit Mantua enchyrid. cap.ccxlix.Sed interpretatio Alcia.Bud. & aliorum manifestè confunditur ex eodem.§.de illo:cuius uerba si aduertissent, nunquam eam interpretationẽ scriptam reliquissent:ex uerbis.n.illius tex.sup.relatis constat, quæstionẽ vel casum proponi per uerbum,*iusta*,& dubitari quæ tunc dicatur iusta hæreditas:I.C. verò respõdere ea uerba excludere successionem ex testamento,ad solamq; legitimã hæreditatem pertinere.Et sic patet ibidem omninò æquari iustam & legitimam hęreditatem,& manifestè significari,idem respondendum si conuẽtio ibi fuisset de legitima hæreditate communicanda:quod sentit Deci.cons.cclviij nume.8.colligitur ex Bar.& aliis in l.iij.ff.de lega.j.sentit Iacobi. à S. Georg. in l.si arrogator,nu.11.ff.de adoptio. Et ita reiicitur interpretatio Alci.Bud.Ripæ, Costal.quã etiam probabat Hubertin.in l.fina.nume.152.C. de edict. diu. Adri. toll. Nec teneri potest alia interpretatio Hubertin.Zuchar.in d.l.fin.C.de edict.diu. Adri. toll.nume. 150.dum intelligebat.dict.§.de illo, specialiter procedere in contractibus, quod ridiculum uidetur, cum in conuentionibus frequentius eadem interpretatio sumatur, quæ sumitur in alijs dispositionibus.Nec erat diuinandũ, quod traditio Vlpiani in d.l.lege obuenire, scripta fuerit non pro contractibus, sed pro alijs dispositionibus: quod
7 magis suadetur & cõuincitur ex statim dicendis. Reiectis igitur scriptis hucusque interpretationibus,uerius intelligendum uidetur,nullam esse contrarietatem in illis iurib.Vlpianumq; in dicta l.tantum loqui delatiori significatione uerbi, quasi inter peritos ita possint accipi uerba illa,*iusta vel legitima hæreditas*, non uero ut inde inferatur ad decisionem causarum,de qua re agit Paul.in d. §. Sic enim uidemus apud Vlpia. nomen filiarum sine dubio in

posthumas cadere, ut in l. nomen filiarum. clxiiii. ff. de verbo. sign. Hoc autem quoad vim uerbi, cæterum in decisione casus occurrentis, in relicto filiabus regulariter non comprachendi posthumas, tradit idem Vlpia. in l. qui filiabus, secundum communem intellectum ff. de lega. j. Quo genericè præmisso, magis in specie ad ea iura dicendum est, verum esse quod magis cõiter tradunt gl. & Doct. ubi suprà ex stricta & magis propria significatione, legitimã uel iustam hæreditatem intelligi, quæ à sola lege ab intestato defertur: latiori autem significatione, & qua extensiuè legitimã hæreditatem dici ex testamento, vt benè probãt Dec. Cur. & Bellon. ubi suprà maximè ex ratione Vlpia. in d. l. arguentis à confirmatione legis. Quo significat successionem testamentariam nõ immediatè nec omnino propriè à lege descẽdere, sed tm̃ ab ea confirmatam fuisse: iuxta. l. verbis. cxx. ff. de verb. signifi. de qua agunt repeten. in rub. ff. de lega. j. Possetque ea confirmatio legis nouæ expendi, ad id quod tradit gl. in l. illa institutio. xxxii. ff. de hære. instit. vt scilicet necessaria fuerit confirmatio successionis testamentariæ: quia de rigore, dispositio testatoris irrita uidebatur, cùm de bonis disponat, conferendo voluntatem ad tempus inhabile, nempe post mortem, quo iam nullum ius in bonis habere potest: tradunt Ias. & Dec. in rub. C. qui testa. fac. poss. quod authoritate Ezechiel. (quem malè citat) probabat Loriot. de aditione, axiom. vii. de quo aliter Vigl. in §. sed prædicta, num. 12. Institu. de testam. Ad Paulum in dicto §. de illo, verus sensus colligitur, eo quod ex verbis conuentionis apertè significabatur, cõtrahentes noluisse, ut omnis hæreditas cõis esset. Si enim id uoluissent, conuenissent per verba vniuersalia, *omnis vel quęcunque hæreditas*. vel saltem per indefinita, *vt hęreditas alterutri obuenien communicetur*. Contrahendo autem per verba illa qualificata, *iusta vel legitima hęreditas*, planè significant, non omnem hæreditatem communicandam, sed eam tm̃ cui qualitas illa iustæ uel legitimę hæreditatis cõgruere: iuxta reg. vulg. l. cum prætor. ff. de iudi. c. non ne, de præsump. Ideo in d. §. I.C. memor eiusdem traditionis, quæ habetur, in d. l. lege obuenire: inde su-

sumit rationē dubitandi, qua non obstante respondet in ea specie, conuentionem intelligi tantum de hæreditate legitima seu ab intestato. Quia licet ex vi uerborum posset comprahendi hæreditas ex testamento, præualere in contrarium debet vero similis mens contrahentium collecta ex qualitate conuentionis, ut proximè colligendum ostendimus. Quod ét comprobatur, quia cum ex conuentione constabat, contrahentes à communicatione aliquã hæreditatē excludere voluisse, necessarium fuit ex propriori significatione verborum excludere hęreditatem testamētariam, quę non tam propriè, nec immediatè à lege est. Nec solum ex hoc iustificatur decisio. d. §. sed ēt ex frequentissimo iuris usu, quo sępissimè uidemus legitimã hęreditatē accipi tm̄ pro ea quę defertur ab intestato, & ubique proponi ut diuersam à successione ex testamento: ut tradit Cast. in l. si ita quis. §. ea lege, ad fi. ff. de verb. obl. patetque ex innumeris iuris locis. ff. & C. de suis & legit. hęred. ff. & C. de testam. & legit. tutel. ex l. illud. lxxvi. ff. de acquir. hęred. ex l. si quis ita hęres instituatur, si legitimus. lxxxii. ff. de hęred. instit. ex l. qui fundum lxxxvi. §. q. filios. ff. ad leg. Falcid. ex l. mater. decedens. ff. de inoff. testam. ex l. in arenam. C. de inoffi. testam. Idemq; colligitur ex Cornel. Tacit. li. xviii. pagi. mihi. cccclxxix. ubi successionem ex testam. ut diuersam ponit à legitima successione. Prudentissimè igitur I. C. in d. §. de illo, ad quęstionē respondet ex magis propria signific. verborũ, ex vero simili mente contrahentiũ, ex vsu iuris, quo inualuit ea verba tm̄ accipi pro hęreditate ab intestato. Inde enim aptissimè colligitur mens loquentium, iuxta tex. notab. in l. in conuentionibus. ccxix. ff. de verb. sign. & vulgarem regu. l. librorum. l. §. quod tn̄ Cassius. ff. de lega. iii. Multa enim ex vi verborum possunt cōpręhendi, quę excluduntur ob defectũ intentionis: ut probat tex. & ibi Bart. in l. Quintus xxix. §. j. ff. de aur. & argen. lega. l. si quis ita xvi. §. si quis cũ ff. de testam. tutel. ibi, *quia de ipso non sensisset:* & ibi, *licet nomen filiorũ ipsum nō admittat.* Hęc sunt quę magis probanda existimaui ad ea iura. Est aũt notabilis decisio. d. §. de illo: secundum Bald. ibi, melior de iure secundum Ias. in

d.l.vnic.nu.4.C.qñ non peten.par.& Benedict.in c.Raynu cius,verb.& uxorem nomine,nume.74. plures enim contrarium eo casu responderent. Et fortasse si talis conuentio hodie vulgari sermone fieret, contrarium iudicaretur ex usu loquendi,qui præualet,vt suprà.constat.n.inter homines legitimam uel iustam hæreditatem nõ distingui ex causa testati uel intestati,sed accipi pro ea quæ absq; fraude defertur,quod vulgo,de bono titulo,appellatur.Vnde secundum loquendi usum,quem iura obseruari iubent, ui deretur absq; offensione Iureconsulti in d.§.de illo, iudicandum,vt in tali specie hodie compræhẽdatur quæcunq; hæreditas etiam ex testamento sine fraude obueniẽs. Decisio autem.d.§.de illo,eleganter intelligitur ex Bar.in l. iij.nu.3.ff. de lega. j. vt legitima uel iusta hæreditas in ea conuentione,intelligatur etiam testamentaria,quando in testamento uocantur qui ab intestato successuri erãt:quæ sententia receptior est secũdum Alex.& Ias. ibi, quicquid refragentur Aret.& alij:& cum Bar.Deci.& Curt. in d.l. unic.Et pro Bar.urget gl.in l.pater.xxxvj.§.Iulius.ff.de lega.iij.recepta ut per Ias.in §.diui,in prima lectu. nu. 102. ff.de lega.j.Solet aliud colligi ex d.§.de illo, ad limitandam regu. prohibentem pactum de hæreditate uiuentis: vt per Dec.& purpur.latius Cagno.in l.fi.ex nu. 53. C.de
9 pact. Ex prædictis autem inferunt Ias.Dec.Curt.in d.l.unic.C.quan.non peten.par.& nouiores vbi sup. ad q. emphyteosis concessæ alicui pro se & legitimis hæredibus. Consuluit enim Alex.Imo.tunc uenire proximiores quibus successio defertur ab intestato,quasi nullo modo admittantur extranei ex testamento:vt per eum cõsi.lvj.nu. 4.lib.ij.ubi principaliter citat d.§.de illo.Et cum Alex.est Ias.in d.l.unic.nu.5.& ibidem Curt.qui,nu.11. ad fin. eam dicit communem sententiam: sequitur Benedict. d. uerb. & uxorem,nu.75.& Dec.consi.xxxij.nu. 2. & consulendo Soci.quem refert Ripa in l.ex facto.§.fin.nu.10.ff. ad Trebel.vbi ipse dubitat.Contrarium autem probat Alci.in d. l.lege obuenire.ff.de uerb.sign.& d.li.paradox. ca. vij.neminem citans. & cum eo Costal. in annotat. ad pandect. pag.cccv.idem scripsit.Deci.in d.l.unic. in utraque lect.Et sic

ſic uariant prædicti patres, alij admittentes tantũ uenientes ab inteſtato, alij quoſcunque inſtitutos: Cagnol. autẽ in d.l.unic.col.iij.durius ſcribit eo caſu non uenire extraneos inſtitutos, quia legitimi non ſunt, nec eis uerba conceſſionis congruunt, nec etiam uenire proximiores conſanguineos: quia licet legitimi dicantur ex qualitate uerborum, hæredes tamen non ſunt, cum alij ex teſtamento uocantur, iuxta reg.l.quandiu, §.j.ff.de acquir.hære.quod ſcripſiſſe uidetur Cagnol.ex eo quod alibi tradunt ſcrib. in conceſſione ſub illis uerbis exigi, ut deſcendentes uel legitimi debeant ſimul hæredes eſſe, nec aliter ad emphyteoſim uel feudum ita conceſſum admittantur, ſecundum Barto.in l.iij.§.ſi liberi.ff.de oper.libert. Paul. & alios, in l.apud Iulianum.§.ſi quis alicui, ff.de lega. j. dixi latè ſuprà in tertia parte l.j.ex numero 85. cum multis ſequen. Quo etiam argum.Dec.recedit ab opinione Alex. agno- 1
ſcens non poſſe admitti proximiorem qui ab inteſtato ſuccederet, cum facto teſtamento alius hæres ſit: Dec.tamen in ea ſpecie excludens legitimum, admittit inſtitutum, contra Alexan.Cagno.autem utrumque excludit, contra
10 omnes. Ego autem puto huic argumentationi Deci. &
¶ Cagno.benè ſatisfacere Curt.in d.l.unic.num.11. Quando enim ex qualitate cõceſſionis in feudo uel emphyteoſi requiritur, uel legitimus ſucceſſor ſit hæres, intelligitur ne ſi inſtituatur, repudiare poſſit hæreditatem, & feudum uel emphyteoſim accipere. Si autem alius inſtituitur, tũc quia per eum non ſtat, non excluditur à feudo uel emphyteoſi, ſecundum Bal.& Afflict.in c.j.an agna.uel fil. Bal.in l.iij.col.ij.C.de fidei commiſ.Deci.conſi.ccviij. in fin. Syluan.conſil.lij.num.13.Iacob.de feud.uerb. *ita quod ipſi*, numero 5. Anton. Capyt. deciſ. lxiiij. numero 7. & deciſio. xcix.numero ſecundo, quæ opinio utilis eſt: & ęquitatem 1
habet ut nullo pacto teneatur, quod dure ſcribebat Ca-
¶ gnol.excludens legitimos & inſtitutos. Sed in ea quæſtione opinio Dec.in d.l.uni.& Alcia. in dictis locis, uidetur regulariter probabilior, ut in emphyteoſi ita cõceſſa, legitimi hæredes intelligantur ex teſtamẽto, cum affectio ex perſona accipientis, non concedentis tunc inſpiciatur. Vr-

get etiam,nam cum in ea ſpecie non agatur de conſeruanda familia.ſatis eſt de ijs hæredibus intelligere, quos primus acquirens vel ſucceſſor ſibi hæredes elegerit.Nāque & iuris reg. qua omnis cōtrahens hæredibus ſuis cōſule recenſetur.l.ſi pactum, in finali.ff.de probationibus, præcipuè viget in hæredibus ex teſtamento, ſecundū ſcribent. ubique: quorum aliquot in ſpecie citamus numero ſequent.Iuuaretur nimis hæc opinio ex vſu loquendi:maximè in ſermone vulgari,ex quo colligitur intentio agentis & deciſio iuris,ut ſuprà expendi. num.8. & infrà num. 12.Diuerſum autem dicendum erit ubi concedens ſpeciali affectione familiæ accipientis conſulere voluit, vel ubi teſtator de conſeruanda familia cogitauit: tunc enim uigebit opinio Alex. ut conſanguinei proximiores,non alij inſtituti admittantur. quod fatetur Alcia.in dicta l. lege
11 obuenire. Hodie autem apud Luſitanos lege Regia, libro iiii. titulo ſexageſimo ſecundo in principio.& in §.ii. pulchrè deciditur, in emphyteoſi conceſſa alicui pro ſe & eo quem nominauerit,nulla ſequuta nominatione,venire indiſtinctè inſtitutos hæredes.etiam extraneos, quaſi ex generali nomine hæredum, ſpecialiter ad emphyteoſim nominati cenſeantur. Ab inteſtato autem non indiſtinctè omnes tunc ibi admittantur,ſed tantum deſcendentes vel aſcendentes:quibus deficientibus, emphyteoſis ad dominum reuertetur: quod aliqualiter deuiat à communi traditione ſcribentium,qui indiſtinctè admittunt omnem hæredem ex teſtamento vel ab inteſtato:Docto.per l.iiii. C.de contrahen.ſtipu.Alex.conſi.ccxxxii.n.3.libr.vj.Iaſ. in l.ſtipulatio iſta, §.ſi quis ita,n.2.ff.de verb. oblig.Soci. in l.j.§.per procuratorem,nu.5.ff.de acquir. poſſeſ.Deci. conſ.cccccxliii.n.3.Hippol.Singul.cccclxxx.poſt Bald.in
12 l.j.in fin.ff.de pact. Pro opinione etiam Dec. dum in d.q. magis admittit hæredes ex teſtamento,facit de iure communi, quod tradunt plures in ſimili ſpecie emphyteoſis cōceſſæ alicui pro ſe & ſuis hæredibus:veniunt enim quicunque ex teſtamento vocati, vel ab inteſtato proximiores.Nec ea verba, *ſuis hæredibus*:referuntur ad qualificatos illos hæredes ſuos,de quibus in l.in ſuis, ff.de liber.& po-

ſthu.& §.ſui, Inſtitu.de hæred.& quali.& differ.ut tradit Alex.in l.quod.dicitur,nu.26.ff.de uerb.oblig.Alex.conſ. xxvj.lib.v.Dec.in cap.in præſentia, nmero 48.de probat. Id autem principaliter fundatur ex communi vſu loquendi,quo ſui hæredes intelliguntur pro quibuſcunque ex teſtamento,vel ab inteſtato in bona ſuccedentibus,non ſpectata qualitate illa ſuitatis: ut benè tradit Guido Papa, quæſtione ccccclxlviii.& dixi ſuprà in iii.part.l.prima.nu. 89 Non ergo tunc intelligitur de ſolis conſanguineis,ſeu hæredibus iure ſanguinis. Vt caueas ab Aemil. Ferret. conſ.iii.nu.1.verſi. ſed ſi de ſucceſſione. Hoc autem probatur d.lege,Regia,libr.iiii.titu.ſecundo.§.fin.iuncta alia lege(ad quàm ſe refert) eodem lib. titu.lxxvii. §. penul. vbi in emphyteoſi pro ſe & ſuis hæredibus, veniunt qui cum effectu hæredes ſunt,ex teſtamento vel ab inteſtato. Dum autem leges ille loquuntur de conceſſione emphyteoſis pro ſe & hæredibus, & ſucceſſoribus, memorandũ eſt quod ſcribit Ioã. Imo,in d.l.quod dicitur,col.x. nu.14. ff.de uerb.oblig.Non obſtante ea geminatione verborum nõ cõpræhendi particulares ſucceſſores, ſed tantum vniuerſales, ſiue iure ciuili ſiue prætorio ſuccedentes:& ita Alex.in l.quædam.§.nihil,& ibi Iaſ.nu.4.ff. de edend.Deci.conſi ccviii.nu.vii.Rip.lib.ii.reſponſ.cap.xxvj.num.17. Curt.ſen.conſil. lxxxii.ſeu conſi.penul.col.iiii. Quod plures intellgunt,niſi addatur ſignum vniuerſale *quibuſcunq;*, vt tunc ueniant particulares ſucceſſores:Alex.in d.l.quod dicitur,nu.26.Iaſ.in d.§.nihil, num.4.Alex.in l.ſtipulatio iſta.§.ſicut autem,nu.6.ff.de verb.oblig.Iaſ.in l.ii. nume. ¶ 198.C.de iur.emphyt.Sed ſi opinio Imo.uera eſt, hæc limitatio dubio nõ caret:nec enim dictio vniuerſalis ita immutat rei naturam.ut tradit Iacobi.à S. Georg.de feudis, verbo, & *quibuſcunque hæredibus*: latè Tiraq.de retrac.ligna.§.j.gl.vii.nu.27.Et pro hac parte vrget tex.ad quẽ nõ aduertit Alex.in d.§.ſicut autem.l.ſtipulatio iſta:vbi verbum, *quicunque ſucceſſores*:non cõpræhendit particulares,
13 ſecundũ gl.& omnes ibi,ex iuris principijs conducunt nimis quæ ſcripſi ſupra in rub. ad fi.j.par. Dixi proximè nõ carere ſcrupulo limitationem Alex.& aliorum, ſi opinio Ioan.

¶ Ioan.Imo.uera est. Ego enim eam ueram non puto. Sed magis crederem, in cōceſſione facta alicui & hæredibus & ſucceſſoribus regulariter (niſi aliud impediat) nō excludi particulares ſucceſſores, id autem ſatis probat tex. (ad quē aduerti non ſolet) in l. in conuentionibus. ccxix. ff. de verbo. ſignifi. id iuuatur etiā, quia tunc non agitur de cōſeruanda familia cōcedentis, vel accipientis, nec vertitur ullū incōmodum domini, cui à quocunque ſucceſſore penſio ſoluenda eſt, nec ei admittitur aliquid ex iis quæ ſibi competunt ex l. fi. C. de iur. emphy. nec obſtant iura quæ in contrarium adduci ſolent, quia loquuntur, vbi qualitas rei aliud ſuadet: uel ubi agitur de conueniendo ſucceſſore: actio enim non datur contra particularem, ſecundum iuris regulas: ſed de his alibi latius.

SVMMARIVM. L. 3.

1 *Diuiditur & colligitur principalis concluſio huius. l. & num. 2.*
3 *Aſſignatur ratio ſpecialitatis ad deciſionem huius. l.*
4 *Oſtenditur, lapſos fuiſſe aliquos in allegatione huius. l. nu. 5.*
6 *Colligitur altera concluſio memorabilior ex hac lege, & nu. 7.*
8 *Agitur de glo. l. iij. C. de vſufruc.*
9 *Suſtinetur glo. hic contra plures.*
10 *Colligitur alia concluſio, & inferuntur aliqua memoratu digna. & nume. 11.*
12 *Aſſeritur vſus contrarius principali deciſioni huius. l.*
13 *Traditur aliud ad literam huius. l.*
14 *Explicatur aliud contra Cyn. & Pet. & Soci. nep.*
15 *Aſſeritur aliud non negligendum, vt deciſio huius. l. non cenſeatur correcta nouiori iure.*
16 *Tangitur & omittitur illatio ſcriben. ad quæſtio. celebrem.*
17 *Infertur ad. l. filius. ff. de ſuis & legiti. hæred. contra Alcia. & nume. 18.*
19 *Infertur ex verbis huius. l. ad articulum notabilem & quotidianum, & explicantur aliqua vtilia.*
20 *Limitatur quod lex hæc dicit, & agitur de l. fi. C. de natur. liber. & nume. 21. & 22.*
23 *Traditur fauor filiorum primi gradus.*

Infertur

24 *Infertur ex uerbis huius l. ad casum memorabilem : & expli-*
cantur aliqua vtilia ex scribentibus ad l.j.C.de condi.in ser.
& l.cum accutissimi.C.de fideicom.& nu.25.& 26.
27 *Probatur noua opinio contra scrib.in re magni ponderis.*
28 *Traditur alia illatio scriben.ex uerbis huius.l.*
29 *Infertur ad. l. 1. versi. vltim. ff.de iure immuni. & traduntur*
aliqua vtilia vsque ad nume.34.

1 LEg. hæc Theod.& Valēti. longā literam ha
bet, secundum Fulg.& uno verbo dici po-
tuit quod multis eius lineis continentur,vt
aduertit glo.hic,uerb.in nepotibus.Princi-
palis autem deci.huius.l.sing.est secundum
Cy.Bar.Bal.Pau.Ful. Cor.hic.habet enim casum nouum
in quo patri & auo acquiritur per filios vel nepotes emā
cipatos: & ita hūc tex.extollit Rauen.in alphab. iuris fol.
14.litera b.& dicit singu.Ang.in authen.itaq;,sup.tit.j.pos
set autem.l. hæc in plures partes diuidi iuxta longitudinē
literæ,sed iudicio meo attenta eius substantia, commoda
diuisio erit in duas partes:ut post primam,altera incipiat
in vers.*quòd si nepotes*:vbi ponitur mirabilis decisio,cui ma
gis refragari uidentur iuris regulæ,mirumq; est scribent.
ferè nunquàm aduertisse ad decisionem. d. versi. ut infr.
2 Singularem hanc.l.appellant scrib.eo ꝙ in eius decisione
citra ius patriæ potestatis liberi aliquid acquirunt patri
uel auo: cum ex iuris regulis contrariū asseuerandum fo-
ret.l.j.ff.si quis à pat.fuer.manumis. Casus autem seu spe
cies huius.l. est , qñ decedit vxor marito superstite : tunc
enim si etiā supersint filij uel nepotes emancipati à patre
uel auo in vita vxoris,matris uel auiæ eorum,statuit hæc.
l.vt patri vel auo acquiratur pro virili portio vsusfructus.
Non habebit igitur portionē proprietatis, sed repræsen-
tabit personam descendentis , vt cum liberis iudicetur
3 quasi unus ex illis ad uirilem portionem in vsufructu. Id
autē speciale est secūdū gl.verb.præscripta,secundū Fabr.
& oēs hic,eo ꝙ in hac specie agitur de bonis uxoris ipsius
patris uel aui,cui ea virilis portio vsusfructus acquiritur,
quod probat tex.ibi,*postea mater*:& ibi,*sin uerò mulier,& ibi*
mari-

maritus defunctæ, & magis ibi, *vt maritus qui vxore mortua.*
Quæ specialitas ratioñe habet secundum gl.d.verb.præscripta: & Bal.nu.4. Pau.nu.1.quia in illis bonis is pater, vel auus maritusq; defunctæ, constante matrimonio dominus censebatur, iuxta l.doce ancillã, C.de rei vendica.
Facit etiã iuris ratio quę respectũ habet ad honoré matrimonij bene transacti. l.vnũ ex familia. §.fi.ff.de leg.ij.
4 not.Bal.in c.iurauit ad fi.de proba. Errant igitur qui hãc l.citant generaliter ad omnia aduentitia, cum specialiter procedat in bonis quæ vir aliquãdo vt dominus possidebat ratione matrimonij. Vnde cauendũ erit à Roma. generaliter hãc l.intelligẽte, & eam vt singu. cõmendante, notab.dxlvij. Hinc etiã patet longè differre decisioné huius l.à nouiori desione, §.cùm aũt, l.cùm oportet, inf.tit.j. quãuis gl.hic verb.præmiũ:& Alber.ibi, hos casus æquare videãtur. Differentia aũt est, quia ibi generaliter agitur de omnibus aduẽtitijs, hic de vnica tantũ specie proximè dicta. Ibi etiam agitur de aduẽtitijs acquisitis ante emancipationẽ filij vel nepotis, in quibus ibi reseruatur medietas vsusfructus parenti emancipanti: hic verò agitur de aduentitijs maternis delatis post emãcipationem: ibi etiam semper medietas obseruatur, hic virilis portio, pro numero liberorũ, inter quos parens ipse quo ad eum
5 effectũ, cõnumeratur. Ex predicta declaratione ad rõnem huius l.consequitur, eius decisionẽ non fundari principaliter ex beneficio emancipationis à parẽte in liberos collato, sed magis in solatiũ amissæ vxoris, & ne omninò priuetur his bonis, quæ modo vt dominus possidebat: idq; significat text.post princi.ibi, *quoniã omni cõmodum destruitur*, quod euidenter ostenditur ex eadem l.vers. *quod si nepotes*, vbi idẽ disponit de nepotibus quos auus non emancipauit nec habuit vnquam sub potestate, vt statim explicabo. Et cõsequenter lapsi videntur ferè omnes scribentes hic, & alibi summantes, intelligentes & allegantes hanc l.quasi solũ loquatur de remunerando parente, ob beneficium emancipationis, totamq; vim ipsi emancipationi tribuentes: Cum ex litera constet, idẽ tribui auo ex
6 nepotibus quos nunquã habuit in potestate. Mirabilis

vt dixi,

ut dixi,magisq; notãda est decisio huius l.in d.vers.*quod si nepotes*, vbi prima decisio de liberis emancipatis, & sic in *quos* parens beneficiũ cõtulit,ampliatꝰ ad nepotes es filio emancipato post emancipationem natos, & sic qui nunquam fuerunt sub potestate aui: & consequenter beneficium emancipationis ab eo consequi non poterant. Sed quod longè maius est, idẽ disponit tex.in eo vers,in nepotibus ex filia qui nec fuerũt, nec extitisse potuerunt sub potestate aui, vtpote qui familiam patris non matris sequantur,secundum iuris principia: quod rarissimè notatur. Aduertit tamen Corn.meritoq; in hoc dicit text.esse,
7 mirabilẽ. Infertur igitur,vt dixi, contra ferè omnes hic, parentẽ hoc casu admitti cum liberis, etiã in quos nullũ beneficiũ cõtulit,non tantum cũ his quos emancipauit: in quo etiã contra hãc l. in d.vers.loquuntur scriben.in l.j. sup.vnde vir & vxor.Ex eodẽ vers.dum loquitur de nepotibus ex filia,cauendũ est à gl.in l.iii.sup.de vsufr.quæ ex hac l.in d.vers.limitat.tex.ibi,quatenus habet,per mortẽ proprietarij nisi finiri vsumfructũ:& secundũ terminos illius l.quam gl.ex hoc vers.vult limitare,sentit apertè diuersum intellectũ,videlicet ꝙ in hoc vers.agitur de patre qui habebat vsumfructũ, in bonis filij emancipati,vt moriente cum liberis filio proprietario pater amittat vsumfructũ, succedatq; in virilẽ eiusdem vsusfructus,cum nepotibus ex filio.Sed talis interpretatio à nemine ibi specificè probata,nec reiecta,teneri non potest,quia text.in hoc vers.nõ tantùm de filio emancipato, sed etiã de filia loquitur: nec agit de vsufructu,quẽ pater habebat viuo filio,sed de acquirenda uirili portione nouè cũ nepotibus. Et deniq; falsum esset dicere, ꝙ pater morte filij aliquid amittat de usufructu quẽ habebat eo viuẽte,etiã si filius cũ liberis decedat: vt diximus ĩ ampliationib. l.j.in j.par. per iura clara in l.sancimus,supr.tit.j & in l.fi.§.fin verò.
9 sup.ad Tertul.Infertur etiam ex eodẽ versic.resolutio ad vnũ quod uariè tradunt scriben.hic.nam Bal.& Salic.hic, nu.3.Corn.nu.1.Salic.in l.j.C.vnde vir & vxo. dicũt ꝙ in casu huius l.uir non succedit uxori,sed per liberos acquirit illã uirilem portionem usufructus: cõtenditq; Corn,

non posse in hac specie appellari successionem viri: contrariũ verò colligit gl.hic, verb.præscripta, in fi. ibi *nota casum in quo vir succedit vxori in aliquo*. Ita etiã Fab. hic Cy. Pan. Ful. ante. n. 1. Ang. in auth. itaq;, col. j. sup. ti. j. gl. l. j. C. vnde vir & vxor, & ibi scriben. Dyn. in tract. successio. ab intest. nu. 25. Pro Bal. Salyc. Cor. posset expẽdi continuatio huius. l. ad præceden. quæ loquuntur de acquisitione p liberos, non de immediata successione parentis. Pro ijs etiam posset argui, quòd si vir ipse succederet, non videretur successio restringenda ad portioné usus fructus, sed consequeretur portioné hæreditatis cum pleno iure suæ portionis, cùm hæres dominus sit, l. cum hæredes. ff. de acqui. pos. §. fi. Instit. de hæred. quali. & differ. Sed verior uidetur sententia gl. quæ ẽt receptior est. ut constat ex sup. dictis quod probatur ex d. versi. *quòd si nepotes*, ibi enim datur portio auo paterno cum nepotibus ex filio emãcipato; tis post emancipationem: & sic quos auus non habuit potestate nec in eos beneficium contulit. Datur ẽt eadem portio auo materno cum nepotibus, quos nec habuit nec habere potuit sub potestate, & ita patet auum hæredum, maritumq; defunctę succedere ex beneficio legis, non aũt per nepotes id acquirere, cum eos nunquàm habuerit in potestate, deficiatque illud necessarium potestatis fundamentum, quo parenti per liberos acquiri solet. Quæ successio vt nimis exorbitans, ideò modificatur ut tantum sit in portione usus fructus, ad uitam aui, maritique defunctæ, in quoddam solatium, ut supra. Facit illud quod dicit
10 tex. in princ. Insti. de Senatusconsul. Tertul. Ex quo versi. ita explicato cum gloss. resultat mirabilis casus, in quo vir in aliquo vxori succedit, stantibus liberis eiusdem cui succeditur: ad limitationem. §. cùm filius, Institut. de hæredita. quæ ab intesta. defer. & in authenti. de hæredita. ab intestat. venien. §. primo. Inde resultat memorabilis declaratio, ad antiquum & nouum ius. ff. & C. vnd. vir & uxor. ut hoc casu in d. portionem usus fructus succedat vir etiam stantibus liberis, non distinguendo an sit pauper, cum regulariter non admittatur coniunx, stante ullo cõsanguineo. Hinc etiam limitatur generaliter regula. l. affini-

affinitatis, suprà, tit. j. Hinc resultat quod vir succedit vxori in hanc portionem stantibus liberis necessarijs hæredibus defunctæ: qui non succederet ea defuncta sine liberis, manentibus alijs coniunctis. Nec enim, l. hęc tã exorbitans extendi potest vltra casum suum, secundum receptas sententias: & ita consequitur mirabiliter magis excludi virum à transuersalibus, remotioribusq; defunctæ, quam ab eius liberis necessarijsq; hæredibus, contra regulam si
11 uinco vincentem te, à fortiori &c. Hinc resultat casus in quo vir uxori succedit de iure ciuili, nempe ex decisione huius. l. cum regulariter ea successio sit prætoria, exigatque bonorũ possessio secũdum scrib. in l. certum. C. vnde legit. Mathes. de succe. ab intest. iiii. artic. princ. & Hubal. in eo. tract. iiii. par. in princ. Quæ omnia necessariò deducuntur ex d. vers. secundum literã quæ inuenitur in omnibus liberis. Licet his aũt refragari uideantur iur. reg. satis est ita legẽ scriptã fuisse iuxta. l. prospexit. ff. qui & à qui-
12 bus. Illud asserere audeo, vsu & praxi hanc mirabilẽ decisionẽ non seruari: sed potius contrariũ: nec enim in aliquã portionẽ admittitur auus maternus cum nepotibus in successione auiæ eorum, vxorisq; ipsius aui: & eadem rõne non admittitur eodem casu auus cum nepotibus ex filio emancipato. Qui vsus magis consonat regulis iuris: maritus enim extraneus est, nepotes autem legitimi necessarijq; hęredes, per supra dicta: & authen. in successione. C. de suis & legitimis hære. maxime cum vir id ius non haberet vxore defuncta sine liberis, manentibus alijs cõ-
13 sanguineis, ut sup. deduxi. Ex supra dictis colligi uidetur, quod decisio huius. l. cõgruentius staret sub tit. vnde vir & uxor uel in proximioribus de materia succedendi. Similiter ex litera & supra dictis colligitur hanc. l. procedere ex testamento & ab intestato: nec enim l. distinguit, eiusque beneficium parem rationem habet in vtraque successione, nec aliquis põt legis beneficium auferre. l. iiii. §. si quis condẽnatus. ff. de re iudic. Bal. in authen. hunc locum, nu.
14 1. C. si secund. nup. mul. Iuxta prædictam explicationem huius. l. colligo in eius casu seu specie, posse rectius uerificari quod generaliter post Petr. tradit Cy. in l. ea lege, col. iii.

& nemine citato sine dubio asserit filium patri agnatũ dici: Soci.nep coi.si.iiij.nume.10. lib. ij. quod olim publicè docui, anno. Mccccxliiij.& ita contra Alcia. postea uidi Adobrandi.in §.sunt autem Institu. de legit. agnat. tutel. Sic etiam ex Cicer.pro Cecin.filium agnatum patri dici, tradit Duare.li.j.disput.c.xlj.Et ita securè ex Bal.& alijs, filium patri proximiorem agnatum esse tradit Boer.decis.
19 cxxxviij.ad fi Ex eisdem uerbis huius.l.infert Paul. Cast. in l.Gallus.§.nunc de lege,col.fi.nu. 6. ad articulum quotidianum circa bona maioratus uel emphyteosis, vel feudi,in quibus sæpe excluduntur fœminæ,vel saltem masculi eis præferuntur:ut ex uerbis huius.l. confirmetur traditio multorum qui scribũt in his successionibus exclusa fœmina non esse admittendum filium, uel alium ex ea descẽdentem:& ex eisdem uerbis huius.l.idem notat Alcia. neminem citans,in l.liberorum.ccxx.ff.de uerb. sign. nu.11. quod aliis fundamentis probat Bar.in d.l.liberorum, col. pen.nu.14.& 16.& in l.ij.§.uidendũ,in fi.ff.ad Tertul.Idq; receptius asserit Brun.in tracta.de statut.exclud.fœmi.vj. art.nu.89.& 12.arti.n.235.Natam in eod.trac.q.ij.princ. nu.38.& Campeg.de dot.v.par.q.xlj.Ias.in l.ij.nu.191.C. de iur.emphyt.Corn.in l.j.col.iij.uers.*prout*.C.de cond.inser.Dec.cons.lxxxv.in fi.& cons.cccxcix.nu.8. & cõs. 488. num.2.& consi.ccccclxxxix.nu.6.Curt.iun.cons.v. Cirier. de primoge.li.j.q.xxiij.Laurus de Palat.in tract. eiusdem statut.nu.134.Moder.in consi.feud.consi.ix.Chas. in consuet.Burg.rub.iij.§.v.nu.71.fo.mihi.113.col.iiij.& Moly. in consuet.Paris.§.xvj.nu.1.fol.192. vbi asserit omnes tenere descendentem ex fœmina,excludi ab eo gradu & iure,à quo fœmina ipsa excluditur.Quod etiam copiosa allegatione probat Tiraq.de primog.q. xij. idem vult Anto.Butri.consil.xlvj.Hieron.Grat.cons.iiij.lib.ij. Pala.seu Ioan.Lup.in rubr.§.xxiij.nu.xiiij.Paul.in l. qui exceptionem,ff.de condic.indeb.Alex.in l.sed si hac.§. liberos,nu. 8.ff.de in ius uocan.vbi expressim arguit ex uerbis huius l.Anto.Rube.consi.xvj.nu.13.Roma.consil.xl.nu. 4. Gozadi.consi.lxxxix.& ita Bal.in l.quoties,col.j. C. de suis, & legit.hæred.vbi inquit,in tali descendente ex fœmina, deficere

deficere principiũ gñationis, & medium fœminæ esse inhabile: idem Bal. in auth. si quas ruinas, prope fin. C. de sacros. eccl. & nouissimè Hisp. Gomet. l. xl. Tauri. n. 41. Quæ resolutio (licet receptissima sit) aliquas patitur difficultates, ut latè tractat Brun. doctè vero Molin. omnino uidendus, ubi supra tutius uero procedit qñ agitur de cõseruanda familia, non enim conseruaretur in descendentibus ex fœmina, qui patris familiã sequuntur, non eam, à qua mater orta est. Sed Paul. Alcia. & alij, non uidentur rectè indnxisse hanc l. quæ loquitur de materia indifferenti, in qua est libera succesio filijs & nepotibus. In statuto autẽ uel alia dispositione excludente fœminas, posset responderi pro descendentibus ex fœminis, inhabilitatem earũ non debere descendentes masculos excludere si alia ratio eis non noceat. Sic enim qui legitimam prolem non habet, liberè relinquere potest nepoti filio naturali, cum eidem filio non ita donare nec relinquere posit, ut est tex. in l. fin. C. de natur. libe. Vnde aptè limitatur hæc l. & datur casus in quo nepos est melioris conditionis quàm filius: & limitantur multa ex ijs quę dicunt scriben. in locis supra citatis. Ea autem notab. decisio. dicta l. fin. ampliatur ex gloss. ibi recepta, ad nepotem ex filio spurio: ut auus carens legitimis liberis, posit eidem donare uel relinquere, si eum aliud non impediat nisi incapacitas patris, quæ eis non nocet: quam sententiam probat notãter Bar. in l. Gallus. §. quid si is. ff. de libe. & posth. & est recepta ex nouioribus. ut per Ias. in j. lectu. nu. 19. & nu. 24. & in. ii. lect. nu. 10. dicit cõem idem Ias. in l. hæreditas, nu. 8. C. de his quib. ut indign. Alex. & Molin. vidẽdus consi. lxxiiii. lib. iii. & plures quos citat Couarru. de sponsal. ii. par. cap. viii. §. v. nume. 13. & Roderi. Xuar. libr. ii. ad leges regni, fol. 94. Ex quibus patet regulã hoc casu esse affirmatiuam in fauorem nepotis, per d l. fi. gl. & communem sententiam: & ita cauendum erit à Chas. in consuet. Burg. rub. iii. §. v. nu. 70. ubi inaduertenter contrariã regulam scribit, per eandẽ. l. gl. & Doct. Hæc aũt decisio & ampliatio confirmatur ex alia recepta amplia. ad l. si is qui ex bonis. ff. de vulg. & pu. ubi. I. C. notabiliter habet, posse

patrem impuberi filio pupillariter substituere ad omnia bona filij eum cui ex bonis proprijs non posset ultra certam quantitatem relinquere: quod Bar. & omnes ibi exéplificant in filio naturali, ampliatque in filio spurio, cui pater nihil omnino relinquere posset, quod receptum est, vt per Alex. & Ias. ibi, num. 3. ex gl. in auth. quib. mod. natural. effi. sui: ad fin. §. vlti. verb. participium in fi. Et est recepta sententia secundum Rip. in l. Lucius, nu. 3. ff. de vulg. & Bened. in c. Raynuc. verb. & vxorem, nu. cccccxc. tradit etiam Hispan. Duer. has regu. ccclxvj. nu. 12. & in ij. limit.
22 eiusdem regul. vbi plures citat. Qua in re cauendum est ¶ à multis ex sup. citatis & aliis, qui in q. d. l. fi. & glo. ibi, circa auum relinquētem nepoti ex filio naturali uel spurio, exigere uidētur, vt nepos tunc sit legitimus, quasi non posset auus aliter ei relinquere, quod erroneum est: nepos .n. cēset iure extranei, vt ita ei relinqui possit sicut extraneo eiusdem qualitatis. Imo facilius tunc poterit auus donare uel relinquere nepoti illegitimo ex filio spurio, quam nepoti legitimo ex tali filio: cum enim legitimus est, erit sub potestate patris, & ei uideretur acquirere rem uel usumfructum, quod esset in fraudem legis prohibentis ne pater filio spurio donet. At de nepote non legitimo securi sumus ne quid patri adquirat deficiente patria potestate, quæ non datur nisi in procreatis ex legitimis nuptijs: vt in ea re melius sensit Bar. in d. l. Gallus §. quid si is. Facit tex. in l. quæritur. ff. de bon. liber. vbi si pater excluditur ob sui culpā à bonis vel successione alicuius, non potest per obliquum admitti ex persona filij: ideoq; Bar. vbi sup. & scrib. magis communiter resoluunt, hoc casu non acquiri usumfructum patri: tradit Hispa. Xuar. in d. loco, & scribo in au-
23 then. sequen. infr. titu. j. Ex prædictis uerbis huius. l. infertur ad alios casus, in quibus filius primi gradus aliquid habet speciale, quod negatur nepotibus: vt in l. iubemus. C. ad senat. consul. Trebel. & in alijs, per Alcia. in l. filij. 84. & in l. liberorum. ccxx. ff. de uerbo. signifi. & apud Lusitanos est casus in lege regia, libro iiij. titu. lxij. §. iiij. vbi in emphyteosi filius vel filia præfertur omni nepoti, etiam nato ex filio primogenito: in quo uariabant Docto. vt per Tiraq.

raq.de primoge.q.xl.nume.19.& nu.185.Couarru.in quæ stio.practi.q.vlti. ad fin.sed hic multa omitto, quæ facilè adduci possent ex uariis locis, cum adductis sup. ad finem
24 l.par.l.j.nu.69.& sequen.Ex eisdem uerbis huius l.infere bat Fulg.in l.j.ad fi.supra de conditio.insert. egregiam limitationem ad tex.ibi,cuius decisione habetur,fideicommissum ab instituto relictum sub conditione,si sine liberis decesserit,deficere,si instituрus decedat superstite nepote etiam ex filia:idemq; receptius est ex scriben. ibi, si conditio fuisset per verbum,sine filiis. Id autem argutè limitat Fulg.per hanc.l.nisi testator habens filiam,& filios, alterũ ex masculis alteri restituere roget,sub ea conditione,si sine liberis decesserit:inquit enim Fulgo.ꝙ tunc ea cõditio intelligitur de liberis masculis tantum:vt tunc filia vel nepos ex ea,uel neptis ex filio,non faciat deficere conditionem,sed substitutus admittatur: quasi testator senserit de conseruanda agnatione.Maximè ne neptis sit melioris cõditionis quàm filia:quam testator habens, eam non substituit,præferens in substitutione masculum: & ita generalius Pau.ibi,ad fi.expressim inducens uerba huius.l.& ita Corn.ibi,ad fi.sic etiam per uerba huius.l.id refert Soc.in l.cum auus nu.80.ff.de condi.& demonst.Dec.cons.xv.nu. 5.& in cons.cccclxxx.nu. 2. vbi etiam specificè inducit verba huius.l.& consi.cccccxv.& cõsi.cccccxlv.& cons.cccccl xviij.Idq; procedit ubicunque substitutus filio, esset aliquis agnatus, in cuius persona posset dari conseruatio agnationis:vt consuluit Pau.quem sequitur Deci. vbi sup. & in consi.ccclxx.Idq; ut receptum tradit Couarru.in cæ. Raynaldus,in princ.nu.2.de testam.& Grat. citans plures, in consi.54.nu.15.lib.ij.Et notabiliter tradit Goza. consi. 89.vbi.nu.5. expressim etiam inducit prædicta uerba huius.l.Et eandem opin.Fulgo.& Pau.probare uidetur Cępol.consi.ciuil.xlix.nu.7.& apertè Ias.consil.j. volum.ij.& consi.sequen.ubi plenissimè id defendere conatur. Et memorandum est ꝙ Pau.in d.l.j.illud exemplificat, cum sub
25 stituitur pia causa:& ita Ias.in d.consi.& Curt. iun.consi. xxxv.num.6. & sic non tantum ubi agitur de conseruanda agnatione:imò Pau. & plures dũ arguunt ex uerbis hu

ius l. non obscurè significant, quemcunq; substitutũ tunc preferri filię vel nepti instituti, etiã si in substituto cesset ratio agnationis, quasi sufficiat ad colligendam mentem testatoris, ipsum cum haberet filiam, ei prætulisse alium in substitutione, vt eundẽ præferre etiã videatur nepti ex filio grauato, ne magis dilexisse videatur neptẽ quàm filiam: & ita Deci. in l. fœminæ. nu. 98. ff. de reg. iur. & Soci. nep. cons. j. nu. 114. lib. j. quę ratio generalis est, & non parum vrget cõtra D. Couarru. in d. loco. Cuius tamen declaratio æquior est, & apertè eam probat Fulg. & Corn. in d. l. j. & magis communiter alij sup. citati, dum intelligunt eam opinio. quãdo substituitur filius vel agnatus in quo militet conseruatio familię: & ideò cauendum est à Curt. iun. cõs. xxxv. qui durè generalius excludebat filiã, vel neptem filij instituti grauati sub ea conditione, præferens semper substitutum etiam extraneum, eo solo respectu, ꝙ testator habẽs filiam, eam non substituit: quod controuersum esse tradit Gozad. vbi supra, nu. 9. dicens opin. Pau. & Fulg. receptissimã, vbi substitutus talis est, in quo agnatio conseruetur. Et ita apertè distinguit Deci. d. consil. ccclxx. col. ij. quem sequitur Couar. vbi suprà. & Grat.
26 cons. lxviij. nu. 12. lib. j. Ex quo mihi suspecta est ampliatio illa Pau. & Ias. ad causam piam, quia licet causa pia fauore digna sit, iniquum forsan esset excludere tunc legitimã sobolem testatoris, licet fœmineam. Sic enim in casu simillimo l. cũ auus, & l. cum acutissimi, in conditione illa subaudita, si filius grauatus sine liberis decesserit, receptũ est ea iura procedere etiã si causa pia substituta sit: & sic liberi ipsius filij grauati, excludũt causam piã substitutã, vt vult Bal. & Paul. in d. l. cũ acutissimi: probat Alex. in l. facto, §. si quis rogatus, col. iiii. in prin. ff. ad Treb. Soci. in d. l. cũ auus, n. 42. Bened. in c. Raynu. verb. si absq; liberis, nu. 1. n. 23. & seq. & hãc dicit cõem opi. Dec. cons. cccxcj in fi. & Soci. nep. cons. cxxv. nu. 28. lib. j. & Carol. Ruyn. dicens cõem opi. pro liberis cõtra piam causa, cons clxxxij. nu. 8. lib. ij. Quam sententiã tenuerunt alij quos hi citãt, & plures alij, quos refert Tiraq. in l. si vnquã, verb. libertis, nu. 64. Vnde cùm hæc sit verior & receptior sententia

cauendum

¶ cauendum est à Ias. in l. generaliter, §. cum autem. ij. amplia. col. ij. C. de institut. & substitutio. magisq; cauendum est ab eodem Ias. consil. cxl. col. fi. lib. ij. cauendum etiam à Ruyn. sibi cõtrario, cons. iii. nu. 23. eodem lib. ii. licet in hoc dubitet Hispa. Xuar. in l. quoniam in prioribus in j. limita. fol. 59. & variẽt alij citati à Tiraq. vbi suprà. nu. 69. Certum autẽ est, quòd illa iura admittunt filiam vel ne-
27 ptem filij grauati, vt in d. l. cùm acutissimi, & ibi oẽs. Imò si mea valeret sententia regulariter opin. Fulg. Pau. & a-
¶ liorum, de quibus suprà penitus reijceretur: fragile enim est eorum pręcipuum fundamentum ex verbis huius l. ꝙ testator grauans filium sub conditione, si sine liberis decedat, videatur intelligere de solis filijs masculis, & excludere fœminas fauore substituti, eo respectu, ꝙ cum filiam haberet eam non substituit. Cum enim verba testatoris concludẽter talem voluntatẽ non inducant, iniquũ esset eius legitimã sobolẽ licèt fęmineã, excludere: cõtra d. l. cũ acutissimi. cõtra verba testatoris, iuncta d. l. j. C. de condi. insert. & regu. l. si ita scriptum. xlvj. ff. de lega. ij. & l. quisquis, cxvi. ff. de verb. signifi. Maximè quando non agitur de maioratu vel bonis simili vinculo in perpetuum affectis, in quibus posset considerari conseruatio sanguinis & honoris familiæ: in aliis autem simpliciter relictis absq; vinculo, non cadit ratio conseruandæ familię. Et consequenter tutius videtur cõtra omnes supra citatos, testatoris neptem, vel nepotem ex filia: excludi non debere. Nec in ea specie est ratio, quæ tam vrgeat, vt periculosè diuinando recedatur à decisione. d. l. j. & d. l. cùm acutissimi: nec iurisprudentia patitur, vt facilè à regula recedatur. l. diuus, ibi, *nihil facilè mutandum*. ff. de in integ. restitu. cũ alijs per Dec. in l. j. ff. de reg. iur. Facit pro hac sententia, quod inquit Imperator in probãdo differentiã inter masculos & fœminam, in l. maximum vitium. C. de liber. præter. facit etiam quod in iure habetur, non sufficere coniecturam cum verba testatoris, maximè nõ iuuãt. l. quidam. xlvj. & ibi Bal. ff. de hęred. instituen. Bal. in l. vnic. n 10. C. de his qui ant. aper. tab. extollit Ias. in l. iij. in j. limita. C. de liber. præter. idem consil. xxiii. lib. iij.

notat Dec.consi.cccclxv.nu.8.& consſ.cccccxxxv. & plures per Tiraq.in dict.l.si vnquam,verb.libertis, nume.18. Nec tanta vis erat ex illa argumentatione, ne videatur plus diligere neptem quàm filiam.Quis enim nouit mentem defuncti, cùm uariȩ sint hominum uoluntates.l.quia poterat.ff.ad Trebel. potuit forsan testator putare satis esset filiæ id quod ei relinquebat,uel eam superstitem non futuram filio cui alium substitutum dedit:uel forsan filiã non tam diligebat,vel non tam benemeritam putabat.Potuit etiam magis velle cõsulere liberis filij grauati, vt sæpe contingit: ideoq; verius & æquius puto contra omnes supra citatos, ut neptis ex filio vel alius legitimus descendens eo casu faciat deficere conditionem: nec vllo modo excludatur ab eo cui bona erant restituenda.Cui opinioni nihil obstat hæc lex,quæ ad aliud longè diuersum obiter dixit nepotes nõ debere melioris esse cõditionis quàm filios,nõ vt inde arguatur cõtra æquitatem & iuris rationes.

28 Ex eisdem verbis huius.l. aliud simile præcedenti consuluit eleganter Cuma.quem refert & sequitur Ias.in l.tres fratres.nu.8.& 15.ff.de pact.idq; sequor,licet in prȩcedenti articulo contra scriben.tenuerim : ibi enim iuris rationibus & euidenti æquitate nostra fundatur opinio. At pro Cuma.in specie qua cõsuluit, magna est æquitas, & sic eius opinio separanda est à traditione Pau. & Fulg. & aliorũ,quam proximè improbauimus, licet vtrumq; casum incautè coniungat Dec.consil.cclxx.nu.v. Ex ijsdem verbis inferunt plures ex supra relatis.num.19.quòd vbi excluditur filia dotata, excludantur etiam descendentes ex ea,idque vt receptum tradit Rube.consi.xvj.nu.13.vbi utitur d. argumentatione.Sed aduertendum est quòd scriben. in eo articulo loquuntur tantum de descendentibus ab ipsa filia exclusa:at hæc.l.loquitur indistinctè de nepotibus respectu filiorum, siue ab eis descendant siue non.

29 Ex prædictis infertur ad illud quod scripsit Pau.in l.maritus.C.de procurato.vbi tradit concessa emphyteosi alicui & liberis seu descendentibus per lineam masculinam, non compræhendi filiam accipientis, quasi contrahentes id senserint, ut exclusis ramis lineæ fœminæ, excludatur

caput

caput eiusdē lineæ, fœmina enim appellatur caput, & finis suæ familiæ.l. pronunciatio.cxcv.in fi.ff. de verborum significatio.Eamque opinio.sequitur Alexand.in l.Gallus §.nunc de lege, nu.3.& ibi Soci.num. 4.ff. de libe.& posthum.Alexand.consilio xliii.libro tertio,idem Alexand. consilio liii.num.6.lib.vj.& Curt.iun.in l.j.nu.21. C.vnd. vir.& uxo.idem in l.qui se patris, nume.77. C.unde libe. idem in tract.feud.iii par.numero 28.Curt.Seni.consi.xl. nume.12.Aymon.consilio ccl.nume.3.Socin.nep.consilio j.num.117.libro.j.& latius consi.clxxxvj. numero 14.lib. ii.& Crot.dicens ita communiter teneri,in repeti.§.diui, nu.10.in fi.& ibi Loaz.nu.67.& Paris. consi.xxii. nu.44. li.iii.vbi eam dicit cōmu.opi.Sed contra Pau.nō ineptè arguit Ias.ex verbis huius. l.in d.l. Gallus.§. nunc de.l.in.j. lec.nu.14.aduertens ꝙ secundum opinionē Pau.neptis ex filio esset melioris conditionis quā filia,contra uerba huius.l.ita etiam Ias.in d.l.maritus:idem in l.ii.q.xx.j.num. 206.C.de iur.emphyt.& hoc magis probare uidetur Soci.nep.consi.xxx.nu.49.lib.j.ita etiam Aemil.Ferret.in l. una,nu.12.C.de manda. princip. hoc etiam verius asserit Molin.ad Alexan.d.consi.liii.lib.vj.Et hæc opi.cōtra Pau. verior & æquior uidetur,saltim quando nō supersunt filij masculi:ex ijs quæ not.Alex.in l.sed si hac.§.liberos, nu. 5.uersi.fortasse tamen.ff.de in ius vocan.faciunt etiā quæ ex uerbis huius.l.in multis articulis tradunt scriben. sup. citati,ostendendo,melioris esse conditionis liberos primi gradus.& contra Pau.aduerto,non ualere consequentiā, ut exclusis descendētibus ex filia,eadem filia excludatur. Contrarium enim colligitur ex sup.adductis, magisq; ex l.j.ff. de iur. immun.de qua statim nu.seq.Aptior autē est argumentatio. ut exclusa filia excludantur descendentes

30 ex ea, non èconuerso. Ex quibus etiam infertur vtiliter ad intellectum & materiā l.j.ff de iur.immuni.ubi Vlpia. in hæc uerba habet, *personis datę immunitates,hęredibus non relinquuntur,sed & generi posterisque datæ custoditæque,ad eos qui ex fœminis nati sunt,non pertinent*. Quem tex.ad contrarium eius quod litera habet citat Anto. Rube. consi. xvj. nu.12. Decisio autem.d.l.notabilis est, quia uerba priui-

legij

legij eo casu secundum propriam significationé continebant descendentes ex fœminis,ut patet ex iuribus & scriben.infr.& probat Dec.in l.fœminæ,ex num.71.ff.de reg. iur.& latè per eum consili.ccxxiii.& multis id probat Tiraq.de retrac.lign.§.i.gl.ix.nu.ccxxxix. idem circa illam. l.tradit Alex.consi.clx.libro ii.Catell. Cot.in memorabi. verb.immunitate, eandem l.adducit Ias.dicens articulũ difficilem in l.Gallus.ii.lectu.nu.33. Ante alia uerò colligimus(quod proximus est præcedentibus)ex uerbis illius l.excludi tantũ descendentes ex fœminis, non ergo filias ipsas:iuxta vulgarẽ regulã capitul.nõ ne, de præsumptio. & ita uidetur inducere Alexan.in l.cùm quædam puella, nu.14.ff.de iurisdictio.omnium iudicum, & cum eo Felin. in c.super eo, nu.2. de testib. Vltra quos induco tex. in l. ¶ filij.xxii.§. Senatores. ff. de municip.ibi, *Senatores & eorum filij filiæq;*: & ibi,*item nepotes & pronepotes ex filio*. Et tex.non tantum filium sed & filia admittit,eius,cui honor uel priuilegium conceditur: descendentes autem tantum ex filio,non ex filia.Hinc autem cauebis à gl.in l.iiii.ff.de iur.immunit.quæ nimis generaliter citat.d.l.j.ad exclusionem fœminarum:cum verius sit ibi filias non excludi.licet descendentes ab eis excludantur. quod urgentur comprobatur ex gl.recepta in dic.l.Gallus.§.nunc de lege,vbi latè scriben.Paris.consi.xxiii.nn.45.lib.j.Dec.cons.ccviii. facit quod notanter tradit Ioan.Lup.in repet.rubr.§.lxix.
31 nu.24.Circa tex.notab.in dic.l.j.ff.de iur.immunit.multa hic memoranda adducere volui,quia plura ex ijs,præcedentibus,nostræ.l.dissimilia non sunt. In primis autem pro intellectu illiusl(cuius verba.nu.præced. retulimus) aduertẽdum est,quod eadem decisio, locum habebit,siue illa uerba,*posteris & generi*, & similia ponantur copulatiuè in cõcessione,siue eorum quodlibet separatim,ex mente scriben.vbi suprà,& infrà. Eadem enim ratio est in singulis, sub simplicibus autem mixta continentur, secundũ iuris reg.Nec mutat rerum substantiam verborũ multiplicatio, l. pediculis.§. Labeo.ff.de aur.& argen.lega.Cum autem d.l.loquatur de priuilegio, etiam per uerbum *generi*,patet non procedere specialiter in uerbo *posteris*,& ita benè

benè consentiunt scribent. cõiter: & par ratio parque effe ctus est in uerbis similibus, ut per Dec. consilio ccliii. nu. 4. & in simili idem tradit Afflict. in prælud. feudo nu. 122. cum sequen. Curt. iun. consilio. v. numero 40. latius proba tur ex citatis à Tiraq. de retract. ligna. paragrapho primo, gl. ix. nu. cxcvj. & cxcviii. & ccii. & in specie ad illam. l. nu. 239. Et ita cauendum ab Alberi. in dicta l. prima. qui cum Petr. malè intelligebat eam l. procedere specialiter ¶ in uerbo posteris. Cauendum magis ab Alex. dicto consi. dx. nume. 4. libro secundo, qui idem cum Petr. asserebat: & ita cõtra Alexandrum melius aduertit Dec. in dicta l. fœminę, numero, 69. versi. iii. & sequen. Cauendum etiam à Boer. in hoc errante, deci. vlti. col. j. labitur etiam in eadem re Alberic. in l. non solum, ff. de in integ. restit. contra quos etiam stat Bart. improbans Petr. in l. quia tale, ad
32 finem num. 5. ff. solu. matri. Cum igitur suprà dictis constet descendentes ex fœminis non impropriè inter liberos & posteros, contineri, non caret difficultate decisio dict. l. dum excludit descendentes ex fœminis. Ideo Dec. in d. l. fœminæ. ex numero 65. refert aliquos intellectus qui ad eam. l. assignatur, sed nullum approbare videtur, cum tandem numero 71. cõcludat, ideo ibi excludi descen dentes ex fœmina, quia lex ita expressit: ne satis explicat idē Dec. d. conf. ccxxiii. Sed illud quærimus, cur lex ita ibi expressit? Vnde receptior intellectus est, vt decisio illlius l. ex ratione particulari specialiter procedat in priuilegio ¶ immunitatis, quod censetur contrarium cõi vtilitati, cum excuset priuilegiatum à muneribus publicis: ita intellexit gl. in. l. si ita scriptum. xlvj. uerb. uocabulo, in fin. ff. de lega. ii. & ibi Imol. & alij: Alberi. in d. l. j. Bar. in liberorum, nu. 7. ff. de verb. signifi. Paul. in l. maritum, Alex. in l. quia tale. ff. sol. matri. Dec. in c. nouit, nu. 3. de iudi. idem Dec. consi. xxxii. num. 5. & consi. cccclxviii. nu. 31. Rip. lib. ii. responsor. cap. xxvj. numero 19. plures per Tiraq. d. §. j. gl. ix. num. 240. Curt. Sen. conf. lxxiii. nu. 4. Syluan. consi. iiii. nu. 15. Couarr. in c. Raynaldus, in fine princip. Afflict. in c. j. nu. 131. de succes. feu. Curt. de feud. iii. par. nu. 29. Anto. Rube. in l. Gallus, quidã rectè, nu. 113. Ratio autē odij in eo

eo priuilegio, colligitur ex mẽte scriben. ex eo, quod tũc videntur grauari alij conciues vel incolæ, qui ad munera publica compelluntur: omnis enim inęqualitas inducit odium & discordiam. Sed non recedendo à cõi intellectu, addendum ei videtur, descendentes ex fœminis ibi excludi, non solum quia priuilegium videbatur contra publicã vtilitatem, sed ét quia agebatur de re honorifica. Honor aũt non conseruatur, nec versari censetur nisi in posteris per lineam masculinã, in qua repræsentatur nomen & familia illius cui honor conceditur, non in descendentibus ex fœminis: l. familiæ. cxcvi. ff. de verb. signi. l. liberos. ff. de senat. notat in terminis Paul in l. j. nu. 4. C. de condi. insert. Et ita intellligendus est tex. in l. vacatio. xiii. ff. de mun. & honorib. ubi. I. C. in vacatione & immunitate alicui & liberis posteris concessa, liberos tm̃ admittit qui eius familiæ sint: & ita satis excludit liberos diuersæ familiæ, quales sunt ex fœminis descendentes. Et sic d. l. vacatio procedit ex qualitate rei seu honoris congruentis tantum familiæ, non ex qualitate verbi *posteris*, vt malè scripsit Alex. dicto consil. clx. nu. 4. libro secundo. quem alio fundamento repræhendit Dec. in dicta l. fœminæ, num. 69. Hoc autem addendum putaui communi intellectui, d. l. prima. quia priuilegium immunitatis non semper est contra vtilitatem publicam, vt patebit infrà. per l. unicam. C. de impon. lucrati. de scrip. & l. j. in principio. ff. de vacat. mune. ibi, *sua æquitate nititur*. Ex quo patet secundum hanc communem interpretationem, d. l. non procedere in beneficijs quæ diuerso iure censentur à priuilegijs: ut notant Imol. & Paul. vbi suprà Dec. & alij in dictis locis: Alex. d. consi. clx. lib. ii. facit doctrina Bar. in l. prima. numero 13. C. de iur. & fac igno. Infertur. ii. non esse communem intellectũ vt tex. ille procedat in omni priuilegio, sed in eo tantum, quod Reipub. incommodum affert: quod non satis aduertisse Decium comperies, si eum attentè legas in dicta l. fœminæ, numero 65. & sequen. & num. 68. Infertur. iii. in alio priuilegio non damnoso Reipub. per eadem verba compræhendi etiam descendentes ex fœminis, ut colligitur ex scriben. citatis ad communem intellectum: & in specie

ſpecie Catell.Cot.in d.verb.immunitates in j.limi. & Co uar.vbi ſup.expreſſim Rip.d.loco Syluan.& Curt.ſen.in d. conſilijs:& ita nemine citato tradit Crot.in repet.§.diui, num.12.Infertur quarto deciſionem illius tex.non conſiſtere in verbo *poſteris*, ſed ex qualitate priuilegij, contrà Petr. & Alberic. vbi ſuprà nume.præceden. contra Alex. dicto conſilio, quem pro communi intellectu ad illum textum non benè citant Decius & plures ſupra allegati: & Catel.Cot.dicto loco:& Tiraq.d.numero 240.Infertur quinto iam attento communi intellectu,non obſtare tex. illum opinioni Specu.quam probat Paul.in l.prima.num. 4.C.de condi. inſert.ut emphyteoſi conceſſa alicui & deſcendentibus vel poſteris, veniant etiam deſcendentes ex fœminis:probat Dec.in dicto capitulo nouit,numero.3.de iudic.& Molin.ad eum,litera.Et idem Molin.in conſuetu, Pariſ.§.xii. numero 3.Couarru. in dicto cap.Raynaldus, nu.13.licet contradicant plures, ut per eos & alios quos citant. Infertur ſexto ad tex. (qui præcedentia comprobat)in l.ii.§. prætor ait, ff.qui ſatiſda.cog.ibi,*liberos & ex fœmineo ſexu deſcendentes*:loquitur enim de iuris beneficio, omnibus communi, non de priuilegio afferēte odium vel in qualitatem, vt patet ex qualitate rei de qua ibi, & ex verbis tex.ibi,*hoc beneficium*.Infertur ſeptimo ex dicto cōmuni intellectu,notabilis limitatio ad multa iura,quæ habent regulariter in quacunque materia admittendum eſſe omne quod ex verbis concipi poſſit:l.Gallus.paragrapho primo.in fine legis cum lege.vigeſimo ſexto.ff.de teſtamentis l. prima, verſiculo prætor enim, ff.de aleæ luſ. Qua regula non obſtante, contrarium in ea ſpecie decidit dicta l.prima ſpeciali ratione, quæ in iure totum facit:& ita ceſſant quæ contra communem intellectum pungit Dec.in dicta l.fœminæ,nume.97.Ea enim tantum reſpiciunt argumentationem à proprietate verborum.Infertur viii.ex Imol.apertè in d.l.ſi ita ſcriptum,cum gloſ.ibi, & ex alijs ſuprà citatis ad communem intellectum,ab eis omnibus conſtitui differentiam inter priuilegium & beneficium, non autem inter verba quibus beneficium conceditur; ut caueas à Cot. in dicto verb. immunitates, in iii.limit.

iii.limit.ubi Imol.Alex.& Dec.malè citat,deteriusq; repræhendit. Infertur.ix.decisionem d.l.j.non minus procedere quando concessio esset per verba, *& hæredibus*, vel le*gitimis hæredibus*, adhuc enim urgent rationes quæ ad communem intellectum assignãtur, & alia quam addidimus: nã cum ea verba *hæredibus*, tunc ponantur in materia quæ de se non est transitoria ad heredes:per eandé.l.ibi *hæredibus non relinquantur*,& reg.l.quia tale.ff.solu.matrimo.necessario consequitur ut intelligãtur pro liberis seu posteris:secundum receptam doctri.Bar. in l.Gallus, §.etiã si parente:quod referendum putaui, ut caueas à Dec.malè
¶ contradicente cons.xxxii.ad fi.cõtra quem in terminis est Bart..(si rectè intelligatur)in d.l.quia tale, ad fi.nu.5.ibi *mihi non placent:*dum reprobat declarationem Petr.& hoc uerius tradit idem Dec. in d.cons.ccxxiii. ad fi.nu.6. ver. non obstat.Infertur.x.eandem l.j.attenta ratione suæ decisionis æque procedere in priuilegio concesso par verba
¶ *liberis*.reiecta inepta differentia verborum,quam ad eam. l.sentire uideretur Crot.in d.§.diui,num.10. & ibi Loaz. numero 67.quam etiam (nemine citato)nouissimè tradebat Iacob.Curt.Burgens.libro primo.coniectura.cap.xlv. contra quos est ratio illius l. & mens omnium scribent.in locis suprà citatis:& apertè Paul.in l.j.num.4.C.de cond. inser.dum æquiparant uerbũ,*liberis*, & uerbum *posteris*, & alia similia uerba.ut suprà.Et magis in specie est tex. in l. uacatio.xiii.ff.de muner. & honor.de qua sup.Nec obstat tex.in l.fin.ff. de pollicit. ubi inter liberos nepos ex filia continetur: id enim nemo negat, vulgatissimumque est per l.liberorum.ff.de ver.sig.& l.j.C.de cond.inser. Quo tamen non obstante ex vi rationis benè tradunt Paul.& communiter scribent.contrarium decidi in specie d.l.j.ff.
33 de iur.immunit. Sic etiam non obstabit differentia inter uerbum *filijs*, & uerbum *liberis*, quam in diuerso casu tradit Alex.in l.sed si hac,§.liberos, n.2.ff.de in ius uoca.ubi sequitur celebrem opin. Archid.in emphyteosi pro se & filijs, non uenire filias: quam magis communem *dicit* idem Alex.in l.quod dicitur, numero 24.ff.de uerb.oblig. Ias. in l.ii.nume.193.C. de iur.emphyte.Ias.in l.si quis id quod,

quod,num.23.ff. de iurisd.omni.iud. & communem dicit Loaz.in dict.§.diui, num.68.ff.de lega.j.& plures citati à Tiraq. de retract.ligna.§.j glos.ix.nu.181.Zoane.de reb.
¶ quotidi.ca.iii. Sed ea opin.iuri,rationi & æquitati omnino contraria uidetur,ideoq; rectius tunc filia admittetur: ut melius uoluit Salyc. in d.l.ii.C.de iur.emphyte. quem ibi refert Ias. numero 194. probatque urgentissimè Molin.in consuet.Paris.§.xii.nu.4.idem ad Dec.in c. præsentia,nu.46.litera.Et de proba.idem ad Alex.consi.lxi.lib.j. & hoc uerius putat Tiraq.ubi sup.nu.206.Dec.in l.fœminæ,nu.180.uer.*postremo*,ff.de reg.iur.Alcia.in l.j ff.de uerbo.signi. Et benè probat D.Couarru.libr.ij.resol.c.xviii. col.j.& Soci.nep.cons.ciiii.nu.7.lib.ii.Pro quibus, contra fundamentum Archid. & Alex. dum nimis restrictè accipiebãt uerba cõtractus:est mihi tex. in l.in cõuentionibus ccxxix.ff. de uerb.signi. & ita contra opinionem Archid. obseruare uidetur usus generalis eo casu filias admittens, saltim in defectum masculorũ.Et ita apud Lusitanos probat lex regia, lib.iiii.titu.lxiii.§.*essendo*: Duram uero opinionem Archid.notanter limitabat Gozad.consi.xx.ex n. 7.Soci.nep.d.cõs.Chas.in cõsuet.Burg.rub.iiii.§.ii.fo.134. col.j.Infertur.xi. ex communi intellectu.& ratione. dicta l.j. ratio & intellectus ad l.vnic.C. de impon. lucra. descrip. ubi priuilegium immunitatis extenditur ad omnes descendentes etiam ex fœminis: circa quem tex.laborat
¶ Dec.in d.l.fœminæ,nu.69.Sed ex sup. dictis ratio constabit, quia ibi agitur de immunitate omnibus concessa in ijs quæ capiunt ex donatione uel successione parẽtum,ut tũc cesset dura exactio, quæ alijs acquisitionibus imponebatur: & sic non erat ibi priuilegium contra publicam utilitatem, nec agebatur de re quæ magis cõgrueret sexui masculino quam fœmineo. Vnde nimirum si in materia indifferenti,uterque sexus æquetur,secundũ doctrinã Panor.in c.dilecti, nu.11.de arbitr.& ita eleganter intelligetur dict.l.vnic. de qua etiam suprà l.prima. folio 124.
34 uersi. infertur vigesimonono.Infertur duodecimo ex d.l. prima. dum fœminas non excludit, sed descendentes ex fœminis, (ut suprà expendimus) resultat maximum

argu.

argu. pro veriori sententia, contra Bar.in l.quoties.C.de priuil.Scholar. ubi scripsit priuilegium concessum alicui, & descendentibus, etiam fœminis, non dari fœminis nuptis. quia per matrimonium transeunt in alienam familiam:& ita Ange.& Plate.ibi.Roma. & Ias.in l.cum quędam puella.ff.de iurisdi.omnium iudi.Ias.in l.j.in fin.ff. de constitu.prin.Hippol.de fideius.nu.13.& in l.vnic.nu.220. C.de rapt.virgi.Natam,& Laurent.quos refert Thom.Ferra.caute.xxix.ad fi.& ita Campe.de dote.v.par.q.lxxi.nu. 1.Gozad.cons.xxiiii.num.15.Martin.Lauden.de priuileg. arti.lxxxii.Curt. de feud.iii.par.nu.31.& cons.v.num.40. Rip.& alij in locis citatis à Tiraq. in j.l.connub.nu.34.& Syluan.cons.j.numer.50. idemque non citato Bar.probat Curt.seni.consi.xl.num.16. Vnde hæc opinio, ex numero scriben.crebrior videtur, ut ait Soci.nep.consil clxvii.nu. 57.lib.ii. Sed fundamentum eorum omnium falsum est, vt melius probant alij statim citandi: & ideò priuilegium in ea forma expressim etiam fœminis concessum, non debet negari nuptis:ut uerius probat Alex.in d.l. cum quędam,num.14.& ibi Deci.nu.6. idem Deci.in d.l.fœminis, nu.92. & consi.ccxxiii.col.ii. idem Dec.notabiliter in... nume.17.C.Vnde vir. & vxo. ubi ad idem adducit Corn. idem Dec.in c.nouit.col.iii.numero 4.de iudi.& ita consuluit Maria.Socin.de quo infra refert Fely.in d.c.nouit, nume.2.idem Felyn. in ca.super eo,in ii.col.j.de testib.& Chass.in consue.Burg.rub.4.§.j.nume.4.plures refert Tiraq.in j.l.connub.nume.37.Cott. in memorab.& nouissimè Cagnol. in d.l.cum quædam. Quorum opinionem veriorem esse non dubito,sed contraria, numero præualere uidetur: licet Dec.in d.consi.& Cagno. hanc magis communem dicunt. Pro his autem urgent quæ ipsi adducunt, vrget forma priuilegij dum expressim fœminis & descendentibus ab eis conceditur, iuncta regu.l.j.ff.ad municip. & c.si Papa, de priuil.in vi. Vrget magis d.l.j.ff.de iur.immunit.dum excludendo descendentes à fœminis,eas admittit indistinctè,& sic etiam nuptæ sint quod iuuatur ex l.cum te.C.de nupti. Vrget magis text.in l.voluntas.iiii. C.de fideicommis. ubi filia & soror indistinctè dicuntur de fa-

de familia, vt per Rip.in §.diui, nume.2.ff.de lega.j.Deci.consi.cclxxxvii.nu.12.post Soci.consi.ccxxvii.nu.4.lib.ii.Sed de his satis.

LEX QVARTA, ET VLTIMA,

C. de bonis maternis.

SVMMARIA.

1 *Colligitur principalis conclusio ex litera huius l.*

2 *Tractatur illatio Bal.& probatur contra eum & plures lucrũ à lege delatum coniugi, seruandum esse liberis prioris matrimonij.*

3 *In ea re explicatur l.xiij.Tauri, cõtra plures eius cõmẽtatores.*

4 *Colligitur cum scriben.alia conclusio, in viduitate repræsentari matrimonium præcedens.*

4 *Tractatur illatio scriben. an vidua alenda sit ab hæredibus viri? & probantur aliqua vtilia contra receptas traditiones, vsque ad nume.8.*

9 *Tractatur opinio Pau.Castr.circa viduas, an ex stupro dotem admittant? probaturq; opi. negatiua indistinctè contra quã plures, vsque ad nu.11.*

12 *Infertur ad effectum memoriamque pristina dignitatis, et adducuntur aliqua non negligenda, & nu.13.*

14 *Impugnatur opin.Bal.& multorum, de eo qui ex culpa ab officio priuatus, illud exercet.*

15 *Probatur conclusio quam Fulg.alibi colligit ex hac l.vt pater persequentes nuptias non amittat tutelam liberorum, contra Ange.& aliquos,& reijcitur argumen.de matre ad patrem numero 16.*

17 *Infertur ad traditionem Pau.Castr.probaturque iure nouo in masculis viduis non reijci conditionẽ impedientem nuptias.*

18 *Infertur ad l.his solis.C.de reuoc.donat. & tractantur aliqua de parentibus inhonestè viuentibus & numer. 19.*

20 *Infertur ad l. & mulieri.ff.de curat. furio. planeque tractatur de eius intellectu, adducunturque aliqua vtilia, vsque ad numero 24.*

1 HAEC. l. ampliat effectum acquisitionis paternæ, vt scilicet pater non amittat vsumfructum per transitum ad secundas nuptias, & hoc est quod principaliter statuit hæc. l. Leonis, quam approbat Iustinian. in authē. de nuptijs. §. quoniam omninò. Dicit autem Impera. hic, se hoc expressisse, vt omnis ambiguitas cessaret, significās boni & prndētis esse principis, ea decidere quæ inter subditos lites afferre possunt: ut ēt inquit Imperator in l. si qs filium. C. de inoffic. testa. & in l. optimã. C. de contrah. sti-
2 pul. Ex hac autem principali decisione tex. infert Bal. hic, quòd si ex statuto uel consuetudine maritus mortua uxore lucretur partem dotis, id lucrum non amittat, transeundo ad secundas nuptias: quod extollit Cor. hic, & Hisp. Segu. in tract. de lucr. constan. matr. Hispani ēt Castil. Anto. & Fernan. Gom. in l. xiiii. Tauri. & Hispa. Mõtaluus li. iiii. foro leg. l. xiii. ad fin. & alij ut infra. Qui oēs & plures statim citandi, cōiter intelligunt voluisse Bal. ꝙ tunc non tenetur pater tale lucrum reseruare liberis prioris matrimonij, quia à lege, non à coniuge illud habet. Sed Pau. hic intelligit Bald. ut tunc locum habeant iura quæ statuunt ut parentes lucra reseruent liberis prioris matrimonij: & ita Crem. notab. vlti. Quicquid autem senserit Bald. hic, illud uerius & receptius dicas in ea specie, lucrum bonorum seruandum esse liberis illius matrimonij: cuius occasione coniux lucrum illud habuit etiam per legē uel consuetudinem, ut apertè notat idem Bal. in authen. ex testamento, col. iii. nu. 9. C. de secund. nup. sequens Doctorem quendã, cuius nomen se ignorare dicit: & hoc sequuntur Salyc. Roma. Soc. Pau. & plures, vt tradit Ioan. à Garro. id receptius asserens in d. authen. num. 83. & seq. dicit etiam communem Rip. in l. fœminæ. nume. 59. q. xxii. & num. 63. q. xxiii. C. de secund. nup. probat Deci. in l. j. eodem tit. & Ioan. Nicol. Arela. in l. generaliter, nu. 49. cum sequen. C. eodem. ubi etiam dicit cōem contra Bal. hic: & hoc magis probat Bertran. in l. hac edictali, numero 41. eodem titu. Couar. desponsa. ii. par. cap. iii. §. ix. numero 7. & 8. & Alc. lib. j. de verb. signifi. & Chas. in consuet. Burg. rub. vi. §. j. numero

numero 3.fol.211. quod inuoluebat Pala.Ruu.in rub.§.l.
3 numero 35.Qua in re memoratu dignum est contra ferè
¶ omnes commentatores d.l.Tauri,supra citatos, opinionē Bal.hic, non approbari hodie per eam l.in regno Castellæ, & consequenter vigere pro liberis cōem opinionem, ut parens teneatur eis reseruare lucrum à lege uel consuetudine ei delatum in terminis,de quibus supra.Ea autem.l.Tauri,non loquitur in lucro alteri coniugi tantum delato, sed de communicatione acquisitorum, constante matrimonio,in quo par ferè ratio est pro utroq; coniuge: nec tunc propriè agitur de lucro, ut probaui sup.in j.par. l.j.nu.37. quod bene sentit Couarru. ubi sup. optimeque colligit ex Rip. in d.l.fœminæ,d.q.xxii.& xxiii. & ita cōponēdum est,quod inuoluit Pala.in d.§.l.nu.35. & in cōmenta.d.l.xiiii.Tauri. Colligunt Cyn.Bar.Alberi.& oēs
4 hic ex verbis huius.l.ibi.*siue in priori matrimonio permanere voluerit,siue nouercam filijs super induxerit*: virū uel mulierem, dū ad secundas nuptias non transit,censeri sub præcedenti matrimonio esse.& ad hoc.l. hæc sæpissimè allegatur,ut per Tiraq.de nobili.cap.xviii.nu.9.Pau.in l.cum quædam puella,nu.4.& ibi Alexā.Ias.Deci.ff.de iurisdic. omnium iudic. Vnde inferunt oēs, uiduam potiri priuilegio honoris & fori, quod habebat viuente viro, per l.fœminæ,in fi.ff.de senato.melius probat.l.filij.xxii.versi.uidua.ff.ad municip. notat Bart.in l.fin.nu.2.C. de uerborū significationi.Felyn.in c.ex parte,col.j.de foro compet.& apud Lusitanos.l.reg.libr.ii.titu.xliii.ad fin. Quod tamen vltra alios eleganter limitat Roma. in l.j.§.si vir.ff.ad Syllan.limitant etiam omnes ut tale priuilegium non detur uiduæ inhonestè uiuenti,per l.his solis.C.de reuoc.dona. de qua infra. Et ita vt receptissimum tradit Alexā.in d.l. cum quędam,nu.9.Hyppo.in l.vnic.nu. 55.C.de rap.virg. & quamplures citati à Tiraq de nobil.c.xviii.nu.13.quorum numerus & authoritas nō deteruit Fulg.qui contradixerit, asserens priuilegiū uiduarum ēt inhonestis non denegandum : idque sequi uidetur Deci. in d.l.cum quædam, numero.12. Et aliquando distinguendum putabam inter famosam palam inhonestam, & eam quæ non om-

 ninò

ninò castè viuit: illa enim notoriè indigna non sine offensione reipub. priuilegijs frueretur: de hac autem consultius est non inquirere: potestque id iuuari ex doctri. glos. distinguentis inter publicum & occultum, in l. cum lege, in fi. ff. de testamen. quam sing. dicit Imo. ibi, & Bald. in l. j. col. j. ad fi. C. de senten. tradit Felyn. in c. testimonium,
5 nu. 16. de testib. Ex eisdem verbis huius l. inferebat generaliter Ricar. viduam alendam esse ab hæredibus ut viri, sicut alenda erat à viro: arguitque ex eo, quòd durãte viduitate censetur esse sub præcedenti matrimonio: & ita Cy. & Alber. hic, & Hippol. in l. vnic. nume. 217. C. de rap. virg. quorum opi. iure & ratione destituitur, regulariterque contrarium dicendum bene probat Bal. hic, quem sequuntur Paul. Fulgo. Cor. concludentes, distinguendum esse, an vidua habeat vnde se alere possit. Et sic videtur resoluere, viduã inopem omni tempore alendam esse ab hęredibus viri: quod ex Cum. & Roma. sequitur Alex. in l. diuortio, num. 28. ff. solu. matrimo. immemor. Bal. & alio-
6 rum hic. Ego aduerto Bald. & alios hic, non bene adduce-
¶ re gl. in l. vnic. §. exactio, supra de rei vxor. actio. glo. enim ibi, & in d. l. diuortio, verb. facto, id tantum tribuit viduæ inopi, intra annum seu tẽpus restituendæ dotis: non autẽ loquitur gl. de alio tẽpore viduitatis, & in illis terminis resolutio gl. recepta est, secũdum Alex. & Ias. in d. l. diuortio, nu. 18. & Rebuf. in j. Tom. ad leges Gallicas, tit. de senten. prouis. arti. iii. gl. j. nu. 10. & plenè Anto. Gom. l. Tauri,
7 num. 48. notabiliter Anto. Capy. decis. xxiiii. In eadem re
¶ aduerto, quòd ẽt intra annum, non potest applicari quæstio gl. vbi nulla est dos quæ restitui debeat, ut constat ad sensum. licet inuoluat Aret. consi. xcviii. nu. 3. Bene ẽt in eadem re aduertit Ias. in d. l. diuortio, nu. 18. vers. dico: oẽs ferè Doc. incautè in q. gl. arguere ex verbis huius l. Quod enim dicitur viduam censeri sub matrimonio, non tñ con-
8 gruit primo anno, sed toto tempori viduitatis. Tandem in
¶ ea re non dubito verius esse contra scriben. supra citatos, hæredes viri non teneri alere viduam etiam inopem, extra terminos gloss. vbi supra cùm nulla lex id statuat, nec res tanti ponderis in onus & grauamen hæredum leuibus

argumen-

argumentis est inducenda. Et mihi contra Doct. est authoritas gl. in d. locis, dum ea alimenta tm̃ tribuit viduæ intra tempus, quo sibi dos nõ restituitur. Vnde non obscurè cõtrarium vult extra eos terminos: imò & tunc cõtra cõem nõ ineptè arguebat Ias. ubi supra, dubitauitque Fulg. hic. Contra Docto. etiam ut regulariter hæredes uiri non teneantur viduam, vrget doctrina Vlpia. in l. ii. §. affinitates.
9 ff. de postu. & ita usu obseruatur. Ex eisdem verbis huius. l. durius inferunt alij, inter quos additio Bart. hic, ad celebrem opinio. Paul. in l. sororem. C. de his quib. vt indig. & in l. fideicõmissum, ad fin. C. de fideicommiss. ubi argumen. gloss. scripsit, viduam amittere dotem ex stupro: sicut amittere ex adulterio constãte matrimonio, quasi tanta sit offensio in virum defunctum: quod sequuntur quàmplures: & ita Belenzin. ad Panormita. in capitu. plerumque, & ibi Præposi. de dona. inter virum & uxorem. Fely. in c. pastoralis, col. iii. versi. mulier, de iudic. & eisdem verbis Ias. in l. ii. nume. 6. ff. soluto matri. & Gerard. notab. xlviii. Hyppo. in l. vnic. nume. 58. C. de rap. virg. & singul. ccxxxiiii. & ccccxvi. & consil. xiii. Crot. in §. Cato. j. lect. num. 139. ff. de verborum obligationibus, & Pala. Ruu. seu Ioan. Lup. in repeti. rubr. §. lxvii. nume. 6. arguens ex hac. l. & in §. fina. eiusdem rub. nu. 6. Idemque tradit Neuizan. in sylu. nup. libr. ii. tit. seni. non est nubendum, citãs Marian. Soci. Ang. Areti. & alios sequentes opi. Pauli: quam etiam sequitur Tiraq. de nobili. cap. xviii. nu. 9. & ita Montal. foro leg. tit. ii. ad fin. & cum Pau. Bernar. à Luco, in repert. Pala. verb. dos: & Ant. Gome. l. liii. Tauri, in fi. & opinionem Pau. dicit cõem Bell. in rub. C. de edend. nu. 83. dicit etiam communé Boer. decis. cccxxxviii. Sed contrarium melius probarunt non pauci, imò quòd vidua nunquam ex stupro dotem admittat: Alex. in dicta l. sororem: Ias. in d. l. fideicommissum: Dec. in c. pastoralis, col. fi. de iudi. & in l. cum quędam puella, nume. 13. ff. de iurisdi. omni. iud. & Molin. in consuet. Paris. §. xxx. nu. 142. Mainer. & alij quos citat & sequitur Couarru. de sponsal. ii. par. cap. vii. §. vi. nume. 10. Petr. Duaren. reg. xii. & Rip. in l. ii. nu. 8. ff. solu. matri. & Boer. d. decis. & Chas. in consuet. Burg. rub. iiii. §. vi. nu.
 24. &

24.& Hispa.Anto.Gome.sibi contrarius l.lxxx.Tauri.nu. 70.notanter Aymon Crauet.consi.ccv. & hoc regulariter sequitur Ioan.Garro.in authen.eisdem.C.de secund.nup. Et Duaren.in d.l.ii.vers.secundus casus.ff.solu.matr.quod etiam regulariter uerius putat Alci.reg.ii. præsumpt.ix. nu.5.& ita iudicatum fuisse tradunt Chas.& Boer.ubi suprà.De qua re dubius est Catel.Cot. in memora. verb.
19 mulier. Hæc sententia contra Paul. vrgentissimè probatur ex tex.quem adducit Rip.in auth.de restitu.& ea quæ par. §. fin. ubi uidua ex stupro intra annum punitur tm̄ in admittendo lucro,quod habitura erat ex bonis viri:ergo non admittet. dotem propriam, iuxta differentiam illam iuris de qua in l.fi.ad fin.C.de codicil.ii. contra Pau. urget reg.gl.c.fi.de iure patro.nō esse nostrum legales pœnas extendere:nullam autem.l. talem pœnam contra uiduas statuit,facit tex.notab.in l.at si quis.uersi.diuus.ff.de relig.& sumpt.fun.ibi, *non rectè facere,pęnam tamen in eam statutam non esse*.iii.urget.tex.in l.si vxor.xiii.uersi.quāuis. ff.ad leg.Iul.de adul.ibi,*si vidua esset,impunè in eam stuprum committeretur*. Et tex. in sequenti.§. diuus eiusdem.l.ibi *matrimonium nec spem matrimonij violare permittitur*.Pœna igitur tunc non infertur ob matrimonium finitum: & ita
21 praxis obseruat. Ex rationibus autem proximè adductis contra Pau.& ex litera tex.in d.authen. de restit.videtur indistinctè tenenda opinio Alex. reiecta distinctione quā sensit Alci.d.loco. & probauit Couarr. ubi suprà.num.11. & prius Ioa.Garro. in authen.eidē pœnis.nu.21.C. de secund.nup. saluantes opinionē Paul.in uidua peccante intra annum: & ita indistinctè contra Pau.concludit Anto. Gome.in d.l.xxx.nu.70.ad fi.& Duen.ubi sup.prius Ioan. Crot.in d.§.Cato,in ii.lect.nu.78.Nec aliquid obstat inepta argumentatio multorum à verbis huius l.& similium, quæ in uiduitate censent repræsentari præcedens matrimonium, loquuntur enim in fauorem coniugis, non pœnalibus:quod fatentur Doct.ipsi,ut per Fely.in d.c.ex parte,colum.j.in iii.limi. de foro compet. non aduertentes quam in hoc sibi ipsis repugnent. Qua in re aduerto scriben.ferè omnes in locis sup.citatis,non rectè in uidua æquasse.

æquasse.q. illam amittendæ dotis ob stuprum, & q.auferendi relictum à uiro, cum sit dispar ratio, ex sup.dict. Nec etiá ex opinione Alex. aptè excusabitur vasallus peccans cum uidua defuncti domini, quia tunc alia est ratio cõtra vasallum: de quo ultra alios videndus est Ioa. à Garro. in
12 l.j.nu.68.& 76.C.de secund.nupt. Ex eadem repræsentatione matrimonij, infertur ad l.fi.ff.de decur.ibi, *in memoriam prioris dignitatis*: vbi qui dignitatẽ habuit ob eius memoriam nõ torquetur: facit tex.in l.non parum.C.de assesso.ibi, *post depositum*. de quo videndus est Dyn. in c. decet. de reg.iur.in vj.tradit Dec.in l.in omnibus causis id obseruator,nu.18.ff.de reg.iur.Fely.in c.quæ in ecclesiarũ, nu.81. de constit. Hippol.singul.cvij. latius & melius Tiraq. de caus.limit.xv.Effectum autem pristinæ dignitatis, ampliat notab.Guid.decis.ccclxxvii.ad eum qui iussu regis dignitate priuatur: per tex.quem citat in. l. eam legem. C. de excus.muner.ibi, *quandiu dixerint*: intelligendo tamen cum adit.ibi, nisi priuetur ob sordes, per ea quæ allegat: probat tex.in l.fi.in fi.ff.de pœnis: & l.j. C.ubi Senato. vel clariss.& ita sentit Fely.ubi sup. Eundem effectum dignitatis pristinæ ampliat. Boer.decis.ccxlvj. col. pen. citans aliquos, ut procedat etiam in consiliario uel simili, qui uoluntariè dignitatem dimisit: & ita eleganter intelligetur Bar.(quẽ non citat) in l.j.C. de auoc. diuers. iud. ubi tex.id benè iuuat, ibi, *tempore quietis fructum præteritorum*
13 *laborum consequantur*. Sed d.l.fin. & effectum pristinę dignitatis, limita ut sup.(qñ dignitas aufertur ob demerita) Limita.ii.per Plate.in l.j.nu.3.C.de prępost.sacr.cubi. Limita.iii.per eundẽ Plate.in l.uniuersi, per tex.ibi.C.de legatio.quẽ dicit singul.idẽ Plate.in d.l.eam le.ad fi.C. de excusa.muner.cuius traditio tuta non uidetur, dum limitat sup.d.ne procedãt in officijs uel dignitatibus obtentis per suffragia: nam & in his terminis procedere uidetur.d.l. fi. ff.de decur.nec desinit honorificũ inter homines haberi ꝙ suffragijs seu uotis conceditur: imo nec quod precibus & ambitu. Ex prædictis inferendũ uidetur cõtra Pau.in l. nec patronis, nu.2. C.de oper.libert.dum scribit, Notarium, uel scribam effectum Rectorem, posse cõpelli finita

 dignitate

¶ dignitate, ad operas quas antea locauerit: quod durum es set, & contra mentem. d. l. fin. cum suprà aduct. ut etiam caueas ab Hippol. in l. vnic. nu. 23. vers. & faciunt. C. de rap.
14 virg. Ex eisdem infertur ad Bal. in l. data opera, nu. 74. C. qui accusa. non poss. vbi scribit eum qui nunquam fuit Tabellio puniri pœna mortis, si ut Tabellio scribat: si autem aliquando Tabellio fuit, licet postea priuatus sit, mitius puniri, quia iuuatur primordio ueritatis: & cum Bald. Hippol. singul. xxxv. & in l. eiusdem, nu. 6. ff. de sicar. vbi alios citat: & Fely. in dict. cap. quæ in ecclesiarum, nu. 82. Ias in l. sciendum. §. fin. num. 10. ff. qui satisd. cogan. Niconit. in c. quoniam contra, fol. 45. num. 174. de probat. solentque in id adduci verba Papinia. in l. cum filius. lxxviii. §. hæres ff. de lega. ii. ibi, *nec in totum falsum videri, quod iuuaretur primordio ueritatis.* Sed contrarium olim legendo docui, gaudeoque id nunc uidere apud Tiraq. in d. lib. de caus. limit. xv. ad fin. idque contra prædictos sine dubio seruabitur in
¶ praxi. quia non minor ratio est contra eum qui ob delictum priuatus fuit, imo maior si maturè attendatur, facilius enim decipiat, magisque nocebit is qui aliquando officium habuit. Argumentatio autem ex d. l. fi. ab effectu pristinæ dignitatis, retorquetur ex sup. dict. cum non procedat in priuato ob demerita. Nec obstant uerba. d. §. hæres, ibi enim durabat debitum, licet causa esset mutata, se
¶ cus si omnino esset extinctum: secundum gl. & scriben. ibi, & ita tex. ille retorquetur. Facit quod communiter traditur contra allegantes legẽ correctam, per tex. in l. fi. ff. ad leg. Cornel. de fals. facilius autem posset sustineri opi. Bal. in suspenso non in priuato, quia tunc officium adhuc du-
¶ rat. & ita in his terminis melius inducerentur uerba I. C. in d. §. hæres: & quod tradit Rip. in l. iiii. §. condemnatum,
15 n. 25. ff. de re iudi. Ex principali decisione huius l. colligit Fulg. in l. iubemus, nu. 6. C. ad Trebel. & ita Corn. nu. 4. patrem non admittere tutelam filiorum, licet transeat ad secundas nuptias: & ita Ioan. Imol. in l. ex facto, nu. 16. ff. de vulg. & pup. & Hispa. Anto. Gome. l. xl. Tauri, nu. 15. Sed hæc. l. non probat necessario, cum loquatur de usufructu & legitima administratione, quæ non parum differt à tu-
tela:

tela: vt tradimus in.ii.par.l.j. sup.eod. Licet autem filijs patrem habentibus non detur tutor regulariter, datur aliquando si pater eos emancipet.l.si infanti.C.de iur.delib. & ibi Bar.& alij.l.pupillorum.§. si pater.ff. de reb. eor.& Insti.de legi.paren.tute. Quæ opinio Fulg.Imol.& Corn. omnino tenenda uidetur contra Ang. in authen. de non eligen. secund. nuben.§.quia uero numero 16.vbi scribit patrem manere legitimum administratorem, quod debuit probare ex hac l.iuncta reg.gl.& scriben. in authen. excipitur infra tit. sequen. subdit tamen Ange. diuersum fore circa tutelam uel curam, à quo tunc patrem remouendum putat, sicut matrem: quod non citato Ange. scribit. Chas.in consuet.Burg.rub.vj.§.viii.nu.2. in fin.& nu. 7.& 8.fol.224.malè citans Paul.& aliquos, qui non de patre, sed de matre loquuntur. Et ita cauendum est à Rip.in l.fin.q.xxvj. C.de reuoc.donat. vbi Ang. citat & sequitur generaliter: nec minus cauendum erit ab Ange.in authen.
16 de nupt.§.si uero expectet.n.28.Nec ualet argumẽtatio à legib.loquentibus de matre secundo nubente, quia amor paternus maiori firmitate iudicio roboratur: non ita in fœminis, quæ sæpe nouis uiris non solum res filiorum, sed etiam uitam addicunt: ut inquit tex.in l.lex quæ tutores.C.de admin. tutor. Sic in fœmina minus honesta est pluralitas nuptiarum secundum hominum opinionem, ut ex Valer.Max.bene tradunt Bal.& Soci. in l. hæc cõditio. ff.de condi. & demonf. Maior etiam honestas in fœminis requiruntur, maiorque in illis est quælibet macula impudicitiæ, secundum gl.l.palam.ff.de rit.nupt.quam extollit Dec.in l.fœminæ nu.63.ff.de reg.iur.gl. etiam in c. debitum.de biga.quas debuit adducere Hippol.singul.cccccclxxxviii.eas uero ornat Tiraq. in li.de legib.connub. in j.
17 l.numero 45.De quo alibi latius scribo. Ex qua differentia masculorum & fœminarum, infertur ad traditionem Paul.in l.fin.num.5.C.de in dict. uidu. tollen. ubi scribit etiam hodie in masculo reijciendam fore conditionem impedientem secundas nuptias: quod uidetur sentire Salyc.in authen.cui relictum, col.ii.eod.tit. Sed contrarium probare uidetur tex.in d.auth. & ibi glos. & Ias.ad fi.Idque

que receptius dicit Ioa.à Garro.in rub.C. de secund.nup. 21.Et pro hac parte contra Paul.uidetur tex. in auth. de nup.§.si uero vsus,uers.sed & si aliquis extraneus,iũcto §. preceden.versi.vnde sancimus:& ita cessat dubitatio Pau. à mõte pico.in repet.§.Titia cum nuberet.nu.166.ff.de le
18 ga.ii.quod aliquando in praxi uidi controuersum.Ex eadem differentia infertur ad l.his solis.C.de reuoca. dona. ex qua colligunt cõiter scrib. pœnam impositam mulieri secundo nubenti,locum habere in uidua inhonesta:extollit Ang.Are.in §.fi.in fin.Instit.de legit.patro. tute. Ripa in l.fœmina.nu.31.C.de secund.nupt.Pala. in rub.§.lxvii. nu.3.& nu.14.Hyppol.in l.unic.num. 54.& 56.C. de rap. vrg.Arelatan.in l.generaliter,nu.20.C.de secund.nupt.Id autem bene probat ea. l. qua non adducta idem not. Panor.in c.vxoratus , nu.2.de conuers.coniug.Ex quo inferunt communiter scrib. quod fœmina inhonestè viuens teneatur seruare liberis , ut tenetur secundo nubens: licet cõtra cõem in hoc teneat Anto.Gome.d.l.xiiii. Taur.nu. 16.Inferunt etiam magis cõiter,quod mater impudicè viuens, ita priuabitur tutela & cura liberorum, vt alijnubens:gl.authen.matri & auiæ:& gl.authen.sacramentum. C.quand.mult.tute.offic.probat.l.fi.ibi, *pudicitiam*.C.eod. cuius uerba expendit Hiero. Grat.consi.cxv.nu.6.lib.sed prius Pau.Castr.in l.omnem,nu.2. C.ad Tertul.licet aliqui contradicant, ut per Ioa.Garro.in auth. eisdem, nu.
19 22.& 23. de secund.nup. Ex eadem differentia inter patrẽ &matrẽ:in ijs quæ spectant ad continentiam,infertur cauendum esse à Rip. in d.l. fin.q.xxvj. C. de reuoc.dona. dum indistinctè utrumque parentem æquiparat : id enim non procedit quoad quæstionem morũ uel pudicitiæ, nec quo ad tutelam & curã ut sup.Et ita cauẽdum est à Ioan. Nicol.in l.generaliter,nu.22.cum seq.C. de secund.nupt. Cauendum etiam est ab Hispa.Gifontano.l.xv.Tauri, ad fin.Contra quos uel contra id quod sonant eorum verba, puto uerius , leges loquentes de patre transeunte ad secundas nuptias non habere locum in patre libidinoso vel habente concubinam , ea enim extensio solum reperitur in matre , per d. l.his solis : & in matre tantum loquitur

Roma.

Roma.consi.clxxxii.nu.1.& nu.3. & Soci. consi.cxiiii. nu. 7.li.iiii.quos malè allegat Rip.d.loco:sic etiam Dec.cons. lxxxvii. nu.ii. qui tandem loquuntur quoad reseruationē faciēdam liberis prioris matrimonij secutis alijs nuptijs, secundum terminos.d.l. generaliter: & glos.l. fœminæ. §. illud.C.de secund. nupt. & ita.l. regia.lib. iiii. titu. lxxv. Nec obstat argu. quod adduci posset ex illo vulgari, ne plus habeat luxuria quam matrimonium.§. fi.in authen. de restitu.Respondeo enim esse rationem differentię quæ urget ut magis suspectus fiat pater liberis prioris matrimonij per nouas nuptias,quam si cōcubinam habeat, vel inhonestè uiuat. nam in priori casu timetur nimia dilectio ad secundā uxoré & liberos ex ea, quod cessat in patre incontinente:ita enim uidemus improbari donationē inter legitimos coniuges, ualere auté inter cōcubinarios uel alios ex illicita affectione.l.iii.vers. diuus.ff.de dona. int.uir.& uxo.l.donationes.xxxii.ff.de donatio.sic non ualet donatio à patre in filium ex iustis nuptijs:ualet autem in non legitimum,quatenus capere potest secundum iu-
20 oris sanctiones, & receptam sententiam. Ex prædicta differentia maris & fœminæ, infertur ad intellectum & materiam text. in l. & mulieri. ff. de curato.furio. in qua I.C.Paul.habet in hæc uerba: *Et mulieri quæ luxuriosè uiuit,bonis interdici potest.* gloss.ibi in prima expositione intelligit de fœmina libidinosa,ut ei curatori dari possit: & ita Cuman.ibi.Panormita.Barb.Felyn. Deci.in capitu.pastoralis,de iudi.Rip.in l.is cui bonis,numero 16.ff.de uerborum obligationibus. Ex qua interpretatione inferunt. plures notabilem cautelam, ut legitimi hæredes faciant curatorem dari, & bonis interdici, meretrici, ne testari possit, iuxta regu.l.is cui lege.ff.de testamen.Alias enim meretrix & libidinosa fœmina testari potest, cum id nullo iure prohibeatur, vt nota. Bal. in l. prima. C. de condict.ob turp.caus.Ias.in l.miles,numero 17.ff.de re iudic. Dec.in l.prima.numero.6.C.de secund.nupt. Alber. in l. si quæramus.ff.de testamen.idem Alberi.in l.qui vas.§.fi. ff.de furt. Quam cautelam ad negandam facultatem testandi fœminæ luxuriosæ, ex d. l. scribit Bald. in c. cum deco-

decorem, de æ:at.& qualit.Iaso.in l.iiii.§.sed quod meretrici, nu.2.ff. de condict.ob turp. caus. Ferrat.& cautel.vj. Dilect.de arte testan.tit.j.caute.xii.Segur.in l.imperator. ff.ad Trebell. Addi.ad Bald.in l.ea lege, numero 20.C.de
21 condict.ob caus. Sed antequam veniam ad articulum, ob quem eam l.adduxi, admoneo lectores (si qui forsan hæc nostra legerint) eam cautelam omnino reijciendam fore, nec testandi facultas iure permissa ijs cauillis adimi debet: maximè cum testantes multas sæpe disponant, quæ conducunt ad salutem animarum. Nec verum est, quod gl Cuman. & Felin. vbi suprà, dicunt, fœminam impudicam censeri prodigam bonorum: id enim possibile est, non necessarium, ideò non sufficit, iuxta regul.l.nec natales.C de probat. imò sæpe meretrices auaræ sunt, iuxta illud sacræ pag. Ezechiel. cap.xvj. *meretricibus dantur mercedes*, Contra iniquam illam cautelam facit etiam, quod iure videmus meretrices dissimulari, vt maiora mala vitentur. c. inter opera, de sponsa. Vnde tutius est contra Doctor. non posse meretrici curatorem dari, & cõsequenter non ei negandam facultatem testandi: quod magis asse-
22 ritur ex veriori sensu illius. l. Reiecta enim præcedenti expositione intelligi debet ea l.de fœmina prodiga, quæ luxuriosè viuere dicitur, cum immodicè expendit, nec sumptibus parcit, iuxta gloss.in ij.opposit.vbi ad eam citat aliqua iura: & iuxta Aretin.in d.l.is cui bonis, ad finem. id subtiliter colligit ex litera d.l.Idque magis comprobat D. Anto.Augusti.lib.iiii. emendat. cap.xj. & secuti sunt aliqui, vt per Rip.in d.l.is cui bonis, nu.17. & Iodoc. de patrocin.pupil.Cicero j.offic. parsimoniam luxuriæ opponit: & in eo sensu sæpe vtitur Quint.Curt.traditq; Spiegel.in lexic.iur.verb. *luxuria*. Qua in re circa viduas prodigas, vel immodicè expendentes est apud Lusitanos pru-
23 dentissima constitutio lib.iiii.tit.10.Ex quo infertur miserè lapsum fuisse Hispa. Segur.in l. Imperator, ad finem. ff.ad Trebell. qui ex d.l.scripsit, viro incontinenti & libidinoso curatorem dandum: arguens ex dictione.*&*, quasi I. C. implicare velit, vt non solum masculo luxurioso, sed etiam fœminæ curator detur. Sed ex præcedenti decla-

declaratione patet in d.l.non agi de fœmina impudica,& sic non potest ad masculum colligi, quod Segura putabat: qui tamen se excusare posset authoritate Bald.in l.ea lege,numero 20. C.de condict.ob caus.Ripa in d.l.is cui bonis,numer.18. maximè quod etiam si alibi loqueretur de fœmina libidinosa, non ualeret argum. ad masculum, ex
24 suprà deductis.Ideoque uiro incontinenti & Venereo(ni prodigus sit), curator non dabitur, quod non solum uerius, sed & receptius est ex Specul. titul. de acto. §.j.numer.12.quem malè citabat Segur.ubi supra.& ita melius Alber.& Cuman.in d.l.is cui bonis, ad fin. Felin. & Dec. in d.c.pastoralis,Palat.in c.per uestras.§.lxx.num.23.fol. mihi.152.secundum Lugdunensem impræssionem : & ita Boer.cons.j.post consuet.Anto. Gome.l.xiiii. Tauri, numero 14.Fernan.Arias.l.xiii.col.j. Ex quo etiam cauendum est à gl.in l.si quis cum sciret.ff.de usucap.pro empt. & à gl.in l.j.uerb.furiosis.C.de curat.furio.Nec erat omnino ociosa dictio , *&*, in d.l. quia in fœmina prodigaliter uiuente dubitari poterat an ei curator daretur, quasi in casu omisso,& non sperato ob præsumptam auaritiam
25 fœminarũ,l.iiij.ff.ad Velleian.Et ex ijs cessat labor scrib. an d. l. procedat in fœmina nupta ? quod retento etiam communi intellectu ad eam l. benè negabat Ioan. Andr. quem sequitur Segur.ubi suprà. idq; uerius est,licet contradicant. Barb.Felin.Dec.in d.c.pastoralis: Rip. in d.l.is cui bonis,numer.20.Palat.in c.per uestras.d.§.lxx. Boer. d.cons.quorum opinio multa afferret incommoda,essetq; contra honestatem in Repub. Nec enim matrimonia inquietari debent, ut in l.j. ad finem. ff.de liber.exhib.soliusque mariti est,uxoris mores castigare.l.rei iudicatæ. xvj.ff.solut.matr.l.quamuis, C.ad leg.Iul.de adult.quod magis suadetur ex legib. Lusitaniæ, totiusq; Hispaniæ: idque obseruat vsus . Faciunt tradita à Ias. in l.plerique ad fin.ff.de in ius vocan.Hippol.singul.cclxxix.His denique huic legi & libro finem imponimus : lectores autem admonitos atque rogatos velim, vt in his nostris prius summaria (quæ legibus & earum partibus præmittuntur)attente legant ac expendant,comperient enim,ex ijs

quæ

quæ ad rem pertinebant, non solum nihil omissum fuisse, sed etiam tot tantaque à nobis addita, excogitata, atque adeo discussa, vt à nemine alio hactenus ad præsentem titulum scriptum aliquid videri possit. Quæ vero inciderunt; plenius etiam tractauimus, vt maior inde vtilitas iuris studiosis resultaret: vtque ex apposita varietate docti conijciant quid in iure præstare possimus.

F I N I S.

REGESTVM.

† †† ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk.

Omnes sunt Quaterniones.


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm